


15-179



De la libreria de la Congreg. de N. S. P. N. de Val de Gracia

R. 4634

GENERALIS
ET ADMIRABILIS
METHODVS

AD OMNES SCIENTIAS FACILIVS, ET SCITIVS ADDISCENDAS:

in qua Eximij & piissimi Doctoris Raimundi Lullij Ars brevis, explicatur: & multis exemplis, varijsq; quæstionibus, circa facultates, quæ in scholis docentur, ad praxim ((quod nunquam factum legitur) aperitissimè reducitur.

D. D. PETRO HIERONYMO SANCHEZ
*de Licarago Sanctæ Cathedralis Ecclesiæ Tyrasonen-
sis Decano, & Cononico Interprete.*

Sub correctione Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Anno



CVM LICENTIA.

Turiasonæ, Per Carolum à Lauayen.

Expensis Ioannis à Bonilla.

ALTISSIMO ET SANCTISSIMO DEO, TOTIVS LUMINIS ET SAPIENTIAE FONTI.

Decem in isto libro traduntur diuersæ methodi, cuiuslibet scientiæ, & propositio applicabiles: & vnaquæque earum, præterquam ad contemplandū & concionandum, maxime iuuat quamcumque aliam, à Philosophis ad sciendum actenus inuentam absque dubio excedit: quod ita sicut animaduerto demonstraturus, vnicuique polliceor. Præmonitos tamen cunctos esse volo, me in eodē opere summa tantum capita attigisse, vt facilius artificium artis, breuioribus cōsiderationibus perciperetur: multa (Deo fauente) in alia editione digna scitis, tam ad praxim, quam speculationem conducētia, præter ea, quæ in explanatione Artis Magnæ, iam ad excudendum paratæ, & in mirabili arbore scientiarum, aduertuntur, additurus; si hæc eo quo traduntur animo suscipiantur, quod Deus faciat, & in eius gloriam & honorem cedat. Diligentia tamen adhibenda est cuiq; , vt fructus ex hac doctrina percipiat, qui non dormientibus, sed vigilantibus obueniunt; nusquam tales in doctrina philosophorum accepturus. Quæ non iactanter, sed humiliter coram Deo hic prænoto aliter minus veritati me satisfactorum existimans, quam pro aris & focis, omnis Christianus defendere debet, & opportuno tempore aperire & communicare; dicente per Salomonem Deo, Ecclesiastici 4. Ne reueraris proximum tuum in casu suo; nec reuereas verbum in tempore salutis.



I OMNES homines quantumuis graues & sapientes (Sanctissimè Pater) merito cum in lucem aliquē edituri sunt librum, calumnias & dicta aliorū reformidant, & ita timentes iusta ratione & causa, aliquem sibi eligunt mundanum Principē; tanquam mæcenatem & defensorem contra maleuolos animos; id quidem mihi multo magis faciendum in præsentis iudicauī, qui non solū suspicatas (vt illi) calumnias, sed apertas & manifestas contradictiones aduersus hunc librum opponi animaduerto: ob id non Principem aut hominē aliquem mortalem defensorem meum assumendum duxi, sed te ipsum sapientissimum & potentissimum inter omnes Principes, qui vt sapiens & omnia cognoscens, veram & vtilissimam methodum ad omnes sciētias facilius addiscendas, tuo pijsimo & eximio Doctori Raimundo Lulio, olim traditam, vere iuxta textum, & intentionem authoris explicatam scis me offerre, quatenus potens, doctrinam hanc athechnis & imposturis, seu contradictionibus hominum vales defendere. Alij enim sunt qui ignorantes eam despiciunt, quorum insipientia & stultitia satis manifesta est, dum rem quam ignorant sine vero iudicio & cognitione malam iudicant. Alij sunt qui cum circa eam aliquos progressus fecerint, nec tamen eiusdem intentionem & cognitionē recte calluerint, adiudicandum de ea non satis prudenter

sele præcipiant quibus omnibus & alijs in præfenti opere satisfaciendum putavi, si iuxta communes facultates & scientias, quas ipsi in scholis audierunt & profitentur exempla traderem, aliquando cum Theologis: aliquando cum philosophis; aliquando cum Iurisperitis; aliquando cum Medicis: aliquando cum alijs omnium scientiarum professoribus loquens, circa prædictas scientias, & facultates aliquas tractans, & exagrans quæstiones, ut vnusquisque eorum, quid in sua facultate per artem fieri possit aduertat, & multa quæ per alias artes, & methodos à philosophis inuentas, nequeunt adimpleri & demonstrari, in hac sola deprehendat. Hæc enim totum id quod aliæ artes promittunt faciliter adimplet, & ultra earum progressum innumera alia detegit & animaduertit secreta, omniaque mirabili quodam ordine tractat aperte satis manifestans non purum hominem sed te ipsum sapientissimum Deum habuisse authorem, ut admirabilis author in multis locis manifestat. Quis igitur audeat contra opera a te sapientissime facta calumniari? Quis sine præuia & vera Artis cognitione eam reprehendet? Quis tantum bonum incognitum imprudenter malum iudicabit? Quis te per Esaiam capite 15. dicentem: Vè qui dicitis malum bonum, & bonum malum ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras non timebit? Lux enim cum sit maxima ad cognoscendum, non solum naturalia: sed supernaturalia mediante fide mysteria methodus ista: qui illa persequuntur incognitam & de mundo tollere iudicant: luminis a cælo demisso & veritati ipsi contrahere præsumunt, & quodammodo assimulantur illis Iob capite 21. tibi dicentibus: Recede a nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus: quia quamuis locus iste de gracia & suprema lege a te hominibus concessa principaliter loquatur, non incongrue huic nostro proposito adaptatur, cum aperte

aperte circumferatur inter sacros Doctores veritatem a quocumque dicatur a Spiritu Sancto esse & comunicari sit putandū. Tu igitur qui omnia scis & quæ nulla lateret veritas hanc nostram methodum veram & vtilissimam esse conspicias, ac proinde cum omnia in tua ditione posita sint eam defendere a calumnijs hominum facile satis potest. Deprecor te igitur (Sanctissime Pater) ut inter tot varias hominum opiniones & tempestates, quæ ex hominum calumnijs & pessimis persecutionibus oriri solent hanc tuam munificentiam & vtilissimum donum animis hominum resplēdere & manifestari facias: & qui per tuū sacratissimū Doctorem Ambrosiū ad Theodosium Imperatorem scribentem docuisti nihil in Sacerdote esse tam periculosum apud te, & tam turpe apud homines, quam veritatem quam sentiat non libere pronūciare: me licet indignum ad Sacerdotis munus assumptum, hanc artem vtilissimam & verissimam esse affirmantem liberaliter & iuste tuearis qui cum tuo sacro, & citharedo Dauide Psalmo 34. pro veritate inter tot hominum iudicia & opiniones agonizante, audeo humiliter & toto corde clamando dicere. Iudica Domine nocētes me: expugna impugnantes me. Aprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic


animæ meæ salus tua

ego sum.

(?)

DE VITA IN- CLITI, ET ADMIRABI-

lis Doctoris Raimundi Lullij, & his quæ circa
eius doctrinam hæctenus gesta fuerunt
multisq; priuilegijs eidem
concessis.



RAIMVNDVS Lullius Doctor eximius
ex Equestri ordine, Senescalis Regis Iacobi
Maioricarum, in eodem Regno natus, ex Ca-
thaloniam tamen oriundus, primam ætatem (vt
alij solent iuuenes) satis licentiose egit. Ad se
tamen diuina misericordia reuersus, mundi
huius vitia, & pompas relinquens, consensu
coniugis, quam aliquot ante annos duxerat, & ex ea duos pro-
creauerat filios, habitum tertij ordinis Sancti Francisci suscepit.
Eoque indutus, ad montem vocatum Randa, in prædicto Regno
existentem se contulit; ibiq; diu maceratus ieiunio, & continua
pœnitentia per multos annos sub quadam terraspecu delituit,
orationi, & contemplationi semper intentus. Quibus pijs exerci-
tibus se totum tradens, quandam diuino (vt aiunt munere quod &
ipse inscriptis suis inuuit) artem à Deo sapientiæ fonte obtinuit,
quam omnium scientiarum methodum cognoscens, eam primo
tanquam maxime vtilem Reipublicæ Christianæ generali pasto-
ri, & Vicario Christi Domini Pontifici Romano obtulit. Inde
accepta ab eo benedictione Parisios mox cõtedit, quia eo tem-
pore ibi literæ & gymnasia maxime florebant: vbi benigne sus-
ceptus, & admirabilis cunctis, destinari sibi ex omnium scientia-
rum professoribus, aliquos iam viros prouectos petijt. Idq; vni-
uersitati & communi Doctorum congregationi placuit, atque
ita quadraginta viri in diuersis scientijs laurea insigniti, ad audiẽ-
dam artem à tanto magistro destinati fuere. Qui cõcordi sentẽ-
tia,

tia, artem prædictam multam necessariam, & vtilem Reipublicæ,
tactis primo sacrosanctis Euangelijs coram Parisiensi Cancela-
rio affirmarunt, & in eadẽ schola legi, & interpretari incepta est.
Indeq; Author non sine magnis laboribus Angliam vsque per-
agrans artem difeminauit; & ibi aurum Regi pro expeditione con-
tra Mauros ad recuperandam terram Sanctam promittens, eidẽ
præstitit, quod adhuc aurum Raimundinum appellatur. Deside-
rio tamen suo in hoc proposito frustratus, iterum in Galliam ad
Concilium Lugdunense, sub Clemente Quinto Viennæ celebra-
tum anno 1311. perrexit, ibiq; decem ordinari supplicauit quæ
idem pijsimus Doctor ad perpetuam rei memoriam in libro de
ente simpliciter posuit (ad millenarium enim vsq; numerum opera
eius excreuise Senatores Maioricenses in in schedula ad Reuerẽ-
dissimum & illustrissimum Archiepiscopum Toletanum Hispani-
æ Cardinalẽ missa auferunt.) Postea vero in Italiam, & Hispaniã
rediens, multa scitu digna, & gloriosa peregit, propagationi &
dilatationi fidei Christianæ enixe semper incumbens, suamq;
artem & doctrinam, tot libris & voluminibus circa omnes sciẽ-
tias contentam per easdem Prouincias manifestans. Maioricas
autem tandem appulsus, suosque charissimam coniugem & filios
quos pro Deo reliquerat inuisens, condito nouo testamento,
sexto Kalendas Maij anno 1313. & Deo, Regiq; eos comendãs
nouam aggreditur ad conuersionem Maurorum, seu Turcarum
viã, & in Africã ea causa contendens, ibi aliquos Magistros (quos
ipfi Alphachinos vocant) ad Fidẽ conuertit. Qua de causa apud
illorum Iudices accusatus, flagellis cesus, & nauicula impositus,
crudeliter relegatur, & iterum in Patriã, & speluncã suã coacte
reuertitur: in qua Deo ita disponente, arbor quædam cuius folia
uarijs literis & characteribus insignita, ex eo tempore vsq; in ho-
diernum diem, in testimonium sanctitatis, & excellentiæ tanti vi-
ri conseruatur, nec alibi aliqua alia similis arbor nata apparet.
Amor autem Christi, & charitas in proximos in eius pectore exi-
stens, eundẽ maxime ibi vrgens Patriam relinquere cogit, & pri-
mo terrã Sanctã Hierusalẽ visitandam & inuisendam, sibi propo-
nit, vt Christi Domini (cuius amore flagrabat) vestigia, & myste-
ria adoraret. Deinde vicẽ, & cecitatem Maurorũ dolens, reuer-
tia,

tens ad partes Tunicis in Africa vbi Ciuitas appellata Bugia situata erat, in qua infideles Mauri scholas ad erudiendam iuuentutem, in scientijs naturalibus habebant, fidei nostræ Christianæ doctrinam & veritatem, incepit sapientioribus & magistris communicare, vt eostali modo Christianos efficeret: mirabilibus eos rationibus ex arte sua deductis cõnuincendo. Vnde factum est, vt plurimos ad Christum hac via secrete traxerit. Sed quia infidus Sathan conuersioni prædictorum inuidebat, ad aures Regias prædicare Raimundum Christianam legem deduxit, qui missis satellitibus eum comprehendi, & in tetrum carcerem mitti mandauit, vbi squalore, fame, & alijs pœnis exagitatatus per septem integros menses detinetur. Quibus transactis, è carcere eductus, & de fide Christi interrogatus, Christianum se esse, & libenter pro Christo mori affirmans, in puteum altum deiici, & ibi lapidibus obrui sententia publica iubetur. Quam impij ministri varijs tormentorum inuentionibus executioni demandarunt; & pium Raymundum varijs plagis affectum, tamquam mortuum relinquentes, mercatores Iannuenses ibidem existentes, è puteo nocte extraxerunt, & femiuium ad naues suas deducere curarunt, versus Ianuam ciuitatem suam viam dirigentes. Sed Dei nutu (vt pie creditur) factum est, vt Baleares Insulas repugnãtibz ventis appulserint, vbi ante quam desideratam patriam Raymūdus intraret, è vita gloriose migravit; anno gr̃atis suæ circiter octogesimo, salutis autem humanæ 1315. die festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; à qua cū maxima deuotione, & lachrimis corpore eius suscepto, illud in Monasterio Minorum, cuius ordinis professor fuerat, artificioso & mirabili sepulchro condidit, vbi vt Baleares omnes affirmant, miraculis multis claruit, & pia populi deuotione honoratur. Cuius doctrina cum per totam Italiam, Hispaniam, Galiam, Germaniam, & Angliam feliciter curreret & propagaretur, nescitur quo spiritu & ausu temerario, quidam, Eimericus, quãdam sibi bullam à Gregorio vndecimo Pappa, Auiñone commorante, octauo Kalendas Februarij eiusdem Pontificatus anno sexto cõcessã, sibi cõfixit, quæ affirmabat in libris egregij Doctoris Raymundi errores multos cõtineri, ac proinde cognitioni & iudicio eiusdem Eimerici à prædicto Pontifice de-

mandari,

mãdari, vt auctoritate Apostolica quid in hac re faciendum foret iudicaret. Qua impia inuentione, omnes libros eiusdem authoris ad se adferri censuris Ecclesiasticis compulit, & eos à nemine legi, & haberi interdixit; quo facto authorem pium, & verum fidem, tanquam hæreticum condẽnauit, & vt magis deuotos animos a lectione tantæ doctrinæ deterreret, ducentas propositiones in quodam libro ab eo composito scriptas reliquit, quæ cū in lucem ederet, tanti authoris fama, & opinio bona diminui cepit, & per varios authores hoc factum tãquam verum, & iustum spargi & diffeminari contingit.

Quod egre consanguinei prædicti pijsimi Raymundi ferentes, apud Regem Ioannem Aragonum, de Nicolao Eimerico, hac de re maxime conquesti, examinari de nouo doctrinã, & articulos quosdam, ab eodem Nicolao damnatos, per iudicium sanctæ Inquisitionis Barchinonæ curarunt. Quod Bernardus Ermengandi, tunc Prouincialis ordinis Prædicatorum, & generalis Inquisitor, in Aragoniã, Cathaloniam, & Valentiam Regnis, adhibitis alijs duodecim peritissimis in sacra Theologia Magistris effecit. Et anno à Natiuitate Dñi 1386. die Sabathi nona decima die Maij, eundem prædictum Doctorem Raymundum, à calumnia, & nota, quam ei Nicolaus Eimericus inuenerat, sententia iuridica absoluit. Quo facto, anno à Natiuitate Dñi 1419. Pontificatus Sanctissimi Dñi Martini Diuina prouidentia Pappæ V. anno secundo, Alamanus miseratione Diuina tituli Sancti Eusebij sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, in Aragoniã, Valentiã, Nauarrã, ac Maioricarum Insulis, & in nonnullis alijs partibus, & terris Apostolicæ Sedis Legatus cõmendauit Reuerendissimo in Christo Patri Dño Bernardo Episcopo ciuitatis Castellæ iterum hoc negotium ad instantiam consanguineorum Raimundi. Et ordine iuridico facta fide de processu facta per Fratrem Bernardum Ermengandi Generalem Inquisitorem, de alio etiam facto Auiñone, coram illustrissimo Dño Leonardo diuina miseratione, tituli Sancti Sixti presbytero Cardinali iudice Commissario, per sanctam Sedem Apostolicam, per Antonium Riera Clericum Valentinum, super inuestigatione Bullæ, quam Eimericus impie confixerat, in quo continebatur, eam in

archiuis Apostolicis nullomodo inueniri, de nouo eadem causa agitata, & libris, & propositionibus dictis, iterum examinatis, omnibus quæ de iure fieri debebant in processu peractis, idem Reuerendissimus Dominus Episcopus Castellæ hanc protulit, pro tribunali sedendo, diffinitiuam sententiam.

SENTENTIA diffinitiuam,

PRO tanto nos Bernardus Episcopus & Commissarius predictus auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissâ, dicimus, volumus, & decernimus, & pronuntiamus, quod quidquid inueniatur quomodocumque, qualitercumque, enantiatû, mādātû, cōminatû, processû, factû, occasione, auctoritate seu ratione dictæ subreptitiæ, ac obreptitiæ Bullæ, & de falsitate euidēti nimis suspectæ, teneatur pro vano, caso, irrito, & nullo, & pro infecto, seu non facto, ab omnibus reputetur; sicut & nos ex potestate nobis attributa, super his quæ ex nostro officio nobili vīmur, & uti volumus, prædictis attentis, cassamus, irritamus, annullamus, seu ad nihilum reducimus reducētes etiam auctoritate Apostolica ipsum Doctorem Raimundum Lullium, & omnia dicta, scripta & opera sua, & omnia alia ratione prædicta quomodocumque, & qualitercumque, & per quemcumque, & contra quoscumque, & coram quibuscumque processa, & aditata, ad statum pristinum, & primeuum, ac si incontrarium eorum, nihil unquam fuisset dictum, scriptû, vel alias quomodolibet enantiatum: reseruantes, & submittentes correctionem, determinationem, authoricationem doctrinæ dicti Doctoris, Sedi Apostolicæ, cuius est de talibus cognoscere, & ordinare; sicut ipsemet Doctor, & verus Catholicus expresse submittit. In quarum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum, presentes nostras literas, seu præsens publicum instrumentum, per Notarium publicum infra scriptû fieri,

fieri, & publicari mandauimus, nostrique sigilli appensione muniri. Datû & actû Barcinone, sub anno a Natiuitate Doñi 1419. die vero vigesima quarta mēsis Martij, præsentibus honorabilibus & tris Dominis Antonio Zeno decretorum Doctore Canonico Papiens. Arnaldo de Torrentis Consiliario, hoc anno ciuitatis Barcinonen. Bernardo de Marimundo maiore dierum, & Francisco Seruent Licenciato in legibus ciuibus ciuitatis Barcinonen. pro testibus ad præmissa vocatis, rogatis, specialiter, & assumptis, ac me Gabriele Cañelles Notario infra scripto. Vissa per me Episcopum præfatum.

Hac itaq; sententiâ canonicè prolata, quâ primo Barthomeus Surreda Canonicus, & Decanus Maioricēsis, tunc Vicarius generalis, & Ioannes Figaroes, Hieronymus Seruia, Petrus Lita ciues, & publici Notarij Maioricæ, vere & ex proprio originali transumptasse testati sunt, postea in reseruato scrinio archiui domus Iuratię Vniuersitatis Maioricarû recōdito inueniri; Gregorius Fortessa Vicarius generalis, & Melchor Tries Regia & Imperiali auctoritate publicus Notarius, anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo inueniri affirmarunt. Quia tamen omnibus non innotuit, nec Doctores, & scribentes huius processus & sententiæ notitiam habuerunt, dum liber Nicolai Eimerici, ubi Bullam fictitiam, & propositiones ab eo impie damnatas scripserat, per manus diuersorum curreret, factum est ut ab eodem libro multi multa desumpserint, Doctoremque nostrum, etiam graues authores sine preiudicio examine hæresis nota inuserint; quapropter in Cathalogo librorum prohibitorû Pauli Pappæ quarti tali nomine, aliquo tempore fuit adscriptus, usque ad conclusionē Ecumenicæ, & Sacri Concilij Tridētini, cuius dispositione & mandato, vissa prædicta sententiâ, & propositionibus iterû examinatis, Patriarcha Venetus quatuor Archiepiscopi, quatuor item Episcopi, cum vno Abbate, & duobus Generalibus ordinum

ordinum, & quatuor Doctoribus, ex omni fere Christianitate selecti, doctissimi & religiosissimi, hoc petente & procurante sapientissimo Ioanne Villeta Canonico Barcinonense, & huius doctrinæ singulari magistro, re diligenter, & maturo consilio discussa, ut idem Villeta in approbatione Artis brevis Barcinonæ anno 1565. impressæ testatur, prima die Septembris anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo tertio decretum est, autoritate Concilij expungendam fore eximij Doctoris Raymundi Lullij, quamcumque operum in probationem, ab indicibus præsertim Pauli Pappæ quarti librorum prohibitorum, ubi allegatur prædicta Bulla fictitia, quam Eimericus Gregorij Vndecimi esse affirmauerat. Quod decretum & statutum, seruatum apparet in Cathalago Sanctissimi Domini Pappæ Pij Quarti, & in alijs Cathalagis librorum prohibitorum, ad nostra usque tempora factis. Quia veritas licet aliquo tempore impie opprimatur, tandem gloriosa & victoriosa euadit, & se ipsam defendit. Veruntamen ut his quæ dicta sunt circa Doctoris nostri doctrinæ encomium, contra impugnationem calumniose ab Eimerico factâ præter gloriosam commendationem quam in parte quarta authenticæ historiæ fratrum Minorum videmus, robur aliud denouo adijciamus priuilegia quedam in fauorem artis Domini Magistri Raymundi Lullij, à Regibus nostris Balearibus, & professoribus huius doctrinæ concessa, hic apponenda duximus, quæ in quadam petitione per Dominos Iuratos Ciuitatis Maioritæ directâ potentissimo Domino & Maximo Philippo Tertio Hispaniarum Regi nostro Inuictissimo, & libro Palmæ Balearium typis Gabrielis Guaspa, anno millesimo sexcentesimo quarto excusa inueniuntur, hæc sunt quæ sequuntur.

PRI-

PRIVILEGIA IN FAVO- rem doctrinæ Egregij Doctoris Raimundi Lullij.



NOS Carolus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ, Ioanna eius mater, & idem Carolus eius filius, Dei gratia Reges Castellæ, Aragonum, Legionis, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia, Nauarræ Granatæ, Toleti, Valentia, Gallitiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbij, Algezira, Gibraltar, Insularum Canariæ, Indiarumque Insularum, & terræ firmæ maris Oceani, Archiduces Austriæ, Duces Burgundiæ, & Brabantia, Comes Barcinonis, Flandriæ, & Tirolis, &c. Domini Viscaia, & Molina, &c. Duces Athenarum, & Neopatriæ, Comites Rosilionis, & Ceritanæ, Marchiones Oriftani, & Gociani. Quæ per Serenissimos & Catholicos Reges prædecessores nostros colendissimos memoriæ celebris concessa comperimus, animo quidem liberali confirmamus. Eo præsertim, cum in fauorem Reipublicæ, & literarum cultum indulta, & concessa censentur. Sane exhibitis coram nobis, & humiliter præsentatis, per dilectum alumnum nostrum Petrum Malferit Domicellum, & vtriusque iuris Doctorem, Sindicum ad nos destinatum, per Vniuersitatem nostri Maioricarum Regni, duobus priuilegijs Serenissimorum & Catholicorum Regum Alfonsi, & Ferdinandi, Patris, & Aui, ac Dominorum nostrorum colendissimorum, felicitis recordationis, studio generali Egregij Doctoris Magistri Raimundi Lullij Ciuitatis Maioricarum, illiusque singularibus concessis, tenorem sequentium. **N**OS Ferdinandus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, Siciliæ, Granatæ, Toleti, Valentia, Gallitiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbij, Algezira, Gibraltar, ac Insularum Canariæ, Comes Barcinonæ, Dominus Viscaia, & Molina, Dux Calabria, & Apullia, Atenarumque, & Neopatriæ, Comes Rosilionis, & Ceritanæ, Marchio Oriftani, Comesque Gociani. Exhibito reuerenter, atque

ter, atq; humilissime præsentato Maieſtati noſtræ, per dilectum noſtrum Gaſparem Galafciuem, ac Nuntium, pro parte veſtrum dilectorum & fidelium noſtrorum Iuratorum ciuitatis & Regni, atque clauariorum partis Forane Maioricarum, priuilegio quodam per noſtram Regiã Maieſtatem, vobis & Vniuerſitati præfati Regni, iam dudum conſeſſo, tenoris ſequentis. NOS Ferdinãdus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonũ, Legionis, Sicilię, Granatę, Toleti, Valętię, Gallitię, Maioricarũ, Hiſpalis, Sardinia, Cordubę, Corſicę, Murcia, Giennis, Algarbij, Algezira, Gibraltar, ac Inſularũ Canarię, Comes Barcinonę, Dominus Viſcaia, & Molina, Dux Athenarum, & Neopatria, Comes Roſſilionis, & Ceritania, Marchio Oriſtani, Comesq; Cociani. Quia vos dilecti & fideles noſtri Iurati, Conſultarij, & probi homines noſtræ Ciuitatis, & Regni Maioricarum, circa augmentum, & ornamentum dictæ ciuitatis & Regni admodum verſatis, conaminiq; eiufmodi ciuitatem & Regnum, glorioſa artium & ſcientiarum doctrina (quæ hominum mores purgat, tacitoſq; & loquentes ornata) magnificare & decorare: propter quod mandati noſtra humiliter miſiſtis ſupplicatum, vt facultatem conſtruendi, & inſtituendi Studium generale in iam dicta Ciuitate, & Regno, & nihilominus eidem Studio generali conſimilia priuilegia, libertates, & immunitates, præheminentias, & honores, quos, quas, & quæ habet generale Studium Ciuitatis Illerdæ, & particulãres perſonæ eiufdem; de noſtri ſolita benignitate concedere dignaremur. Ve ſtris igitur ſupplicationibus humaniter moti, propter notabilia obſequia per eãdem Ciuitatem & Regnum, prædeceſſoribus noſtris Regibus Aragonum diuini recordij, & nobis præſtita, tum quia exiſtimamus huiufmodi generale Studium, multum vtilitatis, & augmenti, in dicto Regno allaturũ, illiq; profuturũ: tenore præſentis priuilegij, cunctis tẽporibus futuris valeturi cõcedimus vobis, & plenariam facultatem impartimur, quod poſſitis & valeatis in dicta Ciuitate, vbi malueritis, & videbitur vobis magis expedire, conſtruere, fabricare, & denuo inſtituere, conſtruiq; inſtitui, & fabricari, facere Studium generale omnium artium, & ſcientiarum, quas tam generaliter, quam particulariter, in dicto Studio legerẽ facere poſſitis, & valeatis, ſic, & quemadmodum ſolent legi, & diſci in præfata Ciuitate Illerdæ, & ad maioris gratiæ cumu-

culum, ſcienter, & expreſſe volumus, & de gratia ſpeciali concedimus vobis, quod huiufmodi Studium generale habeatis, & teneatis, omni futuro tempore (prout dictum eſt) cum conſimilibus præheminentiis, priuilegiis, & officiis, facultatibus, ordinationibus, honoribus, fauoribus, libertatibus, & prærogatiuis, quos, quas, & quæ præfatum Studium generale dictæ Ciuitatis Illerdæ, tam generaliter, quam ſpecialiter tenet, & poſſidet virtute Regiarum, & noſtrarum conſeſſionum. Retinemus tamen nobis, & ſucceſſoribus noſtris, prouiſiones, ſeu conſeſſiones officiorum in dicto Studio formandorum, & ornandorum, de quibus ſolemus prouidere in ſtudio generali præfate Ciuitatis Illerdæ. Illuſtriſſimo propterea Joanni Principi Aſturiarum, & Gerundæ filio noſtro chariſſimo, ac in Caſtellæ, & Aragonum Regnis, poſt felices dies noſtros hæredi, & immediato ſucceſſori, ſub paternæ benedictionis obtentu, intentum noſtrum detegentes dicimus, Illuſtri quoque Infanti Enrico Duci Sugurbij, & Comiti Empuriarum patrueli noſtro chariſſimo, & in Principatu Cathalonie, Regnoq; prædicto Maioricarum, & Inſulis ei adiacentibus Generali Locumtenenti: necnon Blanes de Berengario Domicello general Locum. Gubernatori, Magiſtro Rationali Regioq; Procuratori, in eodẽ Regno, Baiulo, Vicario Ciuitatis, & aliis vniuerſis & ſingulis Baiulis forenſibus, & aliis quibuſuis officialibus noſtris, in dicta Ciuitate & Regno conſtitutis, & conſtituendis, & dictorum officialium Locumtenentibus, præſentibus, & futuris, ad incurſum noſtræ iræ, & indignationis, dicimus, & diſtincte præcipiendo mandamus, quod tenentes, & obſeruantes tenerique, & obſeruari perenniter ad vnguem facientes huiufmodi noſtram conſeſſionem, & omnia, & ſingula in eadem contenta in nihilo contraueniant, nec contrauenire per aliquem patiantur; quanto dictus Illuſtriſſimus Princeps filius noſter chariſſimus nobis complaceat, reliqui vero officiales noſtri, gratiam noſtram charam habent, ac pœnam quinque mille florenorum cupiant euitare. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſimus, noſtro ſigillo cõmuni impendenti munitam. Datt. in Ciuitate Cordubæ, die triceſſima menſis Auguſti, anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio. Regnorum noſtrorum vide-

videlicet, Sicilię anno decimo sexto, Castellę, Legionis decimo, Aragonū verò & aliorū quinto. YO EL REY. Fuimus exinde humiliter pro vestrū parte supplicati, ex nostri solita benignitate dignaremur prouidere, & mandare præinsertum priuilegium, & omnia & singula in eo contenta, eidem Vniuersitati ipsiusmodi Ciuitatis & Regni, iuxta illius seriem, & tenorem pleniore inuolabiliter, firmiterq; perpetuo custodire, & obseruari, neq; aliquo pacto per quempiam quauis causa infringi, seu contra ipsum venire. Et nihilominus pro illius firmiori obseruatione & executione, fuimus etiam, tã pro parte vestrū, quam pro parte dilecti nostri Ioannis Cabaspre cuius prædictę Ciuitatis Maioricarum Magistri, & præceptoris electi, nominati, & confirmati, in lectura & doctrina, Artis & scientię illuminati, & diui Doctoris Magistri Raimundi Lullij, quondam Ciuis Maioriceñ. quę in eodem generali studio legitur per ipsum Ioãnem Cabaspre humiliter supplicati, vt vestigia sequentes Serenissimi Regis Alfonso patruī & prædecessoris nostri, diui recordij, qui fatis, superque in formatus de mirificis virtutibus Artis, scientię, & doctrinę eiusdem egregij Doctoris Magistri Raimundi Lullij, & quantum illa possit proficere Regnicolis, & degentibus in suis & nostris Regnis, & dominiis concesserat quondam Ioanni Lobet oriundo Ciuitatis nostrę Barcinonę, ad opus Magistraliter legendi & docēdi Artem, scientiam, & doctrinam præfati Egregij Doctoris literas quasdam, tenoris sequentis. N O S Alfonso Dei gratia, Rex Aragonum, Sicilię, citra & ultrafar. Valentię, Hierusalem, Hungarię, Maioricarum, Sardinia, & Corsicę, Comes Rossilionis, & Ceritanię. Gratanter præcepto quod vos fidelis noster Ioannes Lobet oriundus Ciuitatis Barcinonę, per multum tempus in Artibus, & scientiis Egregij Doctoris Magistri Raimundi Lullij, de Maioriceñ. studiose vocatis, & quod præfatas artes in Regnis, & terris nostris legistis, ipsarumque lecturam continuare proponitis: vt nostra dictę lecturę accedat autoritas, in roboramen valoris, & inde vestra compleatur voluntas in coniunctione huius, quam habetis charam, & nostra defendatur armatura, contra imponentes rabiem operibus dicti prænominati Egregij Doctoris illarum lecturę: propterea ad plenum certiorati, & pluribus fide dignis; quod opera ipsius
Magistri

Magistri Raimundi, nec bonis moribus, nec fidei Catholicę in aliquo contrariantur; nec minus viffa quadam litera Curie Parisiens. Datt. Paris. anno Domini millesimo trecentesimo nono, die Martis post octauas Purificationis Beatę Marię Virginis gloriosę, & munita sigillo prædictę Paris. Curie, de laudatione, & approbatione artium, & scientiarum dicti egregij Doctoris factis per Officialem Curie Paris. & fieri requisitis per prælibatum egregium Doctorem, præhabita informatione testimoniali cum Sacramento præstito à quadraginta Magistris, & Bachalarijs in naturalibus, & Theologicalibus, qui ordinati fuere ad audiendum artem generalem cum illius contractione ad speciales scientias, ab eodem personaliter prælibato egregio Doctore publice in Studio Parisiens. Attendentelque quod Illustrissimus Philippus Francię Rex, dictum egregium Doctorem, veluti fidelem virum in suis dictis, & tanquã Apostolicum in zelo, & in cura, iuxta illud pro exaltatione fidei Catholicę habuerit; ipsumque benigniter tractari, ab omnibus orthodoxę fidei Catholicę cultoribus voluerit, & gratum acceperit; etiamque ordinauerit eidem fauorem beneuolum impendi, ab omnibus suis subditis, vt consonum rationi visum fuit, & dignum. Prout apparet quadam litera dicti Regis Francię suo sigillo munita. Datt. apud Vernonem secunda die Augusti, anno Dñi millesimo trecentesimo decimo. Attendentelque etiam, quod Cancellarius Parisiens. Franciscus de Neapoli, speciali mandato dicti Regis Francię, viffis, & quantum occupationum frequentia patitur, diligenter inspectis quibusdam operibus, quę dictus egregius Doctor Magister Raimundus Lullius ediderat, restatus est autentice vniuersis, nil in dictis operibus inuenisse, quod bonis moribus obuiet, & sacrę doctrinę Catholicę sit aduersum: quin potius in dictorū serie, ac tenore, pro humani fragilitate iudicij, zelum feruidum, & intentionis reuerentiam, pro fidei Christianę promotione, vt patet in quadã litera dicti Cancellarij. Datt. Paris. anno Dñi millesimo trecentesimo vndecimo. Attendentelque etiam, esse pronunciatū per Reuerēdū in Christo Patrē Bernardū miseratione diuina Episcopum Castellı, & Comissarium autoritate Aposto-
lica.

lica deputatum, super litigio, quod in processu ducebatur, inter consanguineos & deuotos dicti egregij Doctoris parte ex vna, & Magistrum Nicolaum Eimeric Inquisitorem, in, & super quada bulla fictitia: vi cuius, super aliquas conclusiones, per praefatum Egregium Doctorem suis libris postas, & contra earum positionem inquirebatur, in condemnationem dicti Magistri Nicolai Eimeric, & in approbationem bonae positionis, & Catholicae determinationis, in libris praelibati Doctoris Egregij habitarum, iuxta rectum arbitrium Reuerendi Commissarij praefati, & bonam conscienciam duodecim in sacro eloquio Magistrorum de ordinibus Beati Dominici, & minorum; qui visis conclusionibus testificarunt cum Sacramento, sanum & Catholicum, habere sensum, vt in libris habentur dicti Egregij Doctoris; prout haec & plura alia contestant in duobus instrumentis publicis, actis Barcinon. altero in posse, Petri Dalmatij Notarij publici Barcinon. sub anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo sexto. Altero in posse Gabrielis Caselles Notarij publici Barcinon. sub anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo Decimo nono. Et insuper memores, quod nos habentes gratissimum, quod in ditione nostra repertus fuerit; tam mirandarum artium, & scientiae auctor, qualis praefatus egregius Doctor Magister Raimundus Lullius, earum lectionem publicam approbauimus, & permisisimus, prout apparet charta nostra, sigillo nostro munita. Datt. CaesarAugustae quintadecimadie Ianuarij, anno a Natiuitate Dni millesimo quadragintesimo quinto decimo: quod iam ante concessum, approbatum & permissum fuerat per praedecessores nostros illustrissimos, videlicet Dominum Petrum Regem Aragonum, vt patet in quadam sua charta sigillo eiusdem pendenti munita. Datt. Valentiae decimodie Octobris, anno a Natiuitate Dni millesimo trecentesimo sexagesimo nono, & per Dominum Martinum Regem Aragonum filium suum: vt patet in quadam alia eius charta sigillo pendenti munita. Datt. CaesarAugustae, vicesima quinta Nouembris anno a Natiuitate Dni millesimo trecentesimo nonagesimo nono; Vobis dicto Ioannis Lobet, & a vobis substituendis concedimus, & elargimur licentiam, & liberam auctoritatem, & plenariam facultatem

tultatem, dictas praefati Egregij Doctoris artes & scientias legendi Magistraliter in omnibus ciuitatibus, ferris, & locis vniuersae ditionis nostrae, in eisdemque faciendi scholas propter lectionem dictarum scientiarum, nec per officiales, Consiliarios, Iuratos, & probos homines, aut alios illius Ciuitatis, loci, & terrae, vbi scholas conscribere decreueritis, vobis, & substituendis a vobis super his impedimentum, vel obstaculum aliquod fieri debeat, neque possit: quinimo vos, & substitutos vestros beneuole tractent cum auditoribus vestris, & ipsorum, in & super constructione scholarum, & lectione dictarum artium, & scientiarum, queta, pacifica, & tranquilla vobis, & eis faueant & assistant auxilijs, praesidijs, & fauoribus opportunis, vbi, & quoties fuerint requisiti. Illustrissimis itaque quibuscumque Locumtenentibus nostris, hoc nostrum declaramus intentum, mandamus scienter, & expresse sub ire, & indignationis nostrae incursu, & quomodo fortius dici potest, vniuersis & singulis officialibus, & subditis nostris, ad quos praesentes peruenerint, & spectent, & signanter Officialibus, Consiliarijs, Iuratis, probis hominibus, & alijs praedictis, quatenus licentiam, & facultatem nostram huiusmodi, vobis dicto Ioanni Lobet teneant efficaciter, & obseruent, tenerique & obseruari faciant inuiolabiliter per quoscumque. Nec vos aut substitutos vestros super lectione dictarum Artium, vel constructione scholarum molestant, & impediunt, vel perturbent, assistant quia potius vt praefertur, si gratiam nostram charam habent, iramque & indignationem, poenamque nostro reservatam arbitrio, cupiunt euitare. Sonet ergo vox vestra, & vestrorum substituendorum per doctrinam in auditorum auribus, nec metu detractorum quorumlibet conticescat: sed dictas artes, & scientias in lumine exponi continentur, & vt liberius, facilius, & tutius, vos dictus Ioannes Lobet, & substituendi a vobis, circa praedicta, vacare possitis, & nec metu cuiuspiam, vos aut eos a dictarum artium lectione, retrahat, vel impediat vos, & dictos substituendos a vobis, vestrique; & eorum auditoribus tenore praesentis sub nostra protectione, comanda, & guidatico speciali ponimus, & constitimus. Ita quod quicumque abinde, ausu temerario, contra personas aut bona vestram

cuiuslibet quidquid attētare pręsumperit, se in pęnas contra ruptores protectoris Regis appositas, nouerint in cursurum; damno & iniuria illarū pęnitus, & plenarie restituti. In quorū testimoniū pręsentes fieri iussimus, nostro sigillo secreto indorso munit. Datt. in Castronouo Neapolis die vicesima sexta Ianuarij anno ā Natiuitate Dñi millesimo quadringētesimo quadragesimo nono. Rex Alphōsus, V.P. Conseruator generalis. Dignaremur parimodo, pręfatū Magistrū Ioannē Cabaspre, Magistrū & Pręceptorē (vt pręhabetur) electū, nominatū, & cōfirmatū in lectura, & doctrina prędictis; eius vita durante, ac ceteros alios quosuis futuros Magistros in eisdem Arte, scientia, & doctrina, tanquam Reipublicę proficientes, cum eorum Auditoribus nullatenus inquietari, seu molestari, quinimo beneuole pertractari, illisq; faueri, & vbi, ac quoties opportuerit, auxilijs, pręsidijs, & fauoribus opportunis illis asilisti, sic & prout, & quęadmodum alijs Magistris, & Doctoribus, Auditoribusq; aliorū studiorū generalīū seruatur, & custoditur, & alias eidē lecturę speciale pręsidiū authoritatis nostrę interponere dignaremur. Nos vero supplicationibus eisdem, vtpote iustis, & rationi conformibus benigniter annuentes, & pręsertim, quia cum concessimus licentiam, & facultatem, vt ipsum studium generale instrueretur & fieret, in ipsa Ciuitate & Regno, perspeximus illud cōuenire vtilitati Reipublicę ipsius Regni, & cōsequēter seruitio nostro, qui caput ipsius Reipublicę sumus, sicq; semper fuit, & est intentionis nostrę, ipsum priuilegium & in eo contenta ad vnguem obseruari. Et est etiam menti nostrę gesta, & facta per Serenissimum Regem Alfonsum imitati, quando quidem non minus, quā illi placet nobis, & quidem libenter, & animo hilari, Artem, sciētiam & doctrinā tanti Doctoris Magistri Raimundi Lullij, illius virtutibus promerentibus, & ipsa scientia requirente, extollere; dictūq; Magistrū Ioannē Cabaspre, ac ceteros futuros Magistros in eādē arte & sciētia honorare, premijsq; remunerationib⁹ Regijs dignos reddere. Itaq; tenore pręsentis priuilegij, cūctis futuris tēporibus perpetuo valituri, ex nostri certa scientia deliberateq; & consulto, edicimus, & statuimus pręinsertum priuilegium nostrum, & omnia & singula in eo contenta, iuxta illius seriem

seriem & tenorem pleniore, tanquam de nostra mente deliberata pręcedentia inuiolabiliter custodiri, firmiterq; ad vnguem obseruari; neq; per quępiam quauis causa aliquo pacto infringi, sub pęnis in dicto priuilegio indictis: quarum rigurosam executionē absq; vlla venia fieri, absq; personarum exceptione pręcipimus & iubemus. Nihilominusq; edicimus & prouidemus, iam dictum Magistrum Ioannem Cabaspre, Magistrum & Pręceptorē, vt pręhabetur, electum, & nominatum, & confirmatum in lectura & doctrina, artis & scientię pręnominati Doctoris egregij Raimundi Lullij, eius vita durante, ac ceteros alios quosuis futuros Magistros ipsiusmodi artis, & scientię, cum eorum auditoribus, non solum nullatenus inquietari, seu molestari, sed etiam humaniter, beneuoleq; pertractari, illisq; fauēdo, & vbi, ac quoties opportuerit, auxilijs, pręsidijs, fauoribus, quo ad fieri pōssit asilistēdo, sic & prout, & quemadmodum alijs Magistris, & auditoribus ceterorum studiorum generalium fauetur, auxiliatur, & asilistitur, fauoreq; pręsidia, & honores pręberi solent, & consueuerint, atq; ad maioris gratię auxilium lectura, & Magistrali eruditioni ipsiusmodi Artis, & scientię, & doctrinę, pręsidiū nostrę authoritatis interponimus, pariter & decretū. Serenissimę propterea Ioannę Principi Asturiarum, & Gerundę, Archiducissę Austrię, Ducissę Burgundię, & c. filię primogenitę nostrę charissimę, ac Gubernatrici generali, & post longeuos, & felices dies nostros immediatę hęredi, & successori nostrę, intentum aperientes nostrum, sub paternę benedictionis obtentu, dicimus, Locumtenenti vero generali, ac Gubernatori, Procuratoriq; Regio, nostris in eodem nostro Regno, Baiulo insuper & Vicario Ciuitatis, & alijs Baiulis forensibus, Iuratisq; Ciuitatis, & Regni ipsiusmodi Maioricarum, & alijs deniq; officialibus, & subditis nostris in eisdem Regno, & ciuitate constitutis, & constituendis, dictorumque officialium Locatenen. tam pręsentibus, quam futuris, dicimus, & pręcipiendo districtus mandamus, scienter, & exprese, sub incursum nostrę indignationis, & irę, pęnæq; florenorum auri Aragoni quinq; mille nostri sęcus fieret inferendorum, ararijs, quatenus tenentes, & obseruantes, teneriq; & obseruari, perpetuo ad vnguem facientes hu-

iusmodi nostrum privilegium, & omnia, & singula in eodem
contenta iuxta eius seriem, & tenorem, pleniore in nihilo con-
traueniant aut contra faciant, nec contrauenire, aut contraferri
pauantur, aliqua causa, vel ratione, quanto dicta Serenissima
Principessilia primogenita nostra charissima paternam benedictio-
nem habet charam, ceterique officiales, & subditi nostri praepositi
tam cupiunt non subire poenam. In cuius rei testimonium praesens
privilegium fieri iussimus, nostro communi sigillo impen-
denti munitum. Datt. in ciuitate nostra Casaraugulae, die vi-
gesimo primo mensis Februarii, anno a Natiuitate Domini millesimo
quingentesimo tertio, Regnorumque nostrorum, videlicet
Siciliae anno tricesimo sexto, Castellae, & Legionis tricesimo;
Aragonum & aliorum vicesimo quinto; Granatae autem duo-
decimo. YO E L R E Y. Vidit Amatus Re. Vidit Genera-
lis Thesaurarius, Vidit Petrus Coscolla pro Conseruat. Gener.
Dominus Rex mandauit mihi Francisco Castell. vis. per Amat.
Re. Can. cui fuit commissum: vis. etiam per Gener. Thesaur.
& Petrum Coscolla pro Conseruat. Generali. In Maioric. viij.
fol xxxviij. Supplicatoque Maiestatibus nostris per eundem
Petrum Malferit nostrae dictae Vniuersitatis privilegia prein-
serta, dicto studio generalis Magistri Raimundi Lullij concessa
confirmare, & de nouo concedere, ex nostra solita benigni-
tate dignare nur, considerantes seruitia per dictam Vniuer-
sitate nobis exhibita, quae certe multa fuere, ac quantum
literarum cultus in omnibus terris colendus est, ob optimum
fructum, quem regna, & cunctae Reipublicae a viris peritis
colligunt, motique eisdem respectibus, quibus dicti prede-
cessores nostri, ad dicta privilegia concedenda moti fuerunt;
praedictae supplicationi decreuimus fauorabiliter annuere. Te-
nere igitur praesentis, ex nostri certa scientia, deliberate &
expresse nostraeque Regia autoritate privilegia preinserta, &
omnia & singula in eis, & quolibet eorum contenta, & espe-
cificata, a prima eorum linea vsque ad vltimam, laudamus,
approbamus, & confirmamus, & quatenus opus sit dicto Ge-
nerali studio Magistri Raimundi Lullij, eiusque singularibus
praesentibus, & futuris, de nouo concedimus, & elargimur, iux-
ta pri-

ta privilegiorum praesertorum tenores pleniore, ac prout, &
quemadmodum privilegij eisdem melius, & plenius haec-
tenus dictum Studium Generale, illiusque singulares, vsq; ga-
nuisque fuerunt, ac in praesentiarum sunt in possessione nostrae-
que huiusmodi laudationis, approbationis, confirmationis, &
quatenus opus sit nouae concessionis munimine roboramus, seu
praesidio, & validamus; volentes & expresse decernentes, &
declarantes, quod huiusmodi nostra confirmatio, & quate-
nus opus sit, noua concessio sit, & esse debeat praedicto studio
& illius singularibus (vt praefertur) stabilis, valida, realis &
firma, nullumque in iudicio, vel extra sentiat diminutionis
incommodum, dubietatis, obiectum, aut noxae alterius de-
trimentum, sed in suo semper robore & firmitate persistat.
Quo circa spectabili, nobili, magnificis, dilectis Consiliarijs,
& fidelibus nostris Locumtenanti & Capitaneo Generali
nostro, Regeati nostram Cancellariam, Procuratori nostro
Regio, Baiulo insuper, & Iuratis Maioricarum, ceterisque demum
vniuersis, & singulis officialibus, & subditis nostris, in dicto
Regno constitutis, & constituendis, dicimus, praecipimus, & iu-
bemus Regia autoritate nostra praedicta, ad incursum nostrae
indignationis, & irae, poenae florenorum auri Aragonum mille
a bonis fecus agentis irremissibiliter exigendorum, & nostris
inferendorum gratijs, quatenus huiusmodi nostram confir-
mationis, & nouae concessionis gratiam, & prouisionem,
& omnia, & singula in ea contenta, teneant firmiter, &
obseruent, tenerique & obseruari inuolabiliter, per quos-
cumque faciant iuxta sui seriem, formam, & tenorem ple-
niore, cauti siquidem contrarium agere, aut fieri per-
mittere, ratione aliqua siue causa, pro quanto gratiam
charam habent nostram, & praeter irae, & indignationis no-
strae incursum poenam praepositam cupiunt euitare. In cu-
ius rei testimonium praesentes fieri iussimus, nostro commu-
ni, quo ante quam ad Sacrum Imperium electi essemus, ute-
bamur sigillo (cum nondum alia fabricata fuerint) Impen-
den. munit. Datt. in Ciuitate nostra Hispalis, die vndecimo,
mensis Maij, anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo

simo vigesimo sexto, Regnorum nostrorum, videlicet electionis Sacri Imperij anno nono, Regni Castellæ, Legionis, Granatæ, &c. xxiiij. Nauarræ tertio decimo; Aragonū vero, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, aliorum duodecimo, Regis vero omnium duodecimo.

Y O E L R E Y.

Vt. Cant.

Vt. Lu. Sanchez.

Gener. Thesaur.

Vt. Io. Alemanus,

Cont. Relator generalis.

Vt. Conseruat. generalis.

Vt. De Ferrara. R.

Vt. De Bononia. R.

Vt. Maius. R.

Vt. Ram. R.

Vt. Boncianum.

Sacra Cæsarea Maiestas mandauit mihi Alphonso de Soria, vis. per Cant. De ferrara R. Can. Thes. gener. De Bononia. Maius. Ram. & Boncian. & tenent. & pro Conf. & contra relatores generalem.

In Maioric. Sigilli comm. iij. fol. ccviii.



N O S Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentia, Galletiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbij, Algezira, Gibraltaris, Insularum, Canariæ, necnon Indiarum Orientalium, & Occidentalium Insularum, ac terræ firmæ maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantia, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Abspurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rosilionis, & Ceritania, Marchio Oristani, & Comes Goceani. Licet adiectione pleni-

plentudo non egeat, nec firmitate quod est firmum confirmatū tamen interdū quod robur obtinet, non quod necessitas id exposcat, scilicet vt confirmantis sincera benignitas, pateat, & reigestæ abundantioris cautela, robur accedat. Dudum pro parte Syndici Vniuersitatis nostræ ciuitatis & Regni Maioricarum, fuit Maiestati nostræ expositum, & deductum, ipsam Vniuersitatem habere quoddam Priuilegium per Serenissimum Dominum Regem Ferdinandum Abauum nostrum, eidem concessum, cuius exemplum autenticum, nobis, & seu in nostro Sacro Supremo Regio Consilio exhibere fecerunt, huiusmodi sub tenore. N O S Ferdinandus Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, Sicilia, Granatæ, Toleti, Valentia, Galletiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbij, Algezira, Gibraltaris, ac Insularum Canariæ, Comes Barcinonæ, Dominus Viscaia, & Molina, Dux Calabria, & Apullia, Athenarumque; & Neopatria, Comes Rosilionis, & Ceritania, Marchio Oristani, & Comes Gociani. Exhibito reuerenter, atq; humiliter præsentato Maiestati nostræ per dilectum nostrum Gasparem Callaph Ciuem, ac Nuntium pro parte vestrum dilectorum, & fidelium nostrorū Iuratorum ciuitatis, & Regni, atq; Clauariorum partis foraneæ Maioricarum priuilegio quodam per nostrā Regiā Maiestatem, vobis & vniuersitati præfati Regni, iam dudū concessa, tenoris sequentis. N O S Ferdinandus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, Sicilia, Granatæ, Toleti, Valentia, Galletiæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbij, Algezira, Gibraltaris, ac Insularū Canariæ, Comes Barcinonæ. Dominus Viscaia & Molina, Dux Athenarū, & Neopatriæ, Comes Rosilionis, & Ceritania, Marchio Oristani & Comes Gociani. Quia vos dilecti & fideles nostri Iurati, & Consiliarij, & probi homines nostræ ciuitatis & Regni Maioricarum, circa augmentum & ornamentum dictæ ciuitatis & Regni admodum versatis, conaminiq; eiusmodi ciuitatem & Regnum gloriosa artium & scientiarum doctrina (quæ hominum mores purgat, tacitosque & loquentes ornat) magnificare, & decorare: propter quod Maiestati nostræ humiliter misistis supplicatum, vt facultatem construendi, & institu-

di studiū generale in tam dicta Ciuitate & Regno, nihilominus eidem studio generali consimilia priuilegia, libertates, immunitates, præminentias & honores quos, quas, & quæ habet generale studium Ciuitatis Illerdæ, & particulares personæ eiusdē de nostra solita benignitate concedere dignaremur. Vestris igitur supplicationibus humaniter moti, propter notabilia obsequia per eandem Ciuitatem & Regnum prædecessoribus nostris Regibus Aragonum, diuini recordij & nobis præstita, tū quia existimamus huiusmodi generale studium, multum utilitatis & augmenti, in dicto Regno allaturum, illique profuturum: tenore præsentis priuilegij, cunctis temporibus futuris valituri, concedimus vobis, & plenariam facultatem impartimur, quod possitis, & valeatis in dicta Ciuitate, vbi malueritis, & videbitur vobis magis expedire, construere, fabricare, & de nouo instituere, construere; institui, & fabricari, facere studium generale omnium artium & scientiarū, quas tam generaliter, quam particulariter in dicto studio legere facere possitis & valeatis, sicut, & quemadmodum solent legi, & disci in præfata Ciuitate Illerdæ, & ad maioris gratiæ cumulum scienter & expresse volumus, & de gratia speciali concedimus vobis, quod huiusmodi studium generale habeatis & teneatis omni futuro tempore (prout dictū est) cum consimilibus præhementijs, priuilegijs, officijs, facultatibus, ordinationibus, honoribus, fauoribus, libertatibus, & prærogatiuis, quos, quas, & quæ præfatum studium generale dictæ Ciuitatis Illerdæ, tam generaliter quam specialiter tenet, & possidet virtute Regiarum & nostrarum concessionum. Retinemus tamen nobis, & successoribus nostris, prouisiones, seu concessiones officiorum in dicto studio formandorum, & ordinandorum, de quibus solemus providere in studio Generali prædictæ ciuitatis Illerdæ. Illustrissimo propterea Ioanni Principi Asturiarum, & Gerundæ filio nostro charissimo, ac in Castellæ, & Aragonum Regnis, post felices dies nostros hæredi, immediato successori, sub paternæ benedictionis obtentu, intentum nostrum detegentes, dicimus; Illustri quoque Infanti Enrico Duci Sugurbij & Comiti Empuriarum patrueli nostro charissimo, in Principatu Cathalonix, Regnoque prædicto

dicto Maioricarum; & Insulis eis adiacentibus Generali Locumtenenti; nec nō Blanes de Berenguerio Domicello Generali Locumtenenti, Governatori, Magistro Rationali, Regioque Procuratori, in eodem Regno Baiulo, Vicario, Ciuitatis, & alijs vniuersis & singulis Baiulis forensibus, & alijs quibusuis officialibus nostris, in dictis Ciuitate & Regno constitutis, & constituendis, & dictorum officialium locumtenentibus, præsentibus, & futuris, ad incursum nostræ iræ, & indignationis, dicimus, & dillicte præcipiendo mandamus, quod tenentes, & obseruantes, tenerique & obseruari perenniter ad vnguem facientes, huiusmodi nostram concessionem, & omnia & singula in eadem contenta, in nihilo contrauentiant, nec contrauentiri per aliquem patiantur, quanto dictus Illustrissimus Princeps filius noster charissimus nobis complacere, reliqui vero officialis nostri gratiam nostram charam habent, ac pœnam quinque mille florenorum cupiunt euitare. In cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus, nostro sigillo communi inpendenti munitam. Datt. in Ciuitate Cordubæ, die tricesimo primo Mensis Augusti, anno à Natiuitate Domini millesimo quadragesimo octuagesimo tertio, Regnorum nostrorum, videlicet, Siciliæ anno decimo sexto, Castellæ, Legionis decimo, Aragonum vero, & aliorum quinto. YO EL REY. Fuimus exinde humiliter pro vestrum parte supplicati, ex nostri solita benignitate dignaremur providere & mandare præinsertum priuilegium, & omnia, & singula in eo contenta, eidem Vniuersitati ipsiusmodi Ciuitatis, & Regni, iuxta illius seriem, & tenorem pleniores inuiolabiliter firmiterque perpetuo custodiri, & obseruari, nec aliquo pacto per quempiam quauis causa infringi, seu contra ipsum venire. Et nihilominus pro illius firmitiori obseruatione, & executione fuimus & tam pro parte vestrum, quam pro parte dilecti nostri Ioannis Cabaspre Ciuis prædictæ Ciuitatis Maioricarum, Magistri & preceptoris electi, nominati, & confirmati in lectura & doctrina artis, & scientiæ illuminati & diuini Doctoris Magistri Raimundi Lullij quondam Ciuis Maioricar. quæ in eodem generalis studio legitur

legitur, per ipsum Ioannem Cabra pre humiliter supplicati, vt
uestigia sequentes Serenissimi Regis Alphonsi Patruj, & prædeces-
sorij nostri diuini recordij, qui satis, superque informatus de miri-
ficis virtutibus Artis, & scientiæ, & doctrinæ eiusdem egregij
Doctores Magistri Raimundi Lullij, & quantum illa possit pro-
ficere regnicolis, & degentibus in suis, & nostris Regnis, & do-
minijs, concesserat quodam Ioanni Lobet oriundo ciuitatis no-
stræ Barcinonæ ad opus magistraliter legendi & docendi artē,
scientiam, & doctrinam præfati egregij Doctores, literas qualdā
tenore sequentis. N O S Alphonsus Dei gratia Rex Aragonū,
Siciliæ, citra & ultra Farum, Valentia, Hierusalem, Hungariæ,
Maioricarum, Sardinia, & Corsicæ, Comes Rosilionis, & Cerita-
niæ. Gratanter percepto, quod vos fidelis noster Ioannes Lo-
bet oriundus ciuitatis Barcinonæ, per multum in artibus, & sciē-
tijs egregij Doctores Magistri Raimundi Lullij, & Maioricis stu-
diose vacatis, & quod præfatas artes, in Regnis, & terris nostris
legistis, ipsarumq; lecturā continuare proponitis, vt nostra dictæ
lecturæ accedat authoritas, in roboramen valoris, & inde vestra
compleatur voluntas in consuetudine huius, quod habetis cha-
rum, & nostra defendatur armatura, contra imponentes rabiem
operibus dicti prænominati egregij Doctores illarum lecturæ:
propterea ad plenū cerciorati, & pluribus fidedignis, quod ope-
ra ipsius Magistri Raimundi, nec bonis moribus, nec fidei Ca-
tholicæ in aliquo contrariantur; & nec minus vñlla quadam lite-
ra Curia Parisien. Datt. Paris anno Dñi millesimo trecentef-
simo nono, die Martis post octauas Purificationis Beatæ Virginis
gloriosæ, & munita sigillo prædictæ Parisiæ. Curie, de laudatione
& approbatione artium, & scientiarū dicti egregij Doctores, factis
per Officialē Curie Parisien. & fieri requisitis per prælibatū Do-
ctorem egregium, præhabita informatione testimoniali cum Sa-
cramento præstito, a quadraginta Magistris, & Bachallarijs in
naturalibus, & Theologalibus, qui ordinati fuere ad audiendū
artem generalem cum illius contractione ad speciales scientias,
ab eodem personaliter prælibato egregio Doctore publicè in
studio Parisien. Attendentesq; quod Illustrissimus Philippus
Franciæ Rex, dictum egregium Doctorem, veluti fidelem virum
in suis

in suis dictis, & tanquam Apostolicum in zelo, & in cura, iuxta
illud pro exaltatione fidei Catholicæ, habuerit: ipsumque beni-
gniter tractari ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus voluerit,
& gratum acceperit; etiamque ordinauerit, eidem fauorem be-
neuolum impendi ab omnibus suis subditis, vt consonum rationi
uisum fuit, & dignum. Prout apparet quadam litera dicti Regis
Franciæ suo sigillo munita. Datt. apud Vernonem secunda die
Augusti, anno Dñi millesimo tricentesimo decimo. Attendentesq;
etiā quod Cancellarius Parisien. Franciscus de Neapoli,
speciali mādato dicti Regis, visis, & quantum occupationū frequē-
tia patitur, diligenter inspectis quibusdam operibus quæ dictus
egregius Doctor Magister Raimundus Lullius ediderat, restatus
est autentice vniuersis, nil in dictis operibus inuenisse, quod bo-
nis moribus obuiet, & sacra doctrinæ Catholicæ sit aduersum;
quin potius in dictorum serie, & tenore pro humani fragilitate
iudicij, zelum feruidū, & intentionis rectitudinē pro fidei Chri-
stianæ promotione, vt patet inquadam litera dicti Cancellarij.
Datt. Paris. anno Dñi millesimo trecentesimo vndecimo. At-
tendentesq; etiam fore pronuntiatū per Reuerendū in Christo
Patrem Bernardum miseracione diuina Episcopum Castelli, &
Comissarium autoritate Apostolica deputatum, super litigio,
quod in processu ducebatur inter consanguineos, & deuotos di-
cti egregij Doctores parte ex vna, & Magistrū Nicolau Eimericū
Inquisitorem, in & super quadā Bulla fictitia: vi cuius, super ali-
quas conclusiones, per præfatum egregium Doctorem suis libris
positas, & contra eorum positionem inquirebatur, in condēna-
tionem dicti Magistrū Nicolai Eimeric, & in approbatione bo-
næ positionis, & Catholicæ determinationis, in libris præfati Do-
ctores egregij habitarum, iuxta rectum arbitriū Reuerendi Cō-
missarij præfati & bonam conscientiam duodecim in sacro elo-
quio Magistrorum, de ordinibus Beati Dominici, & minorum;
qui visis conclusionibus, testificarunt cum Sacramento, sanū &
Catholicum habere sensum, vt in libris habentur dicti egregij
Doctores: prout hæc & alia plura constant duobus instrumentis
publicis, actis Barcinonæ, altero in posse Petri Dalmatij Notarij
publici Barcinonæ sub anno Domini millesimo tricentesimo
octo-

octogesimo sexto; altero in posse Gabrielis Cañelles Notarij publici Barcinon. sub anno a Natiuitate Dñi millesimo quadringentesimo decimo nono. Et insuper memores, quod nos habentes gratissimum quod in ditione nostra repertus fuerit, tam mirandarum artium, & scientiæ author, qualis præfatus egregius Doctor Magister Raimundus Lullius, earum lectionem publicâ approbamus, & permittimus, prout apparet charta sigillo nostro munita. Datt. Cæsaraugustæ, die quintadecima Ianuarij anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quinto decimo, quod iam ante cõcessum, approbatum, & permittum fuerat per prædecessores nostros Illustrissimos, videlicet, Dominum Petrum Regem Aragonum, vt patet in quadam sua charta sigillo eiusdem pendente. munit. Datt. Valentia decimo die Octobris, anno a Natiuitate Dñi millesimo trecentesimo sexagesimo nono, & per Dominum Martinum Regem Aragonum filium suum, vt patet in quadam alia eius charta sigillo pediti munita. Datt. Cæsaraugustæ, vicesima quinta Nouëbris anno a Natiuitate Dñi millesimo tricentesimo nonagesimo nono. Vobis dicto Ioanni Lobet, & a vobis substituendis concedimus, & elargimur licentiam, & liberam authoritatem, & plenariam facultatem, dictas præfati Egregij Doctoris artes & scientias legendi magistraliter in omnibus ciuitatibus, terris, & locis vniuersæ ditionis nostræ; in eisdemque faciendi scholas propter lectionem dictarum scientiarum: nec per Officiales, Consiliarios, Iuratos, & probos homines, aut alios illius ciuitatis, loci & terræ vbi scholas construere decreueritis, vobis super his impedimentum, vel obstaculum aliquod fieri debeat, neque possit: quinimo vos & substitutos vestros beneuole tractent, cum auditoribus vestris, & ipsorum, in & super constructione scholarum, & lectione dictarum artium & scientiarum quiete, pacifica, & tranquilla, vobis & eis faueant, & assistant auxilijs, præsidijs & fauoribus opportunis, vbi & quoties fuerint requisiti. Illustrissimis itaq; quibuscumque Locuten. generalibus nostris, huc nostrum declaramus intentum; mandamus scienter, & expresse sub ira & indignatione nostræ incursum, & quoquomodo fortius dici potest, vniuersis & singulis officialibus & subditis nostris, ad quos præsentibus peruenerint, & spectent, & signanter Officialibus, Consiliarijs, Iuratis, pro-

bis hominibus, & alijs prædictis, quatenus licentiam & facultatem nostram huiusmodi, vobis dicto Ioanni Lobet teneant efficaciter, & obseruent, tenerique & obseruari faciant inuiolabiliter per quoscumque. Nec vos aut substitutos vestros super lectione dictarum Artium, vel constructione scholarum molestant, & impediunt, vel perturbent, assistant, quin potius (vt præfertur) signariam nostram charam habent, iramque & indignationem, pœnamque nostro reseruatam arbitrio, cupiunt euitare. Sonet ergo vox vestra & vestrorum substituendorum, per doctrinam in auditorum auribus, nec metu detractorum quorumlibet conticescat: sed dictas Artes, & scientias in lumine exponi cõtinuentur, & vt liberius, facilius, & tutius vos dictus Ioannes Lobet, & substituendi a vobis, circa prædicta vacare possitis, & ne metu cuiuspiam vos, aut eos a dictarum Artium lectione retrahat, vel impediatur vos, & dictos substituendos a vobis, vestriq; & eorum Auditores, tenore præsentis sub nostra protectione, comanda, & guidatico speciali ponimus, & constituimus. Ita quod quicumque abinde, de ausu temerario, contra personas, aut bona vestrum cuiuslibet quicquid attentare præsumperit, se in pœnas contra ruptores protectoris Regij appositis nouerit incursum, damno & iniuria illarum pœnitus, & plenariæ restitutus. In quorum testimonium præsentibus fieri iussimus nostro sigillo secreto in dorso munit. Datt. in Castronouo Neapolis die vicesima sexta, Ianuarij, anno a Natiuitate Domini 1449. Rex Alfonso. Vt. P. Conseruat. generalis. Dignaremur pari modo, præfatum Magistrum Ioannem Cabaspre, Magistrum & præceptorem (vt præhabetur) electum, nominatum & confirmatum in lectione & doctrina prædictis eius vita durante, & ceteros alios quosuis futuros Magistros in eisdem Arte, scientia, & doctrina, tãquã reipublice proficietes, cum eorum auditoribus nullatenus inquietari, seu molestari: quinimo beneuole pertractari, illisq; faueri, & vbi, ac quoties opportuerit auxilijs præsidijs, & fauoribus opportunis illis assisti, sic & prout, & quẽadmodum alijs Magistris, & Doctoribus auditoribusq; aliorum studiorum generalium seruatur, & custoditur, & alias eidem lectione speciale præsidium authoritatis nostræ interponere dignaremur. Nos vero supplicationibus
eisdem

eisdem, utpote iustis, & ratione conformibus benigniter annuētes, & præsertim quia cum concessimus licentiam & facultatem, ut ipsum studium generale instrueretur, & fieret in ipsa Ciuitate & Regno, prospeximus, illud conuenire utilitati Reipublicæ ipsius Regni, & consequenter seruitio nostro, qui caput ipsius reipublicæ sumus, sicq; semper fuit, & est intentionis nostræ, ipsum priuilegiū, & contenta in eo, ad vnguem obseruari. Est & etiam menti nostræ gesta & facta per præfatum Serenissimū Regem Alfonso imitari, quando quidem non minus, quā illi, placeat nobis, & quidem libenter & animo hilari, artem, scientiam, & doctrinam tanti Doctoris Magistri Raimūdi Lullij, illius virtutibus promerentibus, & ipsa scientia requirente, extollere idemq; Magistrum Ioannē Cabaspre, ac cæteros futuros Magistros in eadē arte & scientia honorare, præmijsq; & remunerationibus Regijs dignos reddere. Itaque tenoris præsentis priuilegij cunctis futuris temporibus perpetuo valituri, ex nostri certa scientia, deliberateq; & consulto, edicimus, & statuimus præinsertum priuilegium nostrum, & omnia & singula in eo contenta, iuxta illius seriem, & tenorem pleniores, tanquam de nostra mente deliberata procedētia, inuolabiliter custodiri, firmiterq; ad vnguem obseruari; neque per quempiam quauis causa aliquo pacto infringi, sub pœnis in dicto priuilegio contentis: quarum rigurosam executionē, absq; vlla venia fieri, absq; personarū exceptione præcipim⁹, & iubemus. Nihilomin⁹ edicimus, & prouidemus iam dictū Ioannē Cabaspre Magistrū, & præceptorem (ut præhabetur) electum nominatum & confirmatum in lectura & doctrina artis & scientiæ prænominati Doctoris egregij Raimūdi Lullij, eius vita durante, ac cæteros alios quosuis futuros Magistros ipsiusmodi artis & scientiæ, cum eorum auditoribus, non solum nullatenus inquietari, seu molestare, sed etiam humaniter beneuoleq; pertractari, illisq; fauēdo, & vbi ac quoties opporuerit auxilijs, præsidijs, & fauoribus, quo ad fieri possit assistendo; sic & prout, & quemadmodum alijs Magistris, & auditoribus cæterorum studiorum generalium fauetur, auxiliatur, & assistitur, fauoresq; præsidia, & honores præberi solent, & consueuerunt, atq; ad maioris gratiæ cumulū, lecturæ, & magistrali eruditioni

ditioni ipsiusmodi artis & scientiæ, & doctrinæ præsidium speciale nostræ authoritatis interponimus, pariter & decretum. Serenissimæ propterea Ioannæ Principi Asturiarum & Gerundæ, Archiducissæ Austriæ, Ducissæ Burgundiæ, filiæ primogenitæ nostræ charissimæ, & Governatrici generali, & post longeuos, & felices dies nostros immediate hæredi, & successori nostræ, intētum aperientes nostrum, sub paternæ benedictionis obtentu dicimus, Locumten. vero Generali, ac Governatori, Procuratorique Regio nostris in eodem nostro Regno, Baiulo insuper, & Vicario Ciuitatis, & alijs Baiulis forensibus Iuratisq; Ciuitatis, & Regni ipsiusmodi Maioricarum, & alijs deniq; officialibus, & subditis nostris, in eisdē Regno, & ciuitate constitutis, & constituendis, dictorumq; Officialium, Locumten. tam præsentibus, quam futuris, dicimus, & præcipiendo districtius mandamus, scienter & expresse, sub incurfu nostræ indignationis, & iræ, pœneque florenorum auri Aragonum quinque mille, nostris (si secus fieret) inferendorum ærarijs, quatenus tenentes & obseruantes, tenerique & obseruari perpetuo ad vnguem facientes, huiusmodi nostrum priuilegium, & omnia & singula in eodem contenta iuxta eius seriem, & tenorem pleniores, in nihilo contraueniant, aut contrafaciant, nec contrauentiri, aut contraferri patiantur aliqua causa, vel ratione, quanto dicta Serenissima Princeps filia primogenita nostra charissima paternam benedictionem habet charam, cæteri q; officiales & subditi nostri præpositam cupiunt non subire pœnam. In cuius rei testimonium præfens priuilegium fieri iussimus, nostro communi sigillo impenden. munit. Datt. in Ciuitate Casaraugustæ, die vicesimo primo mensis Februarij anno a Natiuitate Domini 1583. Regnorum nostrorū videlicet Siciliæ anno 39. Castellæ, Legionis 30. Aragonum, & aliorum 5. Granatæ autē 12. YO
E L R E Y. V. Amat. Reg. Gener. Thesaur. V. Petrus Coscolla pro Conser. Gener. Dominus Rex mandauit mihi Francisco Castell, visā per Amat. Regent. Can. cui fuit commissum, visā etiam per Gener. Thesaur. & P. Coscolla pro Conser. Generali. In Maioricarum nono fol. 38. Supplicatumque
TTT nobis

nobis humiliter fuerit, pro parte Iuratorum eiusdem Ciuitatis, vt præinsertum priuilegium, & omnia & singula in eo contenta laudare, approbare, ratificare & confirmare, & quatenus opus sit, vna cum prouisione officiorum Notarij, & Vitelli Gymnasij generalis eiusdem Vniuersitatis, hætenus nobis reseruata in & cum inserto priuilegio, de nouo concedere, & indulgere dignaremur. Nos vero subditorum nostrorum, præsertim benemeritorum votis inclinati, eorum petitioni benigne annuentes, tenore præsentis, de nostra certa scientia Regiaque autoritate deliberate, & consulto, ac matura dicti nostri supremi Consilij accedente deliberatione, dictum & præinsertum priuilegium, & omnia, & singula in eo contenta, expressa & declarata, à prima scilicet eius linea, vsque ad vltimam inclusive, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, & quatenus opus sit vna cum prouisione dictorum officiorum Notarij, & Vitelli (vt præfertur) de nouo concedimus, indulgemus, & elargimur, nosræque huiusmodi laudationis, approbationis, ratificationis, & confirmationis, noueq; tam dictorum duorum officiorum, quam aliorum concessionis præsidio, seu munimine roboramus, & validamus, autoritatemque nostram eis interponimus, pariter & decretum. Volentes & decernentes expresse, quod deinceps, quoties dicta duo officia Notarij, & Vitelli dicti Gymnasij vacare contigerit, eorum prouisio ad dictos Iuratos pleno iure pertineat, & spectet, sicut nobis per rinebat & spectabat, ante præsentem gratiam & concessionem. Decernentes insuper, quod nostra huiusmodi gratia, & concessio prouisionis, & nominationis dictorum officiorum, laudatioque, approbatio, ratificatio, & cõfirmatio, ac quatenus opus sit noua concessio præinserti priuilegij, sit, & esse debeat dictæ Vniuersitati, & ipsius Iuratis, modo quo supra, stabilis, realis valida, atque firma, nullumque in iudicio, aut extra sentiat diminutionis obiectum, de effectus, incommodum, aut noxæ alterius detrimentum: sed in suo semper robore, & firmitate persistat. Serenissimo propterea Philippo Principi Asturiarum, & Gerundæ, Ducique Calabriæ, & Montisalbi, filio primogenito nostro


to nostro charissimo, ac post felices & longeuos dies nostros in omnibus Regnis & dominijs nostris (Deo propitio) immediate hæredi & legitimo successori, intentum aperientes nostrum, sub paternæ benedictionis obtentu dicimus, eumque rogamus: specialiter vero magnificis, dilectisq; Cõsiliarijs & fidelibus nostris, Locumtenenti. Et Capitaneo generali nostro, Regenti Cancellariam, & Doctoribus nostræ Regiæ Audientiæ, Aduocato, & Procuratori Fiscalibus, Regio Procuratori, Regenti Thesaurariam, & Locumtenenti, Magistris rationalis, Vicario, Baiulis, Alguazirijs, Virgarijs, Portarijs, cæterisque demum vniuersis, & singulis officialibus & subditis nostris maioribus, & minoribus in præfato Maioricarum Regno constitutis, & constituendis, ipsorumque officialium Locatenentibus, seu officia ipsa regentibus, & subrogatis, præsentibus & futuris, præcipimus, & iubemus, ad incursum nostræ Regiæ indignationis, & iræ, pœnæque florenorum auri Aragonum mille, nostris Regijs inferendorum æarijs: quod præinsertum priuilegium, nostramque concessionem prouisionis dictorum officiorum, laudationemque approbationem, ratificationem, & confirmationem, ac quatenus opus sit nouam concessionem eiusdem priuilegij, omniaq; & singula in eo contenta & expressa, iuxta illius seriem & tenorem pleniores teneant firmiter, & obseruent, tenerique & inuiolabiliter obseruari faciant, per quoscumque, & non contra faciant, vel veniant, aut aliquem contrafacere, vel venire permittant, ratione aliqua, siue causa, si dictus Serenissimus Princeps nobis morem gerere, cæteri vero officiales & subditi nostri prædicti gratiam nostram charam habent, ac præter iræ & indignationis nostræ incursum pœnam præpositam cupiunt euitare. In cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus, nostro Regio communi sigillo pendente munit. Dat in Sancto Laurentio Regali die vigesima quarta mensis Octobris anno à Natiuitate Domini 1597. Regnorumque nostrorum videlicet citerioris Siciliæ, & Hierusalem 44. Castellæ autem Aragonum vltioris Siciliæ, & aliorum xxxij. Portugaliæ vero xvij. YO EL PRINCIPE. Dominus Rex, & eius nomine Dominus Princeps mandauit mihi Dominico Ortiz. Vissa per Frigolam Vicecancell. Comitem General Thesaurarium, Baptista Couarrubias, Sanz, Guardiola,

& Clauero Regentes Cancell. Don Petrus Sanz Fisci Aduoc.
& me pro Conseruato. Gener.

V ^o . Frigola Vicecanc.	V ^o . Ortiz pro Conseruat.
V ^o . Comes gener. Thesaurar.	Gener.
V ^o . Couarrubia R.	V ^o . Baptista R.
V ^o . Guardiola R.	V ^o . Sanz R.
V ^o . D ^o P. Sanz Fisci Aduocat.	V ^o . Clauero R.

In Maioricarum XII. fol, CC. XL. VII.

Confirma V. M. a los Jurados, y Vniuersidad de Mallorca el priuilegio aqui inserto del Señor Rey Don Fernãdo, tocante a la institucion del Estudio general de aque lla Ciudad. y de nueuo les concede, que los Officios de Notario, y Vedel del dicho Estudio sean a su prouision.



EX Com

EX cõmissione D. Petri Gotor succentoris & Canonici huius Ecclesie, & Vicar. Gener. Illustrif. & Reuerendiss. D. D. Didaci de Yepes Episcopi Turiasonen. Vide expositionẽ D. Petri Sanchez de Liçaraço Doctoris Theologi, & Decani eiusdem Ecclesie, in Artem breuẽ Raimundi Lullij: in qua nihil est à Catholica doctrina alienũ; & dignã censeo quẽ lucẽ aspiciat, quõd lucẽ præferat recondito huius Artis thesauro dispiciendo, eruẽdo, possidendo: vt tanti interpretis opera, tantus author amari, & cognosci tandem incipiat ac suspici, varijs oblocutionibus in eius amorem & admirationẽ conuersis. Non dubito enim quin si ingenium perspicax & modus ac iudicium adsint, vtilis pariat ea Ars fructus Reip. Christiane, cum nacta fuerit homines non sui aut suorum amantes, sed veritatis, pietatis, & publicæ utilitatis. Turiasone in nostro Collegio Societatis I E S V, 22. Decembr. 1612.

*Ioannes Arual Rector Collegij
Societ. I E S V.*

NOS Don Fray Diego de Yepes por la gracia de Dios, y de la sancta Sede Apostolica Obispo de Taragona, y del Consejo de su Magestad, &c. Por quanto nos ha costado que vn libro intitulado. Generalis & admirabilis methodus ad omnes scientias facilius, & citius addiscendas, in qua eximij & pijsimi Doctoris Raimundi Lullij Ars breuis explicatur. Compuesto por el Doctor Don Pedro Hieronymo Sanchez de Liçaraço Dean y Canonigo de nuestra Iglesia Cathedral de Taragona; no tiene cosa repugnãte à nuestra sancta fee Catholica, ni a buenas costumbres. Damos licencia para que se pueda imprimir. Datt. en Taragona à 23. dias del mes de Deziembre del año 1612.

Fray Diego Obispo de Taragona.


Por mandado de su Señoria Illustrissima.

Pedro de Falces Notario.

¶¶¶ 3

OPERIS

OPERIS APPROBATIO,
& Raimundi Lullij & Authoris
commendatio.



V S S V Illustrissimi Domini Don Ioannis Fernandez de Heredia Regni Aragonū generalis Gubernatoris: & ex cōmissione clarissimi viri vtriusque Iuris Doctoris Lucæ Perez Manrique, eius ordinarij Assessoris, & nunc Sacri supremi Consilij coronę Aragonū Regentis meritisissimi designati; librum hunc celeberrimi & super æthera noti Raimūdi Lullij

Artis breuis inscriptum, & luculentissimis cōmētarijs doctissimi simul, ac subtilissimi viri Doctoris Petri Hieronymi Sanchez de Liçaraço Decani Tirafoneñ. illustratum, vidi, legi, atq; perlegi, in quibus, quod ad religionem attinet, nihil absōnum, nihil fidei aut bonis moribus aduersum inuenio, neque quoad disciplinam, quid amplius desiderari valeat. Quum ad omnium scientiarum notitiam facillimo negotio habendam & adipiscendam, in eis breuis & expedita via aditusque patefiat. Itaq; hoc opus Syntaxis artis mirabilis, scientiarum seminarium, emporium & directorium, totiusq; eruditionis encyclopædia meretur nuncupari. Neq; vero operis inscriptio quemquam vel deterreat, vel in admirationem rapiat, quod cunctarum artium & disciplinarum notitia, hac breui & propè diuina methodo, haberi possit & doceatur: habita pro constanti veriore & solidiore opinione, circa animi nostri naturam, videlicet non esse formatum aut creatum, ad instar tabulæ rasę, in qua nihil sit depictū: sed depingi omnia posse, & rerum notiones & imagines, per sensus, tanquam organa & meatus, mentem nostram haurire, & naturaliter nihil scire: quod Aristoteli magis placuit. Sed potius cum Platone, animum nostrum nihil de nouo addiscere, sed reminisci potius, in erga stulo corporis conclusum, per rerum omnium ideas à natura

insitas,

insitas, & scientiarum semina, & in ea latere & artem quandam vniuersam ad ratiocinandum; & cuncta tam naturalia, quam supernaturalia ad miniculo fidei capessendum & intelligendum. Quod Regij vatis testimonio satis fulcitur. Quis ostendet nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Lumen certè deriuatum, de luce illa sempiterna, & de perennitotius scientiæ & sapientiæ fonte promanans. Ad instar metallorum, quæ ab artificibus non capiunt essentiam & naturam, sed potius candorem, puritatē & splendorem; illa à fæcibus & scorijis expurgando. Quæ omnia sapientissimi Salomonis & Raimundi Lullij exēpla testantur: quibus diuinitus & singulari Dei beneficio, scientiarum omnium ars & notitia affulsit & contigit. Atq; ita non mirum quod apud veteres pleriq; clarissimi viri extiterunt, qui naturæ tantum viribus innixi, de omnibus disputandi artē professi sunt. Quorum multos refert Quintilianus. Sed vnus pro mille sufficiat Gorgias ille Leontinus Empedocli discipulus & eximij Socratis præceptor, & cuius nomine inter alios insignis Dialogus Platonis inscribitur. Qui primus in frequentissimo hominum catu, ausus est qua de re quisque poneret, & audire vellet, respondere. Et ideo ob singularem & admirandam ingenij vim & eruditionem, statua illi ex solido auro in templo Apollinis Delphici apposita fuit. Licet inuidis & obtricatoribus etiam clarissimis, Platone videlicet & Aristotele, non caruerit: quibus illius gloria ad eò inuisa fuit, vt omnia, quæ illius, sophistica & phâstica profiterentur. Quid igitur mirum, quod id ipsum doctissimo Raimundo, antiquis & nostris temporibus contigerit, cuiusque doctrina vsque ad eò suggillata, de cuius laudibus vitæ sanctitate, rebus gestis, omniūq; plausu & approbatione, luculentissimum extat testimonium in recenti historia Diui Francisci, cuius alumnus & religiosus fuit. Quantum verò eius arte ac disciplina studiosi omnes proficere valeant, vnus præstantissimi viri testimonio lubet ad scribere. Vnus, vt puto Dei spiritu illustris inuentus à nobis, non ex supradictorum ordine, sed illis minime inuentione inferior: qui artem quandam meditatus est, qua omnia possent scribi & disputari. Is fuit Raimundus Lullius, qui etsi puritati sermo-

nis non studuit, artis tamen nostræ fundamenta iecit, & in quæ plures ediderunt commentaria, vt Lupertus, Lauineta, & alij. Quorum singuli quædam propria addiderunt. Fuerunt & alij quam plurimi, qui artem potius nouerunt eximij Lullij, quam commentarijs illustrarunt. Et quod magis admirandum, fere impuberes hac arte freti, de omnibus rebus disseruerunt, paucissimisque mensibus doctissimi euaserunt. Interquos referunt Daguenum, Medoratum, & Iacobum Ianuarium, tota Italia celebratos. Quorum prior, cum anno trigesimo septimo ætatis, vix prima hauisset literarum elementa, sex duntaxat mensibus huic artificio incumbens, doctissimis viris miraculo est habitus. Alter autem cum septem peregisset lustra, à literis penitus alienus, tantum hac arte profecit, vt sicut ex eius scriptis apparet, nulli Doctorum hominum sit posponendus. Addunt his eximios fuisse eadem ætate factos, Ferdinandum Cordubam Hispanum, Iacobum Fabrum Stapulensem, Carolum Bouilium, Petrum, & Iacobum Canterios Germanos Frisones, cum vnica sorore decenni in omni disciplinæ genere differentes. Possemus his addere Picum Mirandulanum, Angelum Politianum, vterque enim, nescio num per hanc artem, disputare se posse de omnibus pollicebatur. Quod Picus, admiraculum vsque Romæ præstitit, integro anno publicè scientiarum omnium assertiones defendendo, vt ex eius scriptis apparet. Quibus authorem istū, vnde hæc mutuata sunt, videlicet Petrum Gregorium Tholosatem virum præstantissimum, meritò adiungere possumus, propter prodigiosum ingenij acumen, quod eius Syntaxis Artis mirabilis, & ad illam doctissima & disertissima commentaria, clarissimè testantur. Et pro colophone, nostrum Decanum Tirafonesi splendidissimo & acutissimo ingenio, doctrina singulari, eximiaque eruditione atque indefesso studio omnium nostræ ætatis Theologorum facile principè, omni tamen virtutum genere, religionis splendore, vitæ integritate & candore, ac summa erga Christi pauperes pietate, & charitate nemini proculdubio secundum, hisce ad Lullij paruam artem loculentissimis commentarijs, præpositis doctissimis decem prolegomenis, de huiusce artis generalis & naturalis existentia, essentia, subiecto,

subiecto, sine, partibus, accidentibus, gradu, progressu, & instrumentis peritissimè enucleatis. Quamobrem iure optimo nobilissimum hoc opus typis cudendum & euulgandum censeo: & pro eospondeo, haud quaquam Horatianam reprehensionem aduersus authorem suum veritutum. Dum dixit.


*Paucis ostendi genus & communia laudas
Non ita nutritus fuge, quod descendere gestis?
Et alibi, idem*

Nescit vox missa reuerti.

Quæ enim in vulgus prodeunt, grauissimo se periculo & censuræ exponunt: vulgi scilicet & linguæ ancipitis. Quod Politianus elegantissimè suo illo Epigramate in Paulum testatus est.

*Quæ tu condideras damnauit carmina nuper
Nec tua damnauit carmina Paule tamen
Author eras fateor, sed cum sunt edita Pauli.
Authoris non sunt carmina sed populi.*

Dominicus Auengochea Regius Consiliarius.
Ita censeo & recenseo.



DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de las dos Sicilias, Hierusalem, &c.

DON Iuan Fernandez de Heredia Cauallero Mesnadero, Gentil hombre de la boca del Rey nuestro Señor, y de su Consejo, regente el officio de la general gobernación en el presente Reyno de Aragon, y Presidēte en la Real Audiencia de aquel. Por quāto por parte del Doctor Pedro Hieronymo Sánchez de Liçaraço Deā, y Canonigo de la Santa Yglefia de Tاراçona, se nos ha suplicado fuessemos seruido darle licēcia y facultad, para que pueda, y haga imprimir y vender en qualesquier partes deste Reyno, y por el Impresor, ò impressores, librero, ò librereros que le pareciere, y en vna ò mas vezes, vn libro intitulado, *Generalis & admirabilis methodus ad omnes ciencias facilis, & citius ad discendas, in qua Eximij & pijsimi Doctoris Raimundi Lullij ars breuis explicatur, & multis exemplis varijsque questionibus circa facultates quæ in scholis docentur ad praxim (quod nunquam factum legitur) apertissime reducitur.* Y porquē auiedo mandado ver y reconocer primero, se ha hallado quē aquel no tiene ni ay cosa alguna contra nra sancta Fee Catholica, ni otra, por quē no se deua conceder, antes bien quē aquel ha sido y es de grāde vtilidad, y prouecho para todos, particular y generalmēte. Por tanto por tenor de las presentes de nuestra cierta ciencia, y por la Real authoridad de que vffamos, damos licencia y facultad a vos el dicho Doctor Pedro Hieronymo Sánchez de Liçaraço Dean arriba nombrado, o a la persona que vuestro poder tuuiere para imprimir y veder, y hazer imprimir y veder respectiue a nōbre vuestro, y cō vuestro orden por tiēpo de diez años, contaderos del dia de la data de las presentes,

tes en qualesquiere partes deste Reyno, ò otros, y por qualesquier impresor, ò impressores, librero, ò librereros que os pareciere, y todos los cuerpos que del les hizieren: proueyendo y mandando, quē persona otra alguna sino vos el dicho Dean, ò quien vos quisieredes, o tuuiere vuestro poder lo pueda imprimir, ni veder dētro del sobredicho tiēpo, en pena de perdimiento de los libros y moldes, y otras penas a nos arbitrarias. Con esto, quē en todos los volumenes y cuerpos quē imprimiere deys seays tenido quē esta nuestra licencia vaya impressa, mandando por tenor della a qualesquier juezes, y officiales mayores y menores, y otros qualesquiere ministros, vasallos y subditos de su Magestad, en el presente Reyno de Aragon, quē so incurrimento de su yra, ò indignacion, y en pena de mil florines de oro de Aragon de bienes de los contrauenientes exigideros, y a los reales cofres aplicaderos, quē la presente licēcia y todo lo en ella cōtenido os guardē tēgan, y obseruē, tener, obseruar y guardar hagan inuiolablemēte, sin hazer ni permitir ser hecho lo cōtrario, si la gracia de su Magestad les es cara, y en la dicha pena desfean no incurrir. Datt. en Caragoça a quatro de Março del año M. DC. XIII.

*Don Iuan Fernandez de Heredia
Gouernador de Aragon.*

V. Perez Manrique Assessor.

Dñs Regens officium generalis guberni. mandauit mihi Ioann Ludouico de Abiego. Visa per Perez Manrique Assessor.

OBSER.

OBSE RVATIO AD LECTOREM.



VM multas circa varias scientias Eximius & pius Doctor Raimúduſ Lulliuſ compoſuerit & in lucem ediderit artes, quas de Theologia, Philoſophia, iure & alijs titulis inſignie rit, ea præcipue nomé artiſ obtinuit quæ Ars Magna & illiuſ abreuiatio qualis eſt ars breuis intitulatur, in quibus admirabilem, & nū quam ſatis laudatam methodum generalem ad omnes ſcientias faciliuſ addiſcendas tradidit, & quā in Arte Magna per longam & prolixam tractationem aduertit, in Arte breui magnam ipſam artem compilando breuiori explicatione & tractatione perſtringit. Ob eā igitur cauſam vť memoriæ faciliuſ methoduſ iſta in ſigatur, aliqui doctiſſimi & ſapientiſſimi viri commentarijs eam illuſtrare conuati ſunt, vt publicæ vtilitati & communi bono conſulerent. Quorū alij à principiorum artiſ declaratione, alij à regularum explicatione, alij à ſubiectorum notitia inceperunt, alij vero methodum iſtam non ſatis penetrantes ſuo arbitrio & iudicio diuerſo modo ordinarunt. Quę fuit cauſa, vt eiſ ſecretum & admirabile myſteriū multi nō attigerint, & in principali parte qualis eſt applicatio artiſ ad omnes quæſtiones ſatis clare & manifeſte ipſi commentatores & interpretes defecerint. Quam diuerſitatem in addiſcenda arte conſiteor mihi aliquando nimis obſuiſſe, qui quaſi in biuio poſituſ quo me verterem neſciebam: obidq; & quia Doctores grauiffimi de arte hac male ſentiebant inſipienter (ſicut alij qui artem ignorant & eam deſpiciunt) ego quoque perſequebar inuiſte, authorem ipſum & eiſ doctri nam & profefſores illiuſ taxando; quia ſic fieri ab alijs ſatis licentioſe videbam, in quo propoſito longo tempore perſeuerando, poſſe tamen dari artē generalem ad omnes ſcientias ſentiendo, & multoſ ob hanc cauſam authores perlegendo ab eiſ circa varias partes artiſ inſtru-

inſtructuſ & in vnum diuerſas eorum explicationes compilando eaſq; ad inuicē comparando non ſine magno & cōtinuo per multoſ annoſ labore viſuſ ſum, me verum artiſ ſinem attigiſſe, partim magiſtrorū meorū induſtria & doctri na, partim indefeſſa lectione authorum, & exhiſ omnibuſ meam inſipientiā circa impiū iudiciuſ artiſ deprehendens, cum maxima pœnitentia & dolore ignorantie meę pedē retuli, meq; totū lectioni artiſ & doctri nę authoriſ per treſ integroſ annoſ tradidi. Quo tēpore varias circa materiā Theologicā, circa vtrūq; iuſ & philoſophiā quæſtiones agitans & tractationeſ experiens, rem ſatis bene meo deſiderio & voto ſuccedere proſpexi, ideo multa circa iſtud propoſitū, & circa alia ſcribens, & tam in ordine ad inuentionem materię, quā circa iudiciuſ & diſpoſitionem, hanc artē aliaſ quæ in ſcholiſ leguntur mirabiliter excedere vere cognoſcens, adieci animū vt methodum iſtam & artem breuē, iuxta authoriſ intentionē & eiſdem textualeſ explicationē omnibuſ manifeſtarem; nō enim me putaui parū in hoc Deo & cōmuni vtilitati deſeruire, ſi ianuā intellectui hominū ad maiorē ſapientiā, eā circa naturalia quā ſu pernaturalia percipiendā, à noſtro ſacro authore in ſua arte manifeſtatam & multoſ haſtenuſ ocluſſam demonſtrarem & aperirem. Quod vt certiuſ & apertiuſ peragerem & complerem iuxta ordinem & intentionem authoriſ, nec lato (quod aiunt) vngue ab eiſ textu diſcedendo, illum priuſ ſimpliciter ſum interperatus, & vt meliuſ artificioſum perciperetur, aliquas quæ in ſcholiſ agitantur quæſtioneſ, per methodum artiſ quæ in talibuſ partibuſ relucebat, ea qua potui breuitate tractaui, vt quilibet artiſ ſex & profefſor ſcientiarum quid ſibi faciendū eſſet in ſuo propoſito, poſſet cernere; & ibidē cuilibet ad quæ ſe poſſet vltra cōmuneſ arteſ extendere hęc noſtrā aperui. In qua per alphabetū modū aplicādi & reducendi omneſ quæſtioneſ quæ factę ſunt, aut fieri poſſunt in mundo demonſtratur, quod per nullam aliam artem edocetur. In prima quoq; figura omnia principia entis abſoluti colliguntur, vt, per ea quiſ enſ ipſum abſolutū intelligat. In ſecūda vero figura moduſ cognoſcēdi enſ reſpectiuū, & aduertendi innumerabileſ eiſ differentiaſ traditur. Inde in tertia figura, & in quarta, artificioſum quo tractantur quæſtioneſ, quæ plureſ habent

bent terminos animaduertitur, in sequenti artis parte, methodus diffiniendi & firmandi principia signatur; & illico per decem regulas dirigitur & regulatur intellectus ad faciendum verum iudicium de qualibet quæstione & dubio, in regula utrum; diffinit etiam per totalitatem & partes essentielles, per habitus & per actus in regula quid. Detegit gradus essentielles rerum in quolibet subiecto ad demonstrandum a priori, seu posteriori, & per equiparantiam vere & realiter, per regulam de quo. In regula autem quare methodus ad respondendum ex tempore per quatuor genera causarum, in naturalibus, moralibus & super naturalibus quæstionibus indicatur, & ibidem ad scribendum epistolas ad dissoluendum & iudicandum casus conscientie, ad allegandum iuris peritos, & iudices ad iudicandum, artificium notatur, modusque consiliandi in pace & bello & orandi norma, dicendi ex tempore & facillime de qualibet re plures libros componendi conscribitur. In regula quantum ratio quærendi rerum quantitates, tam in materialibus quam spiritualibus & decem prædicamentorum, in quolibet proposito multiplicatio apparet. In regula quale qua via intrinsicè, & extrinsicè, rerum qualitates tam in spiritualibus quam in corporalibus deprehendatur aduertitur. Modalitas quoque & limitatio rerum, tam in partibus quam in toto, ratio etiam instrumentalitatis per easdem partes & totum in omnibus rebus, per regulas quomodo & cum quo deteguntur. Ea autem quæ appellatur regula quando, durationem temporalem, æternam & æternam tractat. Et regula ubi, quæ de loco qui in spiritualibus corporalibus & ex his mixtis considerari potest aut in quo prædicta sunt agit. Ex quibus prædictis regulis modus tractandi quamlibet quæstionem a quolibet scientiarum professore qua ratione eam possit augere, & multiplicare, probare quoque per easdem regulas, diffinire diuidere eiusdem subiectum, aut prædicatum aperitur; & inde mirabilis ad interpretandum sacros libros, aut prophanos methodus educitur. In tabula quoque quinta artis parte ad unam rationem in quolibet auctore, aut libro inuentam, quo pacto duæ mille aliæ possint applicari describitur. In euacuatione tertiæ figuræ ratio manifestatur, qua præter modum præscriptum in tabula

tabula ad quamlibet ex illis duabus millibus rationibus duodecim media, duodecim propositiones, duodecim rationes, & viginti quatuor quæstiones addi & adiungi possint traditur. In multiplicatione vero quartæ figuræ, quomodo ad has easdem rationes & ad quamlibet earum confirmandas & explicandas, triginta media, triginta propositiones, triginta etiã rationes, & nonaginta quæstiones, educantur & multiplicentur aduertitur. In mixtione vero principiorum quomodo ante dicta & quælibet alia consideranda, in quolibet proposito augeri possint ostenditur; & in deductione eorum per se ipsa, & per regulas metaphisicalis & subtilissima sciendorum attributorum notitia explicatur. In deductione seu consideratione subiectorum per principia & regulas generaliter, omnia scibilia quæ in mundo existunt qua ratione debeant inquiri & manifestari tractatur. Et in applicatione ad centum formas quo pacto ipse in quolibet proposito, quasi in infinitum considerationem iuuent aperitur. In quibus locis (omnes quoscumque alios quos habent philosophi & alij artifices ad res suas seu alienas considerandas, quasi in infinitum excedentibus) demonstratur aperta via, Grammatico ad recte loquendum, Rethorico ad ornate & sine fine dicendum, Logico ad diffiniendum, diuidendum, & argumentandum, cum maiori excellentia & demonstratione artificij, quam per reliquas artes agatur, Philosopho etiam methodus mirabilis indicatur quæ innumerabilia ei secreta in sensibilibus pandit, Metaphisico breuis ratio sed multum proficua & scientifica ad sciendum traditur, Mathematico artificium, quo suas considerationes multum dilatat, & ampliat præscribitur, Ethico Economico & Politico, qua norma in suis scientijs mirabiliter dirigantur signatur, Theologos quoque tam in Theologia scholastica quam in positiva in contionibus & determinationibus casuum conscientie, non sine magno & extra ordinario fructu iuuat. Unde recte possumus in nostro proposito applicare suo modo verba illa Dauidis Psalmo 18. nec est qui se abscondat a calore eius. Hæc enim ars & diuina methodus, omnes professores scientiarum dirigit, nec est qui satis possit eius utilitates & commoda demonstrare, vtilia docet, magna detegit æterna, æterna, & temporalia collimat, potestatem ad ratiocinandum in omni-

in omnibus sciētijs & obiectis scibilibus habet; intellectum dirigit, memoriam componit, voluntatem sua doctrina ad bonum inclināt; virtutes quodam admirabili & maximo luminae manifestat; rerum veritates artificiose penetrat & vtilissime comprehendit, & ad gloriam Dei innumera & altissima mysteria, tam in naturalibus quam in supernaturalibus animaduertit. Qui habet igitur aures audiendi audiat, & qui habet oculos videat, ne dum propriæ gloriæ & ostentationi nimis debito, artem istam opugnādo intēdit, cōmuni vtilitati & Reipublicę Christianę, glorię quoq; maximæ Dei & propriæ conscientię contradicat. Et tu qui hæc legis & audis, beneuolo animo tradita suscipe & mihi vera in isto proposito & libro circa vtilitatem artis affirmanti & altruenti ea qua debes hominis fide crede, vt eiusdem artis vberrimos fructus felicissime compares. Et siquid me contra veritatem, aut bonos mores dicentem deprehendis, corrige, quia omnia prædicta & quæcumque a me dicenda sunt dum viuam, non solum correctioni Sacrosanctę Ecclesię Romanę, cui me & omnia mea subdita semper esse volo, sed aliorum quorumcumq; hominum melius de veritate sentientium cęnsurę tradi maximopere desidero. Accipite igitur vt ait Salomon octauo. capite. Prouerbiorū, disciplinam & non pecuniā, doctrinam magis quā aurū eligit. Melior est enim sapientia cunctis opibus preciosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari. Deoque pro tanto inestimabili beneficio gratias innumerabiles reddite, & qui plura de

hac intelligere desideratis, ad viuos magistros recurrite, non enim in mortuis, seu mutis libris omnia explanari & ingeri possunt.

(.?)



GENE-

NOS Don Phelipe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hierusalē, de Portugal, de Hungria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra de Granada, de Toledo, de Valēcia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, d̄ Corcega, de Murcia d̄ laē, de los Algarues, de Algizira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas, y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauante, de Milan, de Athenas, y Neopatria, Conde de Abspurg, de Flandes, de Tyrol, de Barcelona, de Rosellon, y Cerdaña, Marques de Oristan, y Conde de Goceano. Por quanto por parte de vos el Doctor Pedro Geronymo Sanchez de Liçaraço Dean, y Canonigo de la Yglesia de Taraçona, nos ha sido hecha relacion, que con vuestra industria, y trabajo, aueys compuesto vn libro intitulado, **METHODVS GENERALIS, ET ADMIRABILIS AD OMNES SCIENTIAS FACILVS, ET CITIVS AD DISCENDAS**, sacado de las obras de Raymundo Lulio; el qual es muy vtil y prouechofo, y lo desseays imprimir en los nuestrs Reynos dela

* Corona

Corona de Aragon, suplicandonos, fuessemos
feruido hazeros merced de licencia para ello.
E nos teniendo consideracion á lo sobredicho,
y que ha sido el dicho libro reconocido por per-
sona experta en letras, y por ella approuado,
para que os resulte alguna vtilidad, y por la co-
mun, lo hauemos tenido por bien. Por ende con-
tenor de las presentes de nuestra cierta sciencia,
y Real authoridad, deliberadamente, y consulta,
damos licencia, permiso, y facultad á vos el di-
cho Doctor Pedro Geronymo Sanchez de Li-
çaraço, que por tiempo de diez años conta-
deros desde el dia de la data de las presentes en
adelante vos, ò la persona, ò personas que vue-
stro poder tuieren, y no otro alguno, podays,
y puedan hazer imprimir, y vender el dicho li-
bro intitulado Methodus generalis, & admira-
bilis ad omnes sciencias facilius, & citius addif-
cendas, en los dichos nuestros Reynos de la
Corona de Aragon, prohiuendo, y vedando
expressamente, que ningunas otras personas lo
puedan hazer por todo el dicho tiempo sin vue-
stra licencia, permiso, y voluntad; ni le puedan
entrar en los dichos Reynos, para vender de
otros, á donde se huuiere imprimido. Y si des-
pues

pues de publicadas las presentes huuiere algunos
ò alguno que durante el dicho tiempo intenta-
ren de imprimir, ò vender el dicho libro, ni me-
terlos impressos para vender (como dicho es)
incurran en pena de quinientos florines de oro
de Aragon, diuidideros en tres partes, á saber es,
vna para nros cofres Reales, otra para vos el dicho
Doctor Pedro Geronymo Sáchez de Liçaraço, y
otra para el acusador. Y demas de la dicha pena
si fuere impressor, pierda los moldes, y libros q̄
assi huuiere imprimido: mandádo con el mismo
tenor de las presentes á qualesquier Lugarte-
nientes, y Capitanes generales, Regentes la Cán-
celleria, Regéte el officio, y Portantuezes de nue-
stro general Governador, Alguaziles, vergueros,
porteros, y otros qualesquier oficiales, y mini-
stros nuestros mayores y menores en los dichos
nuestros Reynos y Señorios constituydos, y con-
stituyderos, y á sus Lugarteniêtes, y Regétes los
dichos officios, so incurrimiento de nuestra ira
è indignaciõ, y pena de mil florines de oro de Aragon
de bienes del que lo contrario hiziere, exigideros
y á nuestros Reales cofres aplicaderos, que la pre-
sente nuestra licencia y prouision, y todo lo en
ella contenido, os tengan, guarden, e en, guardar
✥ 2 y cum-

y cumplir hagan: y no permitan ni den lugar á q̄
sea hecho lo cōtrario en manera alguna, si demas
de nueſtra ira è indignacion en la pena sobredi-
cha deſſean no incurrir. En testimonio de lo qual
mandamos despachar las presentes con nueſtro
ſello Real comun en el dorſo ſelladas. Dat. en la
Ventofilla á diez y ocho dias del mes de Octu-
bre, año del naſcimiento de nueſtro Señor Ieſu
Chriſto de mil ſeyscientos y treze.

YO EL REY.

V. Roig Vicecancellarius. V. Dó Mat. de Guardiola. &
V. Comes Theſaurarius. V. Don Phi. Tallada Regens.
V. Fontanet Regens. V. Martinez Boclin Regens.
V. Perez Manrique Reges. V. Aug. Villanueva Conſerua-
tor generalis.

In diuerſorio Xj. fol. xiiij.

Dominus Rex mandauit mihi Don Francisco
Gaffol, viſa per Roig Vicecancelarium Comi-
tem generalem Theſaurariũ, Guardiola, Ta-
llada, Fontanet, Martinez, & Perez Manri-
que Regentes Cancellariam, & Villanoua
Conſeruatorem generalem.

Fol. I

GENERALIS ET ADMIRABILIS METHODVS, AD OM-

NES SCIENTIAS FACILIVS,
ET CITIVS ADDIS,
CENDAS.

(S. 2)

CAPVT PRIMVM, IN QVO APPONVN-
tur decem generales obſeruaciones, & quaſi abreuiatæ
præſationes: ad intelligentiam artis neceſſariæ.



ARTEM
ſupremã
vnicuiq;
inſitã, &
generalẽ,
per quam
omneſho-
mines naturaliter diſcur-
runt, & racionãtur; ad
laudẽ Omnipotentis Dei,
Patris, Filij, & Spiritus
Sancti: necnon ad Sacro-
ſanctæ Virginis Matris
Mariæ, & omnium San-
ctorum honorem; inter-

prætari agredientes, op-
portet nos decem, velut
præambula, & breuiſi-
mas præſationes annota-
re. Hæc ſunt.

*Antalis ars reperiat, &
ſit neceſſaria; quid illa ſit;
de quibus agat; quem finẽ in-
tendat; quas habeat partes;
quæ conditiones illã ſequan-
tur; vbi inter omnes ar-
tes collocetur; quomodo pro-
cedat; quæ habeat inſtrumẽ-
ta; & quando fuerit in-
ſtituta.*

A AN

AN SIT, ET REPERIATUR

ARS NATURALIS.

AD Primū deuenientes ; erit obseruādum; quod quemadmodum, voluntas hominis naturaliter inclinatur ad omnia diligibilia, memoria etiā appetit cōseruare omnes res generales, & speciales, & cuncta quæ sunt recollere: ita etiam intellectus noster appetit naturaliter omnia scire; & ideo non astringendus, intra limites Grammaticæ; quæ de congruitate sermonis agit; nec Rethoricæ, quæ de ornatu verborum loquitur: Logicæ; quæ per secūdas notiones solum procedit: quas tres artes rationales vocamus, nec itē contentus erit intellectus, quādo sensibilia, & materialia per Philosophiā naturalem cognoscit: nec quando per accidentia realia, & quantitates; ea quæ pertinent ad Mathematicas artes aduertit: nec cum solum substantias, & essentias rerum per Methaphisicam comprehendit; quæ sunt tres artes, seu scientiæ reales. Ultra quas

adhuc procedit ad scientias morales, quales sunt; Aethica, quæ agit de moribus cuiusque singularis personæ; AEconomica quæ tractat de gubernatione domus, & Politica quæ de administratione Reipublicæ agit. Quare his omnibus scitis adhuc intellectus querit, vniuersalē aliquam scientiam, quæ has omnes comprehendat; particulares quoque scientiæ, vniuersalem aliquam habent, sub qua continentur, & quemadmodum videmus, quod supra multa particularia, datur notitia generis, & speciei, quæ distinguitur ab ipsis particularibus; idem in scientijs, & actibus contingit: Et hæc est ratio præcipua, propter quā conuincitur, debere dari, & concedi in natura, Artē Generalem; per quam omnia generaliter cognosci possint: quod Aristoteles in libris de Anima asseruit, cum affirmavit intellectum nostrum, natum esse omnia facere, & omnia

nia fieri: quasi dixisset, nō cōtēdari per scientias notionales, nec per solas reales; aut morales; sed naturaliter ad omne cognoscibile inclinari, ob idque ad regulādam, huiusmodi inclinationem, inferatur necessario: dandam esse aliquam artem per quam in-

tellectus procedat sine errore, recto tramite, & hæc vocatur ars naturalis, seu directio principiorum speculatiuorum, quæ in quocumque homine reperitur: per quam ipse discurrit, & ratiocinatur; in quolibet proposito, & de quaque re.

QVID SIT, ARS NAT

TURALIS.

ARS, dicitur ab arctādo; quia vnaquęq; arctat, & comprehendit, multa præcepta; & certas regulas, & obseruationes, per quæ artis finis comparatur: sic Grammatica habet sua præcepta, per quæ disponit, & præcipit ea, quæ sunt agenda; ad loquendum congrue. Habet etiam obseruationes, & regulas, per quas dirigitur intellectus, in locutionibus, hæc omnia habet etiam Rethorica, & Logica, vnaquęq; in genere suo. Vnde sic ars generalis dicitur, instrumentum quodam generale; quod arctat, & comprehendit generalia præcepta; obseruationes, & regulas generales, ad discurrendum,

& ratiocinandum, de qualibet re: & in quocumque proposito, iuxta inclinationem naturalem intellectus; ad intelligendum ens naturale, Phisicum, & sensibile; habet præcepta particularia, regulas quoque & obseruationes particulares; quæ dirigunt intellectum: ad cognoscendum materialia. Nostra ars, generalibus suis documentis, & præceptis, intendit generaliter scire, & intelligere omne scibile; non solum vniuersaliter, sed singulariter, ascendendo de particularibus rebus ad generalia principia, & causas rerum; & ab his descendendo ad particulares res, & condiciones, pro-

prietates ve earum, ita vt sola ista ars intendat, & conetur assequi cognitionem,

totius entis, per cuius principia, & attributa trascendētia, præcedit; discurrendo.

DE QVIBVS AGIT, ARS NATVRA LIS.

ARS naturalis, quia generalis est; & ad omnia scibilia se extendit: agit primo de generalibus principijs rerum, de intermedijs, & specialibus; & de individualibus quæ reperiuntur in omnibus rebus creatis. Agit etiam de rebus increatis, prout per ipsa generalia principia, cognosci possunt. Vnde apparet quod naturalia, & supernaturalia, mediante fide querit. Et ideo generalia constituit principia, quæstiones, & modos querendi generales considerat, subiecta quoque generalia (vt infra videbitur) scrutatur: & quasi generalem quamdam notitiam omnium rerum; intellectui humano tribuit, vt possit de qualibet re, recte, & commode differere, ex natura rei, & non per notionem, & nomina, sicut Logica, & Rhetorica faciunt.

Nec se astringit in cognitione rerum naturalium, ad dicta, & opiniones hominum, sicut communiter contingit; in speculatione, & tractatione Philosophorum: solum enim veritatem fidei, & eam quæ ipsam respiciunt colit; & principia omnia, & notitiam generalem illi subijcit; auctores vero quoscumque, secundum pondus rationum quas afferunt æstimat; ac de eorum veritate, & doctrina, per principia artis iudicat; quæ (vt infra videbitur) ab attributis Dei emanant; vt quia Deus bonus est, bonitatem in rebus causat; quia magnus, magnitudinem; quia durans, durationem; quia potens, potentiam; quia sapiens, sapientiam; quia volēs, voluntatem; quia virtuosus, virtutem; quia verus, veritatem; quia gloriosus, gloriam. quæ prædicta prin-

principia; sunt absoluta, & generalia, ad philosophandum in quolibet proposito: quod

etiam dicendum erit, de principijs relatiuis, quæ infra considerabimus.

DE FINE ARTIS NATVRA LIS.

VNaqueque ars habet proprium, & peculiarem finem, ad quem omnia quæ in illa tractantur, diriguntur, sic Grammatica, omnia refert ad recte loquendum: Rhetorica ad ornate, & pulchre dicendum, & per hæc: duæ istæ artes ab alijs distinguntur; quod itidem in alijs artibus contingit. Vnde nostra hæc ars, debet habere finem proprium, ad quem omnia quæ in illa considerantur referri possint; talis est complementum potentie intellectiue; in quantum naturalis eius appetitus se extendit: quamuis enim, per alias scientias, & artes, intellectus cognitionē, & rerum notitiam accipiat:

id omne, in virtute huius adquiret, cum neq; loqui, neq; scribere, aut libros componere; aut alios docere quisquam possit: sine adiutorio, & concursu istius generalis artis: per quam omnia considerantur. Quæ in sua generalitate vniuersa scibilia comprehendit; & ideo obiectum ipsius, propriè, & naturaliter dicitur, omne scibile. Ultra quod etiā, munimine, & virtute fidei, ascendit ad supernaturalia consideranda, & ad quæreda Dei attributa; de quibus sibi ad philosophandū per ea de alijs, cōparat magnā cognitionē; ideoq; verioribus, & certioribus utitur principijs, quam aliæ artes.

DE PARTIBVS, ARTIS NATVRA LIS.

Quamuis tractatus artis naturalis, (vt infra videbimus) tredecim habeat par-

tes, in quas diuiditur: generaliter tamen, ad tres totam artem reducemus; ita vt quem

admodum in toto discursu artis, tria sunt quæ considerantur; subiecta scilicet vniuersalia; prædicata quæstionis, & modi quærendi vniuersales: ita etiã partes artis, sunt tres;

alia quæ agit de subiectis, alia de prædicatis, alia de modis quærendi prædicata de subiectis, quia ad hæc tria puncta, vniuersa quæ in arte tractantur, referuntur.

DE CONDITIONIBVS

ARTIS NATVRALIS.

Naturalis ars, habet inter alias condiciones, & proprietates; quod sit generalis; ita vt in suo ambitu, & complexu, omnes alias artes contineat; cum nulla possit discurrere sine istius facultate; comprehendit enim generalia scibilia, generales regulas, & modos quærendi veritatem; quibus subordinantur particularia scibilia, regulæ particulares, & modi quærendi; specialium artium; i deoq; potens est aliarum artium, & scientiarum principia probare, quod nulli alteri arti contingit, eo q̄ per speciales modos quærendi, alię regulætur, non se extendentes ad omne scibile. Vnde bene potest affirmari hanc solam artem, esse subalternantem omnes alias: quia considerat prima prin-

cipia, non composita, vt Logica, & Methaphisica: sed simplicia, & simplicissima; si enim Logicus firmat veritatem, per illam propositionem, de qualibet re, est vera affirmatio, vel negatio; & Methaphisicus in illa, quodlibet est, vel non est: hæc ars sumit quandoq; vnum solum principium; verbi gratia, bonitatem, ad probandum per illud, propositum problema, aut quæstionem. Et quod facit per bonitatem; potest etiam facere per magnitudinem; per durationem, & alia principia singulariter sumpta, & quandoq; probat veritatem binariam, aut internario, vel maiori numero applica-

ta (vt infra apparet.)

(p.)

VBI

VBI, COLLOCANDA SIT, ARS NATVRALIS.

NON dubitamus, de subiecto artis naturalis, in qua scilicet potentia collocetur: apertum enim est, omnes scientias, & artes, in intellectu hominis collocari. Dubitatur tamen, an sit collocanda, in priori loco inter omnes artes, quæ discuntur ab hominibus. Et respondetur primū locum, inter omnes artes, hæc nostram naturalem artem tenere: cum sit generalior alijs, ideoq; primo addiscenda, generalia enim, primo obliuiscuntur intellectui, quam particu-

laria. Quia tamen intellectus hominis, non ita capax est veritatis generalis, nisi aliquibus alijs particularibus cognitis scientijs; fit vt melius & citius, illi qui alias scientias didicerunt, hanc comprehendant, & addiscant. Quæ causa fuit vt Doctor illuminatus in vltima parte sui artis, dixerit: requirere hanc artem intellectum bene fundatum, in artibus naturalibus. Facilius enim intelliget talis, generalem veritatem.

DE MODO PROCEDENDI ARTIS.

Omnes artes, habent suum propriū modū procedēdi; sic Logica procedit per secundas intentiones; Physica omnia considerat, sub ratione materiæ sensibilis; quia hæc & aliæ scientiæ seu artes, certis limitibus cōtinētur: ars vero generalis cū ad omnia se extendat, nec limitatas in se agnoscat differentias, habebit quoq; modū procedēdi generalē, ita vt

certa, & determinata consideratione particulari nō astringatur. Vnde applicabilis est ad omnes alias scientias & artes; habetq; modū probandi, & inquirendi partialem, per vnum locū artis, mixtū quando diuersa loca considerat, & totalē, quando tota ars ad vnum propositum applicatur (quod infra videbitur, in expositione, & practica locorum artis.)

A 4 DE

DE INSTRUMENTIS,

ARTIS NATURALIS.

TRia sunt, principaliter artis instrumenta, per quæ finis illius comparatur: hæc sunt decem & octo principia; per quæ discurrit intellectus noster, detegendo omnia rerum attributa: sub his enim generalibus, omnia particularia continentur: item decem modi quærendi attributa, & applicandi ea ad subiecta, cum multis alijs specialibus modis quærendi sub

his contentis; præter quæ dicta duo instrumenta sciendi, considerantur viginti septem subiecta generalia: nouem naturalia; nouem virtuosa moralia; & nouem vitiosa: circa quæ explicanda, maxima pars artis versatur; tribusq; prædictis instrumentis, artifex se inuat, ad quodlibet propositum problema explicandū; siue in generali, siue in particulari.

QUANDO, INCÆPIT

ARS NATURALIS.

HAEC ars incæpit cum ipsa natura humana; vt videtur significare Dauid, in illis verbis: multi dicunt, quis ostendit nobis bona? quibus ipse respondit, signatum est super nos, lumen vultus tui Domine, quasi dicat insitum esse, & naturale, cuiq; homini lumen à Deo descēdens; quo ipse percipiat, & cognoscat bona, quod primo, & principaliter, attribuendum est principijs speculatiuis, & cogni-

tiuis, quæ in nobis sunt, per quæ discurrimus in quoque proposito, per quæ quidē principia, ante peccatum originale, ita certe, & determinate procedebat homo, vt quasi similis Angelis, veritatem perciperet, post peccatum vero Adæ primi nostri parentis, licet non fuerint ei ablata; fuerunt tamen obscurata; & ars ipsa naturalis, quam ipse in principio habuit, sicut & aliæ scientiæ, & artes, quæ ipsi commu-

communicatæ fuerunt, remanserunt adumbratæ. Ideo minus certè, & clarè procedit homo, tantoque minus veritas, per hanc & alias percipitur, quanto homo, maioribus peccatis subditur. Quod Salomon videtur testari dicens, Spiritus Sanctus, disciplinæ effugiet fictum: & aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu; quem ars naturalis regulat, & ordinat, in suis operationibus: principaliter tamen in notitia, & discursu, primorum principiorum; quæ potissime per istam artem ordinantur. Quam Pater luminum, à quo bona cuncta procedunt, voluit no-

uissimis temporibus, Raimundo Lullio Doctore per eum illuminato, clare, reuelare; & ipse author, ne tantum bonum absconditum, sub modio remaneret, in modum artis, sibi reuelatæ, quandam conscripsit methodum ad disputandum de omni re, quam ipse vocat artem generalem, quæ primo late & diffuse ab eo tractata est, & per sua loca digesta, deinde stricte, & breuiter, & hanc secundam explicationem, appellat artem breuem, quam Deo fauente per omnes suas partes explicabimus, & hæc de præambulis artis.

CAPVT SECVNDVM, IN QVO INCIPIT artis textus, & generalis intentio authoris in eo describitur; & in quas partes ars ipsa diuidatur ostenditur.

TEXTVS.

Ars breuis D. Raimundi Lullij.

PROLOGVS.

DEVScum tua gratia, sapientia, & amore: incipit ars breuis, quæ est imago artis generalis, quæ sic intituletur, Deus cum tua summa perfectione, incipit ars generalis vltima.

Ratio quare fecimus istam artem breuem est, ut ars magna facilius sciatur; nam scita ista arte supradicta, & etiam alie artes, de facili possunt sciri, & addisci. Subiectū huius artis est respondere de omnibus questionibus, supposito quod sciat, quid dicitur per nomen. Et diuiditur iste liber in tredecim partes, in quas similitur ars magna est diuisa. Prima pars est de alphabeto. Secunda de figuris. Tertia de diffinitionibus. Quarta de regulis. Quinta de tabula. Sexta de euacuatione tertiae figure. Septima de multiplicatione quarta figure. Octaua de mixtione principiorum & regularū. Nona de nouem subiectis. Decima de applicatione. Undecima de questionibus. Duodecima de habituacione. Tertiadecima de modo docendi hanc artem, & primo de prima dicitur sic.

EXPOSITIO TEXTVS.

CAPVT TERTIVM, IN QVO PER QVATUOR animaduersiones; titulus artis, inuocatio authoris ad Deum, & eius finis in toto opere; & ad quæ se extendat depræbenditur.

Circa textum artis, erunt quatuor animaduersiones. Primū est titulus, quia dicitur ars breuis; ad differentiam artis magnæ, quam idē author composuit. Hæc enim quamuis breuis, eadem continet quæ ars magna compræhendit. Ideoq; ista facta est, ut facilius, quilibet possit ad discere, & retinere ea quæ in arte magna sunt. Quia enim ea quæ maxime dilatantur,

minus possunt memoria retineri, ad philosophandum oportet breues regulas, & præcepta adhibere, ne mens in multis distracta & occupata à proposito distrahatur.

2. Secundum erit obseruandum; authorem in omnibus suis operibus, vsu fuisse inuocatione Dei; sicq; in præsentī incipit. Deus cum tua gratia, sapientia & amore, incipit ars breuis, quæ est imago artis

go artis generalis. Inuocat enim Deum, authorem omnium bonorum; ac perinde totius sapientiæ: & eius gratia, & directione aggreditur explicationē artis breuis: quā imaginem artis generalis appellat. In quo docet quod quē admodum imago, in alijs rebus exprimit imaginatum, seu id à quo imago deducitur: ita hæc ars breuis, representat omnia, quæ in arte generali continentur.

3. Tertia obseruatio. Author reddit rationem suę intentionis, in illis uerbis; ratio quare fecimus istā artem breuem est; ut ars magna facilius sciatur; nam scita ista arte supradicta, & etiam alie artes de facili possunt sciri, & addisci. Pro quo nota; quod ea est differentia inter modū loquēdi huius authoris, & aliorum scriptorū; quod iste quando debet in aliquo proposito, reddere rationē suę intentionis; recurrit ad literas alphabeti (quas infra signabimus) dicendo ut patet per B, & C, & per alias; in quibus literis multa (ut ibi uidebimus) continentur. Quæ ille qui ignorauerit modum proceden-

di istius artis, & authoris, nō poterit cognoscere; quæ causa fuit, ut multi docti homines; ignorātes regulas, & præcepta huius artis, methodum istam, & mirabile artificium contempserint. In quo author proponit subiectum, seu propositum suum, esse respondere de omnibus questionibus, supposito quod sciat, quid dicitur per nomen. Quamuis enim multi alij, & antiqui authores; præcipue rethores; regulas adhibuerint ad differendum, de quolibet proposito; nemo tamen ita diserte, & breuiter regulas tradit, quibus id comparatur; neque methodum docet, ad disputandum de qualibet re; scito nomine seu notamine rei. Quod quandoque depræhēditur, per ethimologiam; ut lapis dicitur alēdendo pedem: quandoque per effectum; ut læta segetes, quia lætos faciunt homines, quandoque per aliquā proprietatem, ut risibilis dicitur homo, quandoq; per essentialē & intrinsecam differentiam, ut idem appellatur rationalis. Præuio enim aliquo ex hijs nominibus, & percepta signi-

ta significatione eorum, procedit artifex: si tamen prius cum suo condisputante, de nomine conuenerit; siue ad dicendum, siue ad disputandum (vt infra patebit.)

4 Quarta obseruatio. Author diuidit suam artem breuem, in tredecim partes: quas præmissit in textu, & nos sigillatim eodem ordine, illas interpretantes declarabimus, ob idq; modo nõ ampli' erit; in hac parte immorandum.

CAPVT QVARTVM, IN QVO TEXTVA-
le artis alphabetum ponitur, omnes generales terminos, quibus in arte, & extra artem loquimur, comprehendens.

TEXTVS.

De prima parte; quæ est de Alphabeto huius artis.

Alphabetum ponimus in hac arte; vt per ipsum possimus facere figuras; & etiam miscere principia, & regulas, ad inuestigandam veritatem: nam per vnã literam habentem multa significata; intellectus est magis generalis, ad respiciendum multa significata; & etiam ad faciendum scientiã. Et ipsam quidem alphabetum, oportet corde tenus scire, aliter enim artista, arte ista non poterit bene vri.

B. Significat Bonitatem. Differentiam. Vtrum. Deum. Iustitiam. & Auaritiam.

C. Significat Magnitudinem. Concordantiam. Quid. Angelum. Prudentiam, & Gulam.

D. Significat Durationem. Contrarietatem. De quo. Caelum. Fortitudinem. & Luxuriam.

E. Significat Potestatem. Principium. Quare. Hominem. Temperantiam. & Superbiam.

F. Signi-

F. Significat Sapientiam. Medium. Quantum. Imaginatiuam. Fidem. & Accidiam.

G. Significat Voluntatem. Finem. Quale. Sensitiuam. Spem. & Inuidiam.

H. Significat Virtutem. Maioritatem. Quando. Vegetatiuam. Charitatem. & Irã.

I. Significat Veritatem. Aequalitatem. Vbi. A Elementatiuam. Patientiam. & Mendacium.

K. Significat Gloriam. Minoritatem. Quo modo & cum quo. Instrumentatiuam. Pietatem. & Inconstantiam.

EXPOSITIO TEXTVS.

CAPVT QVINTVM. IN QVO TEXTVA-
lis alphabeti methodus declaratur; & ad quem modum delineandum sit ostenditur: vt cuilibet proposito deseruiat: quintuplex etiã eius vsus ad reducendas omnes quæstiones ad has literas, ad diuidendum, ad diffiniendum, ad argumentandum, & discurrendum de qualibet re proposita, manifestatur.

Alphabetum in præsentati, nihil aliud significat; nisi collectionem generalem omnium eorum, quæ considerantur in arte, & sciri possunt ab homine, in hac vita: quemadmodum enim ars Gramaticæ, habet velut præuiam cognitionem, omnium literarum; per quas potest, & libros legere, & componere:

primoque tabella quãdam, tradit, addiscendas, & cognoscendas viginti duas literas, quas interie ipsas, componendo, & miscendo, syllabas, & dictiones facit; & deinde orationes, capita, tractatus, & libros componit: sic ars nostra in alphabeto, quinquaginta quatuor terminos proponit: qui mixti inter se, variam


variā & vniuersalem particularemque omnium rerum cognitionē pariunt. Quicquid termini, vel pertinent ad attributa rerum; vel ad subiecta; vel ad modos & regulas, quærendi veritatem.

Pro quo nota; quod in omni consideratione, siue in generali, siue in particulari, vt in compositione totius libri, vel discursus, conditionis, aut alterius, particularis propositi cōsideratur subiectum, de quo loquimur; prædicatum quod attribuitur subiecto; & modus quærendi, seu ratio quare prædicatum conueniat subiecto. Vt si verbi gratia, componēdus esset liber, an mundus sit æternus; mundus erit subiectum de quo agitur; prædicatum est æternus; modus quærendi est, an sit, seu vtrum; per quem deducitur responsio vera. Sic contingit in omni disputatione, tam generali quā speciali, propter quod ars nostra, oportuit vt colligeret in vnum: generalia attributa rerum, subiecta quoque prima existentia in natura; & moralia: modosque quæren-

di veritatem generales aduerteret. Quod facit in præfenti alphabeto: in quo sub nouem literis, tamquam notulis, seu indicibus, ponit nouē attributa absoluta realia, quæ rebus possunt conuenire: deinde nouem alia principia, seu attributa respectiua; tertio designat nouem modos quærendi; quarto nouem subiecta naturalia; quinto nouem subiecta virtuosa moralia; sexto nouem vitia generalia: sub quibus subiectis, multa alia particularia subiecta continentur; sub principijs etiam generalibus multa particularia attributa, & principia, & sub generalibus modis quærendi, multi alij particulares, qui ad generales modos reducuntur. Vnde in isto alphabeto apparet, velut quoddam speculum omnium entium, tam naturalium, quam moralium, & id totum quod

de eis ratio nostra

inquirere potest.



ALPHA

ALPHABETVM.

B	C	D	E	F	G	H	I	K
Bonitas.	Magnitudo.	Duratio	Potestas	Sapientia.	Voluntas.	Virtus.	Veritas.	Gloria.
Differētia.	Concordantia.	Contrarietas.	Principium.	Mediū.	Finis.	Maioritas.	Æqualitas.	Minoritas
Vtrum.	Quid.	De quo.	Quare.	Quantū.	Quale.	Quando	Vbi	Quomodo & cū quo
Deus.	Angelus	Cœlum.	Homo.	Imaginatua.	Sensitiua.	Vegetatiua.	Ælemētatiua.	Instrumētatiua.
Iustitia.	Prudentia.	Fortitudo.	Temperantia.	Fides.	Spes.	Charitas.	Patiētia	Pietas.
Auaritia	Gula.	Luxuria	Superbia.	Desidia.	Inuidia.	Ira.	Mendacium.	Inconitātia.

EXPOSITIO TEXTVS.

Quintuplicem habet generalem vsum, istud alphabetum, aliud est ad reducēdas quæstiones, & ad applicandum ea quæ eisdem possunt, & debet applicari: quod fit, quando quæstio, ad literas alphabeti reducitur: vt verbi gratia, quæstio ista; Vtrum Deus sit perfectus, seu bonus, reducitur ad primam literā. B. ac per inde applicāda sunt propriē, ea quæ sub eadem litera continentur, vt Deus est bonus; quia habet omnes differentias communicationis. Deus est bonus; quia est ens necessarium, a quo omnia bona dependent. Deus

est bonus; quia habet intrinsicam, & essentialē iustitiā, per quam ad extra, omnia bene, & iuste disponit. Deus est bonus; quia totaliter excludit omnē auaritiā. Et quemadmodum, per ea, quæ continentur sub B. probatur quæstio; ita etiam poterit, probari per ea quæ continentur sub C. sub D. & alijs.

Secundus vsum alphabeti est; ad diuidendum. Si enim aliquid volumus diuidere, debemus illum, ad alphabetum applicare, vt verbi gratia, si diuidendus esset homo; applicando ad bonitatē dicimus, alium esse hominem perfectum,

ctum, alium imperfectum; si ad differentiam essentialem, aut accidentalem; alium esse rationalem, alium velut irrationalem, & quasi brutum: si ad vtrum; alium esse necessarium reipublicæ, vel mundo: alium minime necessarium. Si applicamus à Deum: alium esse diuinum, alium terrestrem. Si referimus ad iustitiam; alium esse iustum, alium esse iniustum; si ad avaritiam, alium esse avarum, & alium liberalem; si applicamus ad C. & ad ea quæ sub ea continentur; alius est homo parvus, alius magnus, alius conueniens; & concors, alius essentialiter talis, alius similitudinalis, & accidentaliter talis, alius Angelicus, alius brutalis, alius prudens, alius imprudens, alius gulosus, alius sobrius. Et quemadmodum diximus procedendo per has duas literas, possumus dicere discurrendo & diuidendo hominem per alias, tam linealiter descendendo, quam transuersaliter procedendo, de bonitate ad magnitudinem, ad durationem & alia principia: tam absoluta, quàm respectiua; per quæstiones

quoque, & per subiecta in eadem transuersali consideratione.

Tertius vsus alphabeti est, ad diffiniendum: cum enim quis diffinire aliquid capit, multiplici diffinitione, debet ad alphabetum nostrum applicare illud: vt si verbi gratia, diffinienda esset materia prima; diceretur esse ens bonum corporale passivum primum, communicabile; esse ens corporale differens totaliter ab actu & forma; esse ens necessarium, ad componenda omnia corporalia entia, ad faciendum ea subsistere. Et sicut descendendo fiunt huiusmodi & aliarum diffinitiones: possunt quæque lateraliter procedendo fieri aliarum multarum & innumerabilium; tam de sumptis ex principiis, quam ex regulis & subiectis, quæ in alphabeto continentur: quæ omnia indigent practicali vsu, cum non sufficiat ars, & notitia methodi, nisi practica, & vsus adhibeatur.

Quartus vsus alphabeti est, constituere loca ad arguendum in quolibet proposito, secundum ea quæ in eo continentur. Alius enim locus est à bonitate seu utili, alius à dif-

feren-

ferentis rerum, ab existentia à diuinitate à iustitia, ab avaritia; & hoc linealiter descendendo, sub qualibet litera, vel etiam procedendo lateraliter: vt si constitueretur locus à bonitate, à magnitudine, à duratione, à potestate, & alijs, quæ sequuntur, & hoc singulariter, & simpliciter, per vnum terminum, vel pluraliter & compositiue per duos terminos coniunctos: vel per plures, vt à bonitate magna, durabili & potenti, & sic de alijs, vsque ad vltimum terminum alphabeti. Vt si verbi gratia, quæstio esset: an quantitas distinguatur à re quanta. Possumus probare, per locum à bonitate. Dicendo; quod habet communicationem realem distinctam à substantia seu re quanta, distinguitur ab ea: sed quantitas habet huiusmodi communicationem, cum per se, & essentialiter, extendat ipsam substantiam: ergo realiter differt ab ea. Item quod causat corporalem maioritatem, distinguitur realiter ab eo quod per se non potest eam causare: sed quantitas facit huiusmodi maiori-

tatem, nec substantia per se ipsam potest facere: cuius proprietas & conditio essentialis est, solum, per se subsistere: ergo differt realiter quantitas à re quanta seu substantia; Item quod habet naturaliter priorem durationem realem; distinguitur ab eo quod habet posteriorem durationem: sed substantia cum sit prior naturaliter omni accidenti, habet etiam priorem & realem durationem, quàm habet quantitas: ergo distinguitur realiter ab ea. Eadem possumus affirmare per alia principia, sed hæc sufficiunt ad demonstrandam artis methodum, circa vsus alphabeti ad argumentandum.

Quintus vsus alphabeti est, ad faciendum de qualibet re proposita discursum, qui fiet ordinate, si rem quam considerare debemus, quæstionibus alphabeti applicemus incipientes per secundam quæstionem. Quid præposita diuisione rei, per quam explicamus essentiam & formalitatem rei, & omnia quæ pertinent ad eam, seu coessentialia: deinde applicamus rem ad quæstionem seu regulam

B de

de quo, quæ inquirat materialitatem & originem rei. Tertio adhibemus regulam quare, per quâ finem rei propositæ scrutamur. Sequitur regula quantum, in qua de quantitate rei, & partium eiusdem agimus. In regula quale, conditiones, & proprietates rei inuestigamus; post eam procedimus ad regulam quâdo, in qua, de duratione temporali, æterna, aut eterna, inquiritur. Cui succedit regula ubi, in qua de loco rei, de qua agitur consideramus; per regulam autem quomodo, rei considerandæ modus in toto, vel in parte attenditur; & per regulam cum quo, instrumenta, per quæ res considerata existit, vel agit notamus; nec tamen in hoc casu deseruit minus regula prima, Verum: si existentiam rei propositæ in mundo inquirimus. Ut si verbi gratia, agendum nobis esset de homine, primo diuideremus hominem per bonitatem, in hominem bonum, vel malum; per differentiam in hominem rationalem & depictum; per magnitudinem in hominem magnum, & par-

uum, & sic de alijs, deinde sumpto termino rationali, & relicto picto & alijs, diffiniam hominem rationalem, dicendo esse illum animal participem rationis, compositum ex anima rationali, & corpore. Tertio quæro de materialitate, de principijs ex quibus componitur, actu scilicet & forma. Quarto de fine hominis, per regulam, quare, inquirendo ob quam causam & finem creatus sit, vel existat. Quinto per regulam quantum, inquirendo quantus sit quo ad compositionem naturalem, & quo ad operationes. Sexto inuestigandum est per regulam quale: qualis sit homo, bonus, an malus, magnus an parus, & sic de reliquis. Septimo aduerto per regulam quando, quo tempore fuerit creatus, aut natus, vel quanto tempore duret. Iterum per regulam ubi, agetur de loco hominis, an scilicet locus eius proprius sit terra, cælum, infernus, aut alius quilibet locus. Per regulam quomodo, tractabitur, quomodo partes hominis sint in eo, vel adiuicem connectantur, vel totum

tum coexistat suis partibus, quomodo etiam operetur. Ultimo agetur de instrumentis hominis, tam corporalibus quâ spiritualibus. Verbi gratia, de manu, aut pede, de intellectu, & voluntate, & in quolibet instrumento considerabo, omnia principia, tam absoluta quâ respectiua; per quæ amplissima consideratio de homine fiet. Et sicut dictum est de eo potest, & de qualibet alia re, fieri, ut patebit experienti. Multiplicabitur quoque consideratio hominis, referendo illum ad su-

biecta quæ sunt in arte; siue nouem naturalia, siue nouem virtuosa, aut nouem moralia; comparando eum, & applicando ad ea; aliter enim consideratur homo, pro ut refertur ad Angelum, & ad alia naturalia subiecta, aliter quando ad moralia virtuosa, ut ad Iustitiam, Prudentiam, & reliquas alias virtutes; aliter quando ad vitiosa subiecta refertur; ut ad Auaritiam, Gulam, Luxuriam, & sic de reliquis, quæ sufficiant pro explanatione alphabeti.

T E X T V S.

De secunda parte, quæ est de figuris:
& primo de prima.

CAPVT SEXTVM, IN QVO, PRIMA FIGURA artis, quæ absoluta continet principia entis textualiter, describitur.

PARS ista, in quatuor partes diuiditur, videlicet in quatuor figuras. Prima figura est de A. ipsa quidem figura continet in se nouem principia; videlicet bonitatem, magnitudinem, &c. & nouem literas videlicet B. C. D. E. F. &c. ipsa quidem figura est circularis, eo quod subiectum mutatur in prædicatum, & e converso; ut dicitur, bonitas est magna, & magnitudo est


bona, & sic de alijs. In ipsa quidem figura, inquirit artista, naturalem coniunctionem inter subiectum, & predicatum, dispositionem & proportionem, ut ad faciendum conclusionem, possit medium inuenire. Quodlibet enim principium, per se sumptum, est omnino generale, ut cum dicitur bonitas, & magnitudo: quando autem unum principium contrahitur ad aliud, tunc ipsum est subalternatum, ut cum dicitur bonitas magna, &c. & quando contrahitur aliquod principium ad singulare, tunc est principium specialissimum. Ut cum dicitur bonitas petri, est magna; & sic intellectus habet scalam ascendendi, & descendendi, à principio omnino generali, ad non omnino generale, nec omnino speciale; & à principio non omnino generali, nec omnino speciali, ad omnino speciale. Et sic de ascensu istius scale, potest dici suo modo. In principijs istius figuræ est implicatum quidquid est, nam quidquid est, aut est bonum, aut magnum, &c. sicut Deus & Angelus, qui sunt boni, & magni, &c. qua propter quidquid est reducibile est ad principia supradieta.

(.S.)



PRIMA

PRIMA FIGURA.



EXPOSITIO TEXTVS.

CAPVT SEPTIMUM, IN QVODECLARATUR textus primæ figuræ artis Mathematicæ scilicet descriptio, contenta in ea, & finis eiusdem: cum exemplo, & questione. Vtrum Deus sit perfectus.

B 3 IN PRIMA

IN prima figura, obseruanda sunt illa quinque; quę in alphabeto notauimus, reductio nempe ad literas, diuisio, diffinitio, argumentatio, & discursus: eo enim modo, quo in alphabeto reducuntur quęstiones ad literas, diuiduntur subiecta, & prædicata, & diffiniuntur ea, quę in quęstione proposita, sese offerunt, & signamus loca, ex quibus, argumenta deducuntur, ad probandum propositum, & discurremus de singulis partibus quęstionis propositę; possumus quoque in tres, quę considerantur per primam, secundam & alias figuras facere.

Specialiter tamen, in explicatione huius, considerantur tria. Mathematica scilicet, descriptio; figurę eiusdem finis, contenta in ea, & vsus. Figura vero est circularis, in qua designatur, quod circulariter in ea est procedendum, ab vno enim principio ad aliud discurremus; vt à bonitate, in magnitudinem, à bonitate, in durationem, & sic ad alia principia à magnitudine, in durationem, in potestatem, sapientiam, & reliqua. Hoc idem

fit de duratione ad alia; comparando principium, quod sumimus cum alijs, octupliciter & hoc tam generaliter, quam specialiter, applicando scilicet, ea ad generalia, deinde ad intermedia, postea ad specialia, & vltimo ad indiuidua. Vt si verbi gratia primo ad ens, mox ad substantiam, deinde ad corpus, postea ad viuens, confestim ad animal; consequenter ad hominē, & tandem ad petrū illa applicemus: & hoc pacto apparebit naturalis cōiunctio, prædicati & subiecti; dispositio quoque & proportio, siue naturalis cōiunctio inter subiectum & prædicatum. Principia enim perse sumpta generaliter, possunt primo cōsiderari; deinde per alios gradus, ita vt fiat scala intellectui, ad ascendendum, & descendendum in consideratione, rerum naturalium. Vt si dicamus alia est bonitas entis, alia substantię, alia corporis, alia viuētis, alia animalis, alia hominis, seu equi, alia petri, seu bucefali; & quod dicimus de bonitate, affirmare possumus, de magnitudine, duratione, & alijs.

Notan-

Notandum tamē, quod semper per inferiora seu intermedia & infima, sunt subiecta superiorum & primorum attributorum, & graduum; vt homo est subiectum omnium principiorum, & ipsius entis; substantię quoque & corporis, viuētis, & animalis, ac perinde omnia prædicata, quę cōueniūt enti substantię, corpori, viuēti, & animali essentialiter, debent quoque essentialiter; in homine reperiri. Vnde si procedimus per primos gradus ad infimos, applicando omnia principia cuiuslibet gradui, facimus immensam considerationem, de qua libet re proposita, & ei applicamus per ordinem omnia sua & propria attributa, descendēdo semper, à primo vsque ad vltimum gradum rei. Et quod fit in prædicamēto substantię contingit quoque in prædicamēto qualitatis, & alijs. Sēper enim velut quamdam arborē, possumus confingere: per quā signemus in superiori parte attributa, & in inferiori subiecta; per quē modū, notitia cuiusque rei, detegitur. Vt si in prædicamēto qualitatis, loqueremur de iustitia,

reduceretur primo ad habitū, qui est species qualitatis; deinde ad qualitatem, quę est genus; vltimo ad ens quod est gradus generalissimus; & descendendo per eisdem gradus, loqueremur de eadem iustitia.

Finis autem primę figurę est, inuenire prædicatum proprium & essentialē, cuiuslibet subiecto. Vnde ad hoc inquirendum, habet nouem principia absoluta, in abstracto cōsiderata; bonitatem, magnitudinē, & reliqua, prout apparent in nouem literis; quibus subiiciuntur concreta principia, vt bonum, magnum & reliqua, per quę demonstratur; quod quanto abstractiora & vniuersaliora fuerint principia, eo ipso sunt maiora & priora attributa, in bono enim concreto omnia attributa abstracta continentur. Quia in bono est bonitas, magnitudo, duratio; in bonitate vero formaliter non sunt alia principia sub tali formalitate, bene tamen identificate licet possit cum eis comparari, & recipere horum attributionem. Præter quę principia, reperitur quoque in centro figurę, litera ma-

iuscula A. quæ significat, quod per hanc figuram principaliter, debemus inquirere esse absolutum rerum: & ob id, includit principia absoluta: sicuti per secundam figuram quæ continet principia relativa, esse rerum respectuum inuestigamus (vt infra patebit) & hoc idem non ita est intelligendum, vt figura ista solummodo possit deseruire, ad cognoscendum esse absolutum, cum etiam possit ad cognitionem rerum respectuarum applicari; præcipue ta absolutum esse rerum inquirat.

Vfus autem huius figuræ est, ad quodlibet propositum adducere absoluta nouè principia, tam singulariter procedendo per quodlibet eorum: quam pluraliter comparando, vnum principium cum alio; duo principia cum tertio; tria cum quarto; & sic vsquequo tale principium cõparetur cum alijs octo; faciendõ rationes, tũ, simplices per vnum principium, tum, duplicatas per duo, tum, triplicatas per tria, & sic vsque ad vltimum. Vt si verbi gratia, facimus vnam rationem à bonitate sola; deinde aliam à

bonitate magna; tertiam à bonitate, magna, durabili; quartam à bonitate, magna, durabili, & potèti; quintam à bonitate, magna, durabili, potèti, & sapièti; sextam à bonitate, magna, durabili, sapièti, & voluntaria; septimam à bonitate magna, durabili, sapièti, voluntaria, & virtuosa; octauam à bonitate magna, durabili, potèti, sapièti, voluntaria, virtuosa, & vera; nonam à bonitate, magna, durabili, potèti, sapièti, voluntaria, virtuosa, vera & gloriosa. Et quod dicimus de bonitate, intelligimus etiam de magnitudine, & duratione, & alijs, toties enim comparantur reliqua principia; sicuti bonitas est comparata; fitq; hoc modo maxima farrago & multitudo rationum, tantoq; fortiores apparent, quanto pluraprincipia concurrunt ad demonstrandam veritatẽ rei propositæ. Vt autem eorum quæ præmissimus, in explicatione istius primæ figuræ, maiorem notitiam habere possis, oportebit ad experiendã eius methodum exemplum aliquod adhibere, tale erit, quæstio agitanda & mouèda per

per terminos absolutos, de quorum natura & possibilitate agitur in præsentia figura; quæstio igitur erit.

V T R V M D E V S, S I T perfectus.

Q V I A infra, demonstranda sunt in suo loco, quæ faciendæ & considerandæ sint, ad tractationem cuiusq; quæstionis: nõ aduertimus in præsentia, quæ tali proposito sunt necessaria, eadem tamen in praxi præsentis quæstionis, & aliarum quæ excitabuntur obseruabim⁹, ac proinde in ista, primum erunt explicandi termini qui sunt, Vtrum, Deus, sit, perfectus. Vtrum, quidẽ, possibilitatem in vtramque partem indicat; De⁹ vero, bonum summum seu infinitum significat; perfectum, autem sicut D. Tho. ait 1. p. q. 4. art. 1. est cui nihil deest, secundũ modũ suæ perfectionis, cũq; Dei perfectio sine termino & illimitata sit, omnem perfectionem includere notat.

Applicando igitur prædictos terminos, iã declaratos ad literas alphabeti, quæ etiã reperiuntur in prima figura, inuenim⁹ eos sub litera. B.

in qua modus quærendi, vtrũ Deus, & perfectum, quod ad bonitatem reducitur reperiuntur.

Reductis terminis, ad litteram B. ponenda erunt argumenta in vtramque partem quæstionis, scilicet, Deum esse perfectum, & Deum non esse perfectum; & hoc quidẽ procedendo per terminos alphabeti supra positos; incipientesque pro parte negativa, ponemus tria argumenta qualia sunt.

1 Primum, si Deus esset perfectus, haberet omnẽ modum communicationis, quẽ cæteræ res naturales habent, atqui hoc est impossibile, quia non se potest communicare, vt partes componentes se communicant, & vniunt ergo ipse Deus non est perfectus.

2 Secundum, si Deus esset perfectus, deberet in se comprehendere omnia bona hoc

B 5 autem

autē non apparet cum multa alia sint bona præter ipsum Deū, ergo ipse nō est perfectus.

3 Tertium, si Deus esset perfectus ab æterno, haberet omnes relationes perfectionis quas modo habet; unde dicitur, pater, gubernator, glorificator, dominus, & alia attributa ei concederentur, quæ videntur habere per existentiam & creationem rerum: hoc autē impossibile videtur, cū res ante creationem nō possēt ad Deū referri, ergo Deus nō est perfectus.

Pro parte affirmatiua, ponuntur etiam alia tria argumenta, ex sequentibus tribus principijs in alphabeto, quæ sunt, potestas, sapientia, voluntas, poterāt enim omnia principia alphabeti, pro parte negatiua, & pro parte affirmatiua poni, causa tamen breuitatis, pro qualibet parte solum tria afferuntur argumenta & sic pro parte affirmatiua erūt quæ sequuntur.

1 Primum, si Deus non esset perfectus, sequeretur quod aliquando nō potuisset existere & agere cum omni perfectione & bonitate: at qui hoc est falsum; quia potuit ab æterno, & modo potest & po-

terit postea semper producere & generare filium æternū, & infinitum, in bonitate & perfectione: & quascumque alias res perfectas facere, cum ipse sit omnipotens: ergo Deus est perfectus.

2 Secundū, si Deus non esset perfectus, sequeretur, quod ipse sciret aliquam perfectionem, quā nō haberet sibi posse communicari ab alio: hoc autem est impossibile, cū omnium rerum perfectiones & naturæ, ab eo tāquam a fonte, & causa processerint: ergo ipse Deus est perfectus.

3 Tertium, si Deus non esset perfectus, sequeretur quod ipse aliquando concupiuisset, perfectionem quā nō haberet, & meliorem fieri quā esset: hoc autē est impossibile, cū semper fuerit bonū summū & infinitum: ergo Deus est perfectus. Ex his argumentis, in utraque partem positis, apparet affirmatiuā partē quæstionis, veriorem esse, fortiores enim sunt rationes adductæ pro ea quam ille quæ pro negatiua parte adducuntur, ac proinde elicienda erit conclusio

affirmatiua quæ talis est.

DEVS

DEVS EST PERFECTVS.

HANC propositam conclusionem, probare intendimus, per artificium & methodū primæ figuræ; in qua ut dicebamus, à bonitate proceditur, ad reliqua octo principia; à magnitudine, ad alia octo; à duratione, ad alia octo, & sic de cæteris.

1 Primū igitur argumentū, summitur à bonitate & magnitudine, hoc pacto; omne bonum infinitum, est perfectum: Deus est bonum infinitum, ut ex eius definitione patet; ergo Deus est perfectus.

2 Secundū, à bonitate, & duratione, hoc modo; omne bonum semper idem existens, nec ab aliquo potens recipere aliquam perfectionem, est in se ipso perfectum: sed talis est Deus, cui numquam defuit aliquis actus, aut perfectio; cū ipse sit infinitus: ergo Deus est perfectus.

3 Tertium, à bonitate & potestate, tali modo: omne bonum omnipotens & faciens omnia perfecta, est in se ipso perfectum: sed talis est Deus, bonum, infinitum; qui bona cuncta produxit & fecit, & à quo

omnia profluxerunt; ergo Deus est perfectus.

4 Quartū, à bonitate & sapientia; omne bonum taliter in se ipso existens, quod extra se non habet, nec videt aliquid quo, perficiatur, est perfectum: talis est Deus, cum sit infinitus actu, in omni perfectione: ergo Deus est perfectus.

5 Quintū, à bonitate & voluntate; omne bonum nō desiderans naturaliter aliquid extra se, est perfectum: talis est Deus, cum sit infinitus & habens in se omnes perfectiones: ergo ipse est perfectus.

6 Sextū, à bonitate & virtute; omne bonum habes in se virtutem infinitam originandi & producendi omnes res & earum virtutes, est perfectum; Deus est huiusmodi ens, qui omnium rerum creator, infinitus existit: ergo Deus est perfectus.

7 Septimū, à bonitate & veritate; omne bonum taliter verum, quod in eo omnis veritas reperitur, est perfectum: sed Deus est tale bonum de quo omnis veritas perfectionis, verificatur & affirmatur, cū sit infinitum bonum; ergo ipse est perfectus.

8 Octa-

8 Octauum, à bonitate & gloria; omne bonum in se ipso quiescens, nec aliunde perfectionem aliquam capiens, aut requirens, est perfectum: talis est Deus, qui in infinita bonitate sua includente omnem perfectionem in se ipso quiescit, & gloriatur, sine indigentia alicuius perfectionis: ergo ipse est perfectus.

Eo modo, quo supradicta octo argumenta, ad probandam conclusionem supra positam adduximus, ex bonitate, comparata cum reliquis octo principiis in prima figura existentibus, per comparationem cuiusque eorum possunt fieri octo rationes in quolibet proposito, quas nos in presenti prosequi non possumus, ne in longum nimis, considerationem nostram protrahamus. Satis erit ad demonstrandam presentem methodum, vnum aut duo argumenta ex quolibet principio modo deducere, ad eandem conclusionem probandam.

9 A magnitudine & duratione, sumitur argumentum dicendo; omne infinite durans sine aliquo principio & fine, est perfectum: Deus est hu-

iusmodi, quia eius summa bonitas nec habuit principium nec habebit finem: ergo ipse est perfectus.

10 Item, à magnitudine & potestate: omne infinitum potes cuncta possibilia, & perfecta facere; in se ipso est perfectum: talis est Deus; cum sit summum & primum bonum, quod reliqua omnia fecit, & condidit: ergo ipse est in se perfectus. Et ita possunt fieri, alia sex rationes, comparando magnitudinem cum sapientia voluntate, virtute, veritate, gloria & bonitate.

11 A duratione vero, comparata cum potestate, deducitur talis ratio: omne æternum & omnipotens, est perfectum; cum tale sit actus primus & causa omnium: sed Deus est huiusmodi, cum sit bonum infinitum & primum; ergo Deus est perfectus.

12 A duratione & sapientia, sumitur argumentum tali modo: omne æternum, se ipsum infinite comprehendens, & in se cognoscens omnem perfectionem sine aliquo defectu; est perfectus: sed Deus est talis, cum se ab æterno existens cognouerit, summum & infinitum

infinitum, bonum, sine aliquo defectu: ergo Deus est perfectus. Et ita sunt alia sex argumenta, ex duratione comparata cum voluntate, virtute, veritate, gloria, bonitate & magnitudine, pro vt in figura apparet.

13 A potestate & sapientia, colligitur talis ratio: omne quod est omnipotens & infinite sapiens, est perfectum; cum omnipotentia arguat & designet infinitam bonitatem, & perfectionem; & infinita sapientia omnem actum perfectum: sed Deus est huiusmodi, cum sit infinitum bonum: ergo Deus est perfectus.

14 A potestate & voluntate, omne potens facere quacumque; vult, est in se ipso perfectum: sed Deus est tale ens, de quo dicitur quod fecerit omnia quacumque voluit, in celo & in terra: ergo Deus est perfectus. Et ita fient alia sex rationes à potestate, & virtute, veritate, gloria, bonitate, magnitudine, & duratione.

15 Modo autem, ne plus iusto, questionem dilatemus: solum vnum, ex quolibet principio, cum reliquis comparato, desumemus argumentum:

& sic ex sapientia comparata cum voluntate, educitur tale; omne ens seipsum cognoscens cum appetitu, & voluntate in finita, ad communicandum perfectiones extra se; est in se perfectum: talis est Deus, qui se infinitum cognoscens bonum communicabile, habet talem appetitum & voluntatem: ergo ipse Deus est perfectus.

16 A voluntate, & virtute, omne ens quod habet voluntatem, & virtutem producenti omnia, est in se ipso perfectum: talis est Deus, qui cum sit bonum infinitum, infinitam quoque voluntatem, & virtutem habet: ergo Deus est perfectus.

17 A virtute & veritate, sumitur talis ratio; omnis virtus, de qua verificatur productio perfecta, est in se ipsa talis: sed Deus est huiusmodi. cum sit summum bonum, ac proinde complectens summam virtutem, de qua talia verificantur, alioquin non esset summum bonum: ergo Deus est perfectus.

18 A veritate & gloria: omne ens quod vere potest in se ipso gloriari & quiescere, etiam in se totius delectationis

nis habens, est perfectū. Deus est huiusmodi, qui in sua summa & infinita bonitate, hæc omnia habet & includit; ergo Deus est perfectus.

19 A gloria & bonitate, talis est ratio, omne gloriosum existens, in possessione totius bonitatis & perfectionis, est in se ipso perfectū: talis est Deus, qui est infinite bonū: ergo Deus est perfectus. Et sicut in ista comparatione poterāt fieri alię septē rationes, comparādo gloriā cū magnitudine, duratione, potestate, sapientia, voluntate, virtute, & veritate; ita quoq; in præcedentibus cōparationibus factis, cū vno solo principio contingit prout signatū est. Supra proposita cōclusio, per tot rationes & argumēta probata, verissima apparet, ac propterea tamquā verior pars, erit semper tuenda; ex qua multa possent adduci consuetaria cōsiderata per eadē principia, ex quibus prima figura cōponitur: scilicet quod inde sequatur, bonitatem Dei esse perfectam, magnitudinem Dei esse perfectam; durationem, seu eternitatem esse perfectā; potestatem, sapientiam, volū-

tatem, virtutem, veritatē, & gloriam, quia cū hæc, & quæcumque alia verificanda, de Deo attributa: idem sint cum Deo; cum Deus sit perfectus & ipsa quoque talia attributa, perfecta esse necesse est, q̄ probatur de quolibet attributo, per easdē rationes quas tu pra adduximus, ad confirmandū, Deū esse perfectum; quas data opera omittimus, ad evitandam prolixitatem.

Ad argumenta modo; pro parte negatiua quæstionis facta, respondendo; dicimus ad primum, quod quamuis Deus non habeat modum communicandi se materialiter, & imperfecte, aut sicut partes se communicant; habet tamen eminentiori, & altiori modo, omnem perfectionem quam prædictæ, partes, & aliæ quæcumq; res habent.

Ad secundum respondeatur, quod quamuis Deus omnia bona materialia & finita, non comprehendat in sua essentia prout finita & imperfecta sunt: ea tamē in se ipso habet infinito modo, nec creatura aliqua perfectionem habet, aut repræsentat, quæ in Deo non sit altiori modo,

imo

imo creaturę ex seipsis sunt nihil, & ab eo habent vt sint, eo modo quo existunt.

Ad tertium respondetur, quod quamuis relationes, ex parte creaturæ conuenientes Deo, non fuerint ab eterno, cum ipsa sit temporalis: prout tamen creaturæ repræsentatę

fuerunt in idea Dei, referentur ad eundem Deum, eo modo quo sunt in propria existentia: & hoc sufficit ad hoc vt dicamus Deum habere, & habuisse omnem perfectionē. Et hæc diximus pro explanatione & praxi primæ figuræ, breuiori modo quo, potuim;

TEXTVS

CAPVTOCTAVVM, IN QVO PONITVR
textus secunda figuræ, in tres triangulos, & nouem angulos diuisa, vbi apparet sub quolibet triangulo, omnia contineri, & quemlibet angulum esse velut scalam, per quam intellectus ascendit, & descendit per omnes gradus entis.

De secunda figura per T. significata.

Secunda figura, est per T. nominata; ipsa quidem figura continet in se tres triangulos; & quilibet est generalis, ad omnia. Primus triangulus est, de differentia, concordantia, contrarietate, in quo cadit, quidquid est secundum suum modum; nam quidquid est, aut est indifferentia, concordantia, aut contrarietate; & extra ista principia, non est aliquid reperire. Secundum tamen est, quod quilibet Angulus istius trianguli, habet tres species, nam differentia est inter sensuale, & sensuale; vtputa inter lapidem & arborem: iterum inter sensuale, & intellectuale; vtputa inter corpus & animam; adhuc inter intellectuale, & intellectuale: sicut inter animam, & Deum; aut inter Angelum, & Angelum, aut inter Deum, & Angelum; & sic de concordantia & contrarietate potest dici suo modo. Et ipsa differentia existens, in quolibet angulo istius trianguli, est scala intellectus: per quam ipse ascendit, & descendit

descendit, ut medium naturale inter subiectum & predicatum possit inuenire; cum quo medio possit concludere & propositionem declarare. & sic de scala concordantiae, & contrarietatis, potest dici suo modo. Alius triangulus est de principio, medio, & fine, in quo cadit, quidquid est: nam quidquid est, aut est in principio, aut medio, aut fine; & extra ista principia nihil est inuentibile. In angulo principij, causa, significat causam efficientem, materialem, formalem, & finalem: per quantitatem autem & tempus, significantur alia nouem predicamenta, & ea quae ad ipsa reduci possunt. In angulo medij, sunt tres species medij, ut puta medium coniunctionis, quod existit inter subiectum, & predicatum, sicut quando dicitur homo est animal; inter hominem enim, & animal, sunt media; videlicet vita, & corpus suum, sine quibus non potest esse animal. Item est medium mensurationis, quod existit per actum existentem inter agentem, & agibilem, sicut amare inter amantem, & amabilem, & adhuc est medium extremitatum sicut linea existens inter duo puncta; & iste angulus medij est generalis scala intellectui. Anguli finis tres sunt species. Prima est finis priuationis, qui quidem significat habitum priuatum, & ea quae sunt in tempore praeterito. Secunda species est finis terminationis, qui significat habitum priuatum, & ea quae sunt in tempore praeterito. Secunda species est finis terminationis, qui significat metas, ut sunt duo puncta in quibus linea terminatur, sicut amare inter amantem, & amatum. Tertia species est finis perfectionis, qui est finis ultimus: sicut homo qui est, ut multiplicet suam speciem, & ut Deum intelligat, diligat, recolat, & amet, & huiusmodi. Et iste angulus finis, est scala generalis intellectui. Tertius triangulus est de maiori, aequalitate, & minori, & est generalis ad omnia secundum suum modum; nam quidquid est, aut est, in maiori

maiori, aut aequalitate, aut minori; maiori habet tres species. Prima est quando est maiori inter substantiam & substantiam, ut puta substantia celi, quae est maior quam substantia ignis. Secunda species est, quando est maiori inter substantiam, & accidens, sicut substantia quae est maior sua quantitate; substantia enim per se existit, accidens vero nequaquam. Tertia species est, quando est maiori inter accidens, & accidens sicut intelligere, quod est maius quam videre, & videre quam currere. & sicut dictum est de maiori, ita potest dici de minori, nam relatiue se habent. Angulus de aequalitate, habet tres species. Prima est, quando res sunt aequales substantialiter sicut Petrus, & Martinus, qui sunt aequales in substantia. Secunda species est, quando substantia & accidens coaequantur, sicut substantia, & sua quantitas. Tertia species est quando est aequalitas inter accidens, & accidens sicut intelligere, & amare, quae sunt aequalia in obiecto. Et iste angulus de aequalitate est scala intellectui, per quam ipse ascendit, & descendit, ut in alijs triangulis dictum est. Et quando intellectus ascendit ad obiecta generalia ipse est generalis; quando autem descendit ad particularia, est particularis.

Ista figura de T. est seruiens primae figurae, nam per differentiam distinguitur inter bonitatem, & bonitatem, & magnitudinem, &c. & per hanc figuram iunctam primae figurae; intellectus acquirit scientiam. Et quia ista figura est generalis, idcirco intellectus est generalis.



re, & agere; per sapientiam in quantum dirigitur, & ordinatur ad suam operationem, per voluntatem in quantum appetit potenter operari: operatio quoque absoluta, in tribus alijs principijs apparet; in virtute, prout ipsa virtus est, velut fons operationis, in veritate prout firmatur in operatione, & in gloria, prout quiescit operatio. Unde sicut reduximus nouē principia absoluta ad tria capita ad esse scilicet absolutum: ad posse absolutum, & ad operari absolutum: ita quoque nouē principia respectiua, reducenda sunt e contrario, primo ad operari & hoc per differentiam, concordantiam, & contrarietatem, secundo ad potentiam operandi per principium, medium, & finem, tertio ad esse respectiuum per maiorem, equalitatem, & minoritatem, per quæ fit discursus in absolutis ad esse rei, ad posse, seu potentiam eiusdem rei: ad operationem, seu effectus rei; quæ si descendendo, à qua consideratione retrocedendo consideratio nostra, incipit per tria principia prima relatiua, considerare operationem, dein

de potentiam rei, per alia tria sequentia principia: & ultimo esse rei respectiuum inter maiora equalia, & minora, & hoc idem triangulariter procedendo considerando in primo triangulo, operationem in secundo potentiam, in tertio esse. Quæuis enim, quodlibet horum trium considerandum, per totum circulum possit inuestigari; proprie tamen notitia cuiusque habetur, per proprium triangulum.

Vsus autem proprius, præter eos quinque quos signauimus in alphabeto, & in prima figura, est in ista deducere & manifestare omnes differentias rei, omnes concordantias & contrarietates, omnia principia, media, & fines, omnem maiorem, equalitatem, & minoritatem; tripliciter erigendo scalam in quolibet principio per notiones principij per species in eo consideratas, tertio per eadem principia; Vt verbi gratia, si consideremus differentias hominis, per ea quæ contrariantur homini, per ea quæ causant hominem, per media diuersa hominum, per fines diuersos, per maiorem

vnius

vnius hominis ab alio, per equalitatem, per minoritatem. Per quem modum apparebit maxima multitudo differentiarum hominis, ab ea re, cum qua comparatur, vt si hominem Christum Dominum comparemus cum sancto Petro, inueniemus distingui ab eo, in eo quod Christus homo, concordat cum alijs, vt supremum caput inuisibile; in quo differt à Petro, differt quoque; quatenus aduersatur alio modo peccatis hominum; differt in quantum Christus causat gratiam in eis, quæ non potest per se Petrus causare; differt in eo quod diuersa media potest efficere Christus, quæ Petrus non potest, instituit enim Sacramenta, quæ Petrus non potest instituire; differt in eo quod Christus est finis legis & religionis nostræ, Petrus vero successor Christi, & professor eiusdem religionis; differt in eo quod Christus homo, cum sit Deus, est maior quolibet alio homine; differt in eo quod Christus Dominus, est æqualis Patri in diuinitate. Petrus vero creatura facta à Deo; differt in eo quod quamuis Christus

vt homo, sit minor Patre, Petrus, est minor Christo: cum solummodo sit homo. Et sicuti deducendo differentiam per alia principia animaduertimus, & notamus multas rei differentias, possumus quoque; idem facere querendo concordantias, seu conuenientias rei, deducendo concordantiam per notiones octo principiorum, idem potest fieri de contrarietate, & alijs principijs, sicut docuimus in prima figura, qui vsus, est admirabilis ad detegendam notitiam cuiusque rei propositæ vt patebit experienti.

Secundus vsus est, per ea quæ continentur sub qualibet litera, vt verbi gratia sub B. inter sensuale & sensuale, inter intellectuale & intellectuale, vt si quandam differentiam rei, per istos terminos inuestigamus, si res est sensualis, notamus differentiam ab alia re sensibili, vt differentiam quæ est in lapide, ab ea quæ est in arbore, differentiam quæ est in lapide, ab alijs cum quibus arbor conuenit, differentiam quæ est in lapide, ab his quibus arbor

contrariatur, & sic proceditur applicando vnum sensibile, & aliud ad principia relationalia, aduertendo in quolibet, ea quæ sub litera, cum qua fit comparatio; continentur, vt si in exemplo proposito de arbore, & lapide, considerentur causa, quantitas, & tempus, quæ sub litera E. apparet, deteguntur adhuc plures differentia, nam alia est causalitas lapidis, alia est quantitas lapidis, aliud est tempus, & duratio lapidis, à causalitate, & tempore arboris; sic consideratur de medio coniunctionis, mensurationis, extremitatum arboris & lapidis, idem quoque de fine perfectionis, terminationis, & priuationis quæ sunt sub G. & idem annotatur de his quæ sunt sub H. I. K.

Tertius usus est, per principia & terminos, qui continentur sub quolibet angulo: in quocumque trium triangulorum; vt si verbi gratia quærent differentiam rei, per differentiam, concordantiam, & contrarietatem arboris, in solo isto triangulo, in quo considerantur ea quæ in superioribus vsibus sunt annotata, ex

quibus patet quod potest quæsi in infinitum extendi quilibet terminus, eorum qui sunt in alphabeto, & ad quemlibet eorum, quæ sunt in prima figura potest tota secunda figura applicari.

Colligitur tamen ex prædictis alius generalior & clarior usus, per modum istius secundæ figuræ, quando eam applicamus ad omnes terminos alphabeti, inquirendo differentiam vnus rei ab alia, in bonitate, in magnitudine et reliquis alijs principijs decem & octo; tum etiam comparando ad formalitates quæstionum, ad subiecta quoque naturalia, siue moralia, virtuosa, aut vitiosa, & ad centum formas, per quam comparisonem apparebunt innumerabiles differentia, concordantia, & contrarietates, causalitates quoque, & ea quæ notantur per principia secundæ figuræ; & item aduertitur per comparationes, & modos procedendi primæ figuræ, tam singulariter quam pluraliter.

Sed vt omnia quæ dicta sunt, in declaratione secundæ

dæ figuræ, ad usum & praxim deducamus, necesse est exemplo aliquo patefacere, quod fiet modo agitando quæ-

stionem illam celebrem Methaphisicam, in prædicamento relationis à multis tractatam.

Vtrum relatio distinguatur, a suo fundamento realiter.

Quamuis præsens quæstio ad tertiam figuram possit reduci, quia termini eius ad literas B. E. possunt applicari; eam modo ad vnicam solam literam B. secundæ figuræ, quæ sub se continet (vtrum) & terminum illum (distinguntur) per differentiam referimus, primoque terminos in quæstione positos explicamus, dicendo, vtrum, significare possibilitatem vtriusque partis; scilicet posse esse verum, relationem distinguere a suo fundamento realiter, aut non distinguere. Relatio, autem vt Diuus. Thom. ait in quæstionibus de potentia Dei, quæst. 7. artic. 9. est ordo vnus rei ad aliam; distinguere vero, est differre & separari ab alio, quod formaliter fieri potest, vt humanitas distinguitur ab animalitate in homine, & rea-

liter, quando aliqua tamquam res diuersa ad inuicem distinguuntur, & sic procedit quæstio tractanda. Fundamentum vero id dicitur, vnde relatio ipsa consurgit; siue sit qualitas, vt similitudo inter duo alba, siue quantitas, vt equalitas quæ resultat ex eadem participatione quantitatis: quo pacto etiam dubitatur de qualibet alia reali relatione; de hac enim loquimur, & non de relatione rationis, quam intellectus per comparisonem ad diuersa efformat.

His præmissis, ad declarationem quæstionis accedendo, in vtramque partem erunt afferendæ rationes, vt ex earum participatione, & maiori intelligibilitate, veritas quæstionis equatur.

1 Pro parte negatiua, erit primum argumentum: illa nō distinguntur ad inuicem realiter, quæ eadem communicatione reali consistunt, & operantur: sed relatio, & fundamentum, eodem actu, & communicatione reali, consistunt & operantur, cum albedo in duobus extremis reperta, & existens, secū semper afferat eandem similitudinem, & propriam operationem; ergo relatio non distinguitur à fundamento.

2 Secundum, vbi est eadem integritas, & compræhensio attributorum essentialium, & realium, non potest esse distinctio realis: sed inter relationem, & fundamentum reperitur, eadem integritas & compræhensio rationalium attributorum, cum non habeat plus realitatis albū, quando est solum, quam habeat quando ad aliud comparatur: ergo relatio non distinguitur realiter à suo fundamento.

3 Tertium, illa quæ, eadem duratione conseruantur & durant, non distinguntur realiter: sed relatio & fundamentum, vna & eadem

duratione conseruantur, & durant, quia tantum durat ipsa relatio quantum quantitas, aut qualitas ex qua ea surgit, & e contrario. ergo relatio non distinguitur realiter à fundamento.

Hæc tria solum argumenta, pro parte negatiua ponuntur, per ordinem alphabeti: secundum quem poterant decem & octo simpliciter poni, sed vt breuitati consulamus, & methodum artis demonstramus, sat erit has solum tres rationes, proposuisse, vt per eas artificium appareat.

Pro parte vero affirmatiua, totidem erunt argumenta proponenda, per potestatem, sapientiam, & voluntatem.

1 Primum est, quæ habent diuersam potestatem realem, ad inuicem distinguntur realiter: sed relatio & fundamentum, habent, diuersam potestatem realem; quia fundamentum materialiter causat relationem, relatio vero nequaquam causat fundamentum: & cum relatio ad aliud extremum realiter referatur, fundamentum nō refertur: ergo relatio

relatio & fundamentum, distinguntur realiter.

2 Secundum, illa quæ habent differentes instinctus reales, ad inuicem distinguntur per eos: sed relatio & fundamentum, habent tales instinctus; quia fundamentum, qualitas, verbi gratia, solum habet instinctum informandi, & qualificandi substantiam; relatio vero instinctum habet ad referendum se realiter ad aliud extremum: ergo relatio & fundamentum distinguntur realiter.

3 Tertium argumentum, illa quæ, distinctos habent appetitus reales, distinguntur ad

inuicem realiter per eos; tamquam per differentes qualitates: sed relatio & fundamentum sunt tales, cum relatio solum appetat realiter referri, & non informare subiectum; fundamentum vero, seu qualitas, realiter informet, nec appetat realiter referri: ergo relatio & fundamentum distinguntur realiter.

Ex his pro vtraque parte positis argumentis apparet, probabiliorem, & intelligibiliorem esse partem affirmatiuam quæstionis, nempe relationem realiter distingui à suo fundamento, ac proinde talis erit ponenda conclusio.

Relatio distinguitur realiter, a suo fundamento.

PRæfens cōclusio, probāda erit per triplicem methodum signatam in secunda figura, vel per ea quæ in angulis principiorum continētur, vel per ea quæ in triangulis afferuntur, vel per ea quæ per comparisonem vnus principij ad alia circulariter deducuntur, vt signatum est etiam in prima figura.

1 Primo modo probātur conclusio, per contenta sub differentia angulo, tali modo: quæ habent differentes perfectiones, & communicationes reales, distinguntur in se realiter per eas: sed relatio & fundamentum habent differentes perfectiones reales distinctas; cum fundamentum habeat perfectionem

informandi subiectum, quam non habet relatio & e contra relatio habeat perfectionem referendi se realiter ad aliud extremum reale. ergo relatio & fundamentum distinguuntur realiter.

2 Secundum, per angulum concordantiæ: hoc modo, illa quorum vnum concordat realiter cum alio, & alterum non concordat, distinguuntur realiter per talem concordantiam & extensionem realem, repertam in vno, quæ in alio non reperitur: sed relatio & fundamentum sunt huiusmodi: cum relatio concordet realiter in similitudine, cum altero extremo, vt apparet in duobus albis, multum loco distantibus; fundamentum vero, seu qualitas ex qua relatio procedit, non habeat huiusmodi concordantiam referibilem; & quatenus talis solum informat subiectum: ergo relatio & fundamentum realiter distinguuntur.

Eo modo quo fecimus hæc duo superiora argumenta, per ea quæ in angulis differentiæ & concordantiæ cōguntur, poteramus in alijs an-

gulis, alia facere, & multo plura, si eadem differentiã & concordantiam, ad omnia quæ in suis angulis situantur comparauissemus; quæ modo relinquimus, vt tres rationes per tres triangulos figuræ afferamus.

3 Prima erit illa, quæ habent differentes concordantias & oppositiones reales, adinuicem distinguuntur: sed relatio & fundamentum sunt huiusmodi, cum fundamentum seu qualitas differat realiter ab alia forma, tamquam quid absolutum ab alio absoluto reali; relatio vero tamquam quid respectiuum: item quia fundamentum, seu qualitas, aut quantitas concordat cum alia quantitate, aut qualitate, in reali informatione subiecti, relatio vero id non habet; quantitas quoque uel qualitas fundamentum relationis, nulli extremo opponitur realiter, quod tamen relatio facit: ergo relatio & fundamentum, realiter distinguuntur.

Secunda ratio triangularis, talis est; illa distinguuntur realiter adinuicem, quæ diuersas habent causalitates reales, & media

media diuersa ad conseruandum, aut operandum, & fines distinctos reales ad quos realiter referuntur: sed relatio & fundamentum hæc habent, cum fundamentum seu qualitas causet realiter relationem, & nõ e contra: item quia fundamentum est medium ad cõseruandam relationem, & nõ e contra, tum etiam quia fundamentum non refertur realiter ad aliud extremum tamquam ad finem, ad quod relatio ipsa refertur: ergo relatio & fundamentum distinguuntur realiter.

Tertia ratio, à maiori, æqualitate, & minori, de sumpta, talis est; illa quorum vnum possidet aliquid maius reale, quam aliud, aut æquatur alicui extremo realiter, cui alterum nõ æquatur, aut minorem habet perfectionem realem, distinguitur realiter ab eo: sed hoc contingit inter relationem & fundamentum, cum relatio hoc plus & maius habeat reale, quam fundamentum; refertur scilicet realiter ad aliud extremum & eidem æquari realiter, quod nullomodo contingit fundamento; minusq;

fit realiter in hoc fundamentum quam relatio: ergo relatio distinguitur realiter à fundamento.

Hactenus exemplificata est methodus probandi, per angulos, & triangulos secundæ figuræ, modo vero circularis eiusdem figuræ methodus & artificium ad probandum, erunt demonstrandæ quod efficitur quando vnum ex principijs, comparamus cum alio: vt in prima figura, bis atim triplatin, aut maiori numero sumendo ea, quo pacto toridæ rationes educuntur, in quolibet proposito, quot ex dispositione primæ figuræ eruuntur; ex quibus aliquas ad demonstrandum, methodum tertie figuræ adducemus.

1 Prima, illa quæ tali modo differunt, vt vnum eorũ cõcordet & conueniat realiter alicui tertio, cui alterũ eorũ non conuenit, ad inuicem realiter distinguuntur, per entitatẽ realem participatam ab vno, & negatam de altero: sed tali modo se habent relatio & fundamentum, cum relatio realiter conueniat & concordet, cũ suo distante correlato, cui nõ potest cõcordare fundamentum

mentum relationis, quod est quantitas, aut qualitas, existens in vno subiecto, sine ordine ad aliud: ergo relatio distinguitur realiter à suo fundamento. summitur à differentia & concordantia.

2 Secunda, illa quæ ita differunt, vt vnū eorū alteri tertio realiter opponatur, cui nō opponitur alterum extremum differens, distinguntur realiter; cum oppositio realis entitatem realem tribuat illi extremo cui opponitur, quam non habet alterum extremum: sed hoc modo se habent relatio & fundamentum, cum relatio realis realiter opponatur suo correlato reali, cui fundamentum relationis nō opponitur: ergo relatio distinguitur realiter à fundamento. desummitur ex differentia, & contrarietate.

3 Tertia, differentia causalitatis realis, arguit realitatem diuersam in causa, quam non habet id, quod nō potest tali modo causare: sed in fundamento relationis realis, est causalitas realis materialis, ex qua confurgit ipsa relatio, quæ non potest

causare fundamentum, & in relatione est causalitas realis terminandi respectum sui correlati, quod non habet ipsum fundamentum: ergo relatio distinguitur à suo fundamento. desummitur ex differentia & principio.

4 Quarta, illa quæ habet differentia media realia ad sui conseruationem, & realem existentiam, realiter distinguntur, cum identitas mediorum, ad existentiam, & conseruationem, arguat identitatem, & diuersitas eorundem, distinctionem realem manifestet: sed relatio & fundamentum, requirunt & habent diuersa media ad sui existentiam, & conseruationem; cum relatio nequeat esse vllomodo sine medio, & interuentione alterius correlati realis, sine quo fundamentum realiter esse potest: ergo relatio distinguitur a fundamento. summitur ex differentia, & medio.

5 Quinta, illa quæ inclinatur ad diuersos fines reales participabiles, ab vno solo extremo eorum, realiter distinguntur; cum talis inclinatio diuersa, realitatem diuersam

sam ostendat: sed talia sunt relatio, & fundamentum, cū fundamentum (vt sunt quantitas, & qualitas) solum inclinentur ad extendendam substantiam, vel qualificandam, & informandam eam, relatio vero ad suum correlatum tantquam ad finem respiciat, & inclinetur: ergo relatio distinguitur realiter à fundamento, summitur à differentia, & sine.

6 Sexta, illa quorū vnū habet differentem, & maiorem similitudinem realem quam habeat aliud cū tertio extremo, differunt inter se realiter; cum maior similitudo realis, necessario secum trahat diuersam realitatem, per quam talia ad inuicem distinguntur; sed relatio & fundamentum sunt huiusmodi, cum fundamentum perse, & quatenus tale in ratione informandi conueniat cum altero, per maiorem similitudinem, quam relatio, quæ non ad informandum, sed ad respiciendum alterum relatum ordinatur realiter: ergo relatio distinguitur realiter à suo fundamento, desummitur ex differentia & maioriore.

7 Septima ratio, illa quæ differentibus extremis realiter æquantur diuerso modo; differunt inter se realiter; cū talis æquatio realis, diuersas supponat entitates & perfectiones reales diuersas: sed relatio & fundamentum diuerso modo æquatur realiter cū diuersis extremis realibus: cū fundamentū æquetur, & vnatur subiecto, in quo existit tantquam accidētalis forma: ipsa vero relatio, æquatur realiter alteri extremo correlato diuerso, cui non æquatur fundamentum: ergo relatio distinguitur à suo fundamento, summitur à differentia, & æqualitate.

8 Octaua ratio, illa quæ ita se habent, vt ad existentiam vnus, alterum subijciatur, & præsuponatur realiter vt alterum confurgat, & causetur; differunt inter se realiter: sed hoc modo se habent relatio, & fundamentum, cū primo ipsum præsuponatur, & existat, vt relatio causetur, quæ de nouo posito correlato confurgit: ergo relatio distinguitur à fundamento, desummitur à differentia, & minoritate.

Quem

Quem admodum procedēdo in comparatione differentiarum, cum reliquis octo principijs respectiuis; octo confectimus rationes, ita si comparamus concordantiam cū alijs, totidem numero formabimus argumenta: & idem fiet quando comparauerimus, contrarietatem cū reliquis; principium, medium, finem, maioritatem, æqualitatem, & minoritatem cū reliquis. Vnde apparet maximus numerus rationum, quæ poterant adduci confirmando prædictam conclusionem. Qui numerus augetur cum duo principia coniunguntur eodem ordine cum alio tertio; item quando tria principia coniunguntur cum quarto, & ita de reliquis combinationibus, & comparationibus principiorum respectiuorum.

Facta prædicta explanatio, & confirmatione conclusionis; educi possunt diuersa confectaria ex ea per principia; scilicet quod fundamentum, aliam habet realem communicationem quam relatio & e contra; aliam extensionem, & magnitudinem; aliam durationem, & confer-

uationem; aliam potestatem & coexistentiam; alium instinctum; alium appetitum; aliam virtutem; aliam veritatem; aliam quietem; aliam differentiam; aliam concordantiā; aliam oppositionem; aliam causalitatem; aliam mediationem; alium finem; aliam maioritatem; aliam equalitatem; & aliam minoritatem. Quæ decem & octo confectaria, & alia multa, quæ poterant per principia duplicata, triplicata, aut maiori numero sumpta fieri: probari possunt per eundem ordinem, & methodum, qua conclusio confirmata est, & astrui poterat; sed ne disputatio in longum procedat, omittimus modo eadem probare, & confirmare, nouis rationibus & argumentis, & ad ea tria prima quæ in principio, pro parte negativa adduximus, respondemus, eo modo quo sequitur.

Ad primum Respondetur, quod quamuis idē sit subiectum reale, in quo existit fundamentum, & relatio, nihilo minus tamen, diuersa est communicatio realis fundamenti, cū suo subiecto: vt supra probatum est; ac perinde realis

repe-

reperitur distinctio, inter fundamentum, & relationem.

Ad secundum responderetur, relationem comprehendere diuersa realia attributa, & perfectiones, quàm comprehendat fundamentum, & e contra; cum fundamentum, vt dictum est, informet substantiā, relatio vero quatenus talis, non informat, sed ad aliud extremum, realiter refertur.

Ad tertium responderetur,

falsum esse, relationem & fundamentum, eandem durationem & conseruationem habere; quia relatio deperit, & destruitur, destructo correlato, remanente fundamento, vt apparet in duobus albis, in quibus vno perempto, remanet in altero albedo, quæ erat fundamentum similitudinis & relationis, & hæc dicta sint pro explicatione quæstionis, & manifestatione vsus, & methodi secundæ figuræ.

TEXTVS.

CAPVT DECIMUM, IN QVO PONTUR textus, ostendens progressum & intentionem tertiæ figuræ, per combinationem, & connexionem eorum, quæ continentur sub duabus literis.

De tertia figura,

Tertia figura, cōposita est ex prima, & secunda nã B. quod est in ipsa, valez B. quod est in prima, & secunda figura, & sic de alijs literis, ipsa habet in se triginta sex cameras, vt patet in ipsa; quælibet camera multa, & diuersa habet significata, per duas literas in ea contentas. Sicut camera B. C. multa & diuersa significata habet per B. C. similiter camera B. D. multa & diuersa significata habet per B. D. &c. & hoc iam patet in alphabeto ante dicto. In qualibet camera sunt due literæ in ea contentæ; ipsæ significant subiectum, & prædicatum, in quibus artista, inquit medium, cum quo subiectum & prædicatum coniunguntur: sicut bonitas,

&

& magnitudo, quæ coniunguntur per concordantiam. & huiusmodi, cum quo medio artista intendit concludere. & propositionem declarare. In ipsa figura significatum est, quod unumquodque principium, cuilibet principio attribuitur sicut B. cui attribuitur C. D. & C. attribuitur B. D. ut patet in figura. Ratio huius est, ut intellectus cum omnibus principijs cognoscat quodlibet principium; ut ad eandem conclusionem adducat multas rationes. Et de hoc volumus dare exemplum de bonitate, de qua subiectum facimus, de alijs autem principijs prædicatum. Bonitas est magna; bonitas est amabilis; bonitas est virtuosa; bonitas est vera; bonitas est gloriosa; bonitas est differens; bonitas est concordans; bonitas est contrarians; bonitas est principians; bonitas est medians; bonitas est finiens; bonitas est coequans; bonitas est minorificans. Et sicut diximus de bonitate, ita potest dici de alijs principijs suo modo. Figura ista est valde generalis, cum qua intellectus est valde generalis ad faciendum scientias.

Conditio huius figuræ est quod una camera, non sit contra aliam, sed ad inuicem concordent in conclusione,

sicut camera BC. & sic de alijs; cum tali

quidem conditione, intellectu

et us conditionat se,

& facit scientiam.



TERTIA

TERTIA FIGURA

BC	CD	DE	EF	FG	GH	HI	IK
BD	CE	DF	EG	FH	GI	HK	
BE	CF	DG	EH	FI	GK		
BF	CG	DH	EI	FK			
BG	CH	DI	EK				
BH	CI	DK					
BI	CK						
BK							

EXPOSITIO TEXTVS.

CAPVT VNDECIMUM, IN QVO EXPLICANTUR tres principales vsus tertiæ figuræ, & in quaestione utrum perfectior sit vita contemplatiua, quam actiua, latissimè demonstrantur.

TRIA, sicut in alijs præcedentibus figuris, erunt in ista aduertenda, mathematica scilicet delineatio; contenta in figura, & eiusdem figuræ vsus. Primum notatur considerando hanc figuram esse triangularem; in quo significatur ab vno angulo ad alium fieri posse progressum; secundum est, intra eandem figuram cõ-

tineri, triginta sex cameras seu loca diuersa, in quorū vnoquoque sunt duæ literæ alphabeti, primæ & secundæ figuræ; & sub qualibet earum sunt duo principia, alterum absolutum, & alterum respectiuum, vna quaestio, tria subiecta, vnum naturale aliud virtuosum morale, & tertium vitiosum, quod itidem consideratur

D deratur

deratur in alia litera eiusdem camerae seu loci. Tertium quod est usus figuræ attenditur in comparatione eorum, quæ continentur sub qualibet litera, ad ea quæ sub alia reperiuntur: principaliter tamen comparatio fiet, (vt infra videbimus) per quatuor principia induabus literis cuiuslibet camerae contenta, quod in euacuatione tertiæ figuræ clarius apparebit: in ista vero poterit intellectus procedere, discurrendo per triginta sex cameras, in quolibet proposito faciundo triginta sex rationes; siue quæstio in prima camera, siue in vltima, aut intermedijs inueniatur. Quando scilicet inquiritur veritas, per duas literas solas: quod facile erit cuique artificium figuræ intelligenti: vt si verbi gratia exciterur quæstio, vtrum Deus sit æternus, ea reducitur ad literas B. D. ibique fiet ratio dicendo Deum esse æternum, quia quod habet communicationem sine termino durationis, est æternum. Deus est huiusmodi: ergo Deus est æternus. Per B. E. fiet alia ratio dicendo; quod habet communicationem cum omnipotentia, est æternus:

Deus habet huiusmodi communicationem, cum sit ens infinitum: ergo ipse est æternus. Alia ratio fiet per B. F. alia per B. G. alia per B. H. alia per B. I. alia per B. K. & quia tunc B. est comparata cum alijs octo literis, sicut alia rationes, per C. D. per C. E. C. F. & sic de alijs. Et finita comparatione ipsius C. cum alijs, fiet comparatio ipsius D. cum alijs, postea ipsius E. cum alijs. Itē ipsius F. cum alijs, ipsius G. cum alijs, ipsius H. cum reliquis & ipsius I. cum K.

Quia tamen sub qualibet litera (præter duo principia in ea cõteta) inueniuntur, vna quæstio, seu modus quærendi, talis quæstionis, subiecta quoque tam naturalia quam moralia, si comparauerimus quodlibet principium cum alio, aut cum quæstione & speciebus quæstionis, siue cum subiectis prædictis; multiplicentur rationes in eadem camera; quod apparet in proposta quæstione vtrum Deus sit æternus nam referendo bonitatem ad differentiam sub litera B. contentam, facimus rationem dicentes, omne quod habet communicationem in omni differentia durationis, est æternus;

num: Deus est huiusmodi: ergo Deus est æternus. Comparando eandem bonitatem ad regulam vtrum, quæ præcipue significat existentiam; hec ratio talis: omne quod habet communicationem semper existentem, est æternus: Deus est huiusmodi: ergo Deus est æternus; & sic discurrentes, per ea quæ sunt in vna litera cum alia, efficiuntur mul-

tæ rationes, quod præcipue apparebit infra in euacuatione tertiæ figuræ. Vt vero, ea quæ docuimus in explicatione tertiæ figuræ manifestiora appareant, & eiusdem figuræ usus, melius declaretur: oportet vt exemplo aliquo demonstremus. Hæc autem erit quæstio, ex doctrina philosophiæ moralis desumpta, qualis est:

Vtrum vita actiua, sit perfectior contemplatiua, aut econtra.

Celebris est, & iam ab antiquis philosophis exagitata quæstio præsens; quibusdam vitam actiuam, potiorē & vtiliorem iudicantibus, alijs vero contemplatiuam vltam, digniorem & vtiliorem asserentibus, nos vero, inter horum diuersas opiniones incedentes vt artificium & methodum tertiæ figuræ, per hæc quæstionem demonstremus, primo eam ad literas alphabeti reducemus; vtrum, enim ad literam B. applicamus, vitam actiuam & contemplatiuam, ad literam E. in ea enim homo, qui vtraque viuunt vita, &

in quo sit talis comparatio reperitur. Sicque erunt duæ literæ B. E. quæ in tertia camera primæ columnæ tertiæ figuræ descendendo inueniuntur, ac proinde ea quæ eisdem literis & significatis earum conueniunt, erunt tali quæstioni applicanda qui est primus usus huius figuræ. Secundus vero est procedere ab vna camera in aliam, quousque omnes percurratur, quod infra demonstrabitur.

Modo autem exponendi sunt termini primi, qui possibilitatem in vtramque par-

rem quaestionis notant, vita autem cum sit principium viuendi & operandi, quatenus exercetur in veritatis cognitione, dicitur contemplatiua; quatenus vero in actione eorum quae ratio dicitur attenditur, appellatur vita actiua; & de utraque vita ut apparet quaestio exagitur. Ad eruen- dam veritatem propositae quaestio- nis erunt in utraque partem adducenda argumenta. Primum probando vitam actiuam perfectiorem esse contemplatiua. Secundo affirmando contemplatiuam potio- rem esse vita actiua.

Primo igitur sic argumen- tamur, illa est perfectior vita quae bona necessaria corpori & animae quaerit & procurat. talis est vita actiua, quae ad- ministracionem rerum tempo- raliu & earum gubernationem & acquisitionem intendit, per quas vita corpo- ris conseruatur & anima rationalis in eo uiuit & existit, quod non quaerit contempla- tiua vita, occupata circa veri- tatis cognitionem: ergo vita ac- tiua est perfectior & melior.

Secundum argumentum, illa est perfectior vita, quae in-

tegritatem virium & facultatum operandi totius homi- nis intendit: talis est vita acti- ua quae ad conseruationem cor- poris, bona procurat tempo- ralia, & in gubernatione eor- um & administratione reipu- blicae, vires animae exercet, quod non facit contemplati- ua: ergo perfectior est vita actiua.

Tertium argumentum: illa est perfectior vita, in qua ma- gis homo conseruatur, cum finis vitae sit perfecta conseruatio, & operatio eius, in quo repe- ritur: sed per vitam actiuam, magis homo conseruatur, quam per contemplatiuam, quia in vita actiua conseruatur saluti corporis & prouidetur existi- entiae animae in eo; in vita ve- ro contemplatiua, corpus affli- gitur & vires eius per poenitentiam & labores continuos, & vigilias deprimuntur: ergo perfectior est vita actiua.

Quartum argumentum: illa est perfectior vita, quae maiorem potestatem tribuit homini ad existendum & operandum: sed talis est vita actiua quia per eam magis potest homo existere & vi- uere, cum multum procuret salutem corporis; quam parum curat

curat vita contemplatiua; ha- beatque vita actiua corporalem exercitationem circa multa; & spiritualem respectu admi- nistracionis & gubernationis rerum, quibus operibus & exer- citationibus caret vita contem- platiua in sola parte animae cognitiua occupata: ergo vi- ta actiua est perfectior con- templatiua.

Quintum argumentum, illa est perfectior vita, quae pru- dentiorem modum viuendi ostendit in homine: talis est vita ac- tiua, quae corpus & animam & ea quae ad tales partes per- tinent, intendit conseruare, procurando necessaria & uti- lia eis; quod non facit vita con- templatiua, oblita delectatio- num corporaliu, quibus na- turalis vita magis conserua- tur: ergo vita actiua est perfe- ctior contemplatiua.

Sextum argumentum, illa est perfectior vita, quae maio- rem voluptatem & delecta- tionem adducit appetitui & desiderijs hominis; cum tunc homo magis quietetur, cum desideria eius complentur: sed hoc facit vita actiua, multas adducens corporeas volupta- tes, & delectationes homini,

quas vita contemplatiua re- pellit & fugit: ergo vita acti- ua est perfectior contempla- tiua.

Sicut procedendo per bonitatem, magnitudinem, du- rationem, potestatem, sapien- tiam, & voluntatem, sex prin- cipia in alphabeto posita; sex quoque rationes & argu- menta efformauimus (quo pacto per totum alphabetum discurrere potuissimus, con- firmando vitam actiuam perfe- ctio rem esse contemplati- ua) ita quoque ex tribus quae restant principijs absolutis, tria conficiemus argumenta, à virtute scilicet, veritate & gloria, relinquendo proces- sum per alia principia respec- tiua, cum ista sufficiant ad methodum artis, & istius ter- tiae figurae demonstrandam.

A virtute sic argumen- tur, illa est perfectior & no- bilior vita, quae maiores, & perfectiores virtutes acquirit homini; cum nobilitas & perfectio vera ex virtutibus resultet; sed vita contempla- tiua maiores & perfectiores acquirit & trahit homini vir- tutes, dum eum ab occupatio- nibus mundanis quae animam

distrahunt auertit, & ad Deū per possessionem omnium virtutum, illum totaliter conuertit, quod non contingit in vita actiua, multis implicata negotijs, & varijs intentionibus noxijs referta: ergo vita contemplatiua, est perfectior vita actiua.

A veritate, tale desumitur argumentum, illa vita est perfectior, quæ hominem magis reddit verum & perfectum: sed hoc facit vita contemplatiua, dum eundem ad supremam veritatem & perfectionem per intellectum informat & eleuat, & per voluntatem afficit, quod non potest facere vita actiua, dolis & falsitatibus mundi comitata & plena, & à Deo vero bono propter suas occupationes multum auersa: ergo vita cōtemplatiua, est perfectior vita actiua.

Vita contemplatiua, est perfectior vita actiua.

PRæcedens conclusio probanda est & cōfirmanda, per artificium & methodum tertie figuræ: & primo per ea quæ continentur sub B.E. in

A gloria, desumitur tale argumentum; illa vita quæ maiorem quietem adducit homini, & disponit ad maiorem gratiam & gloriam recipendam, est perfectior; cum melior dispositio, maiorem arguat in re perfectionem: sed vita contemplatiua hoc habet; cum hominem distrahat & separet multum ab occupationibus corporeis huius mundi, & animam purget à peccatis, quo pacto, magis eleuatur ad gratiam & gloriam à Deo recipendam: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

Ex his argumentis, satis liquet & apparet, vitam contemplatiuam potiorē & perfectiorem esse vitam actiuam, cum maiora bona secum afferat homini, & perfectiorem eum reddat. Proinde educenda est talis conclusio.

quibus literis continentur quatuor principia, duo modi querendi, & sex subiecta, per quarum comparisonem diuersam, diuersa quoque rationes resul-

resultant, ut apparebit in his quæ eformabimus argumenta.

Prima ratio. Comparando bonitatem cum differentia, sub littera B. efficitur talis ratio. Illa est perfectior vita, quæ magis bonum reddit hominem, & eum magis secernit, & separat a delectationibus corporeis, & vitijs, quæ eas consequuntur: sed talis est vita contemplatiua, quæ hominem à gaudijs & delectationibus huius seculi auocat, & ad Deum ire toto corde procurat, quod e contrario facit vita actiua, gaudijs & curis huius mundi immersa: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

2 Comparando bonitatem cum modo querendi vtrum, in quo intelliguntur esse, necesse, impossibile, contingens & possibile; à primo talis deducitur ratio. Illa vita est perfectior quæ magis subdit, necessitat, & constringit hominem, ut sit bonus & perfectus, cum per talem necessitatem magis homo perficiatur, & dirigatur ad Deum: sed hoc facit vita contemplatiua, dum intellectum maioribus illuminationibus, &

inspirationibus à Deo receptis replet, & voluntatem à prauis desiderijs carnis emundat; quod e contrario contingit multoties in vita actiua, ad corporeas voluptates inclinata & propensa: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

3 Comparando bonitatem cum Deo, tale consergit argumentum: illa est perfectior vita quæ Deo optimo & maximo bono, magis facit in bonitate conformare: cum conformatio maior ad optimum, maiorem arguat perfectionem: sed talis est vita contemplatiua, quæ hominem totaliter eformare vult bonum, & supremo bono magis assimilare; quod e contrario contingit in vita actiua, quæ occupata circa temporalia, per ea impeditur a tali assimilatione cum Deo: ergo vita cōtemplatiua est perfectior vita actiua.

4 Comparando bonitatem cum iustitia, talis est ratio; illa est perfectior vita, per quam acquiruntur maiora, & perfectiora bona ad iustitiā & sanctitatem augendam: sed hæc acquiruntur per vitam contemplatiuam, &

quæ talia bona procurat & intendit, quæ vita actiua bonis temporalibus inclinata, parum curat aut contemnit: ergo vita contemplatiua, est perfectior vita actiua.

5 Comparando bonitatem cum auaritia, talis colligitur ratio; illa est perfectior vita quæ minorem auaritiam, & cupiditatem bonorum temporalium huius mundi, & maiorem appetitum cœlestium bonorum habet: talis est vita contemplatiua, quæ dum bona secularia despicit & conculcat ea, nec iniuste rapit, nec auare desiderat, aut possidet, sed ad cœlestia & æterna bona ardentem properat: ergo vita cōtemplatiua est perfectior vita actiua.

Prout comparauimus bonitatem, cum reliquis contentis sub litera B. sub qua ipsa posita est, ita quoque posuimus comparare eandem bonitatem, cum reliquis terminis qui sunt sub litera E. & fient sex aliæ rationes.

6 Prima, illa est perfectior vita, quæ habet in se bona maioris potestatis, & excellentiæ: sed talis est vita contemplatiua, cuius bona sunt tantæ

potestatis, ut amicos Dei efficiant, eos qui talia possident, quod è contrario contingit in vita actiua, in qua cōmuniter desiderium & appetitus inferiorum bonorum & eorum usus suffocant animas & ad interitum multo distrahunt: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

7 Secunda ratio, desumitur ex bonitate cum principio cōparata tali modo, illa est perfectior vita quæ perfectiora opera & meliora bona causat: talis est vita contemplatiua, quæ merita apud Deum innumera, & præciosiora cunctis bonis seculi causat; cum per ea regnum cœlorum maius omnibus bonis adquiratur, & amicitia cum Deo conseruetur: ergo perfectior est vita cōtemplatiua vita actiua.

8 Tertio, comparando bonitatem, cum regula quare, in qua formalitas & finis rerum inquiritur; talis desumitur ratio, illa est perfectior vita quæ meliora bona animæ procurat, & totaliter in suum finem qui est Deus, hominem ducit: talis est vita contemplatiua, quæ scientiam & virtutes animæ procurat, & hominem di-

uicis

uersis studijs, & honestis, & pijs exercitationibus ad Deum eleuat, quod è contrario multoties in vita actiua apparet deprimendo eum curis secularibus & terrenis, quæ cogitationes bonas & desideria sancta pro maiore parte ab anima expellant: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

9 Item comparando bonitatem cum Angelo, tale efformatur argumentum, illa est perfectior vita, quæ homines Deo magis conformes & similiores Angelis reddit; cum in hoc consistat tora hominum perfectio; talis est vita contemplatiua, quæ per virtutes & merita quæ secum trahit, in suis exercitationibus magis conformes facit homines Deo, magisque similes Angelis, per talia bona homines redduntur, qui solum virtutes & merita & non bona temporalia curant: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

10 Comparando bonitatem cum temperantia, talis consurgit ratio. Illa est perfectior vita quæ magis communicationem animæ ad hec

temporalia & seculares curas & desideria temperat: talis est vita contemplatiua, quæ ut suum finem qui est Deus assequatur, animam à communicatione bonorum temporalium multum arcet & eius cupiditates circa talia bona moderatur, de quo parum curat vita secularis & actiua, solis acquirendis terrenis bonis immersa, & de vltimo fine parum curiosa: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

11 Comparando bonitatem, cum superbia, hoc efficitur argumentum; illa est perfectior vita quæ maius malum superbiæ vitat, & humilitatis maius bonum trahit: talis est vita contemplatiua, quæ superbias mundanas & alta huius mundi despicit, & humilia imitando, Christum humilem complectitur, quod è contrario facit vita actiua, quæ alta quasi semper & superba intentat, quibus diabolo assimilatur, qui ait Isaia 14. in cœlum conscendam, & sedebo in monte testamenti, & ero similis altissimo, semper maiora & altiora querendo in hoc mundo: ergo vita con-

D 5 tem-

templatiua est perfectior vita actiua. Sicut comparando bonitatem, cum reliquis quæ sunt sub literis B E. has supra dictas rationes efformauimus, ita quoque per differentiam comparatam cum eisdem & bonitate, totidem numero producentur argumenta, quod etiam continget si reliquos terminos, in eadem camera contentos comparauerimus adinuicem: & ita in vna sola camera de B E. & in quolibet alia efformari possunt centum & triginta & vnum argumentum; quæ nos in præfenti omittimus experienti, & consideranti artificium artis; vt ad secundum vsum huius tertie figuræ accedamus, qui est simpliciter probare de camera in cametam procedendo, ita vt facta dicta probatione, & confirmatione conclusionis, modo signato, ad aliam transeamus cameram quæ est BF. in qua, quia sunt bonitas & sapientia differentia & medium, ex comparatione earum duodecim efficiuntur, rationes; vt in euacuatione tertie figuræ demonstratur. Solum tamen in præfenti vnam rationem in-

qualibet camera, aliquas earum percurrendo faciemus.

In B. F. talis ratio confirmas prædictam conclusionem inuenitur, comparando bonitatem cum sapientia. Illa est perfectior vita, quæ habet bona quæ magis ordinant, & disponunt hominem in Deum, qui est vltimus finis, & perfectio eiusdem hominis: sed talis est vita contemplatiua, quæ per euacuationem terrenarum curarum, & desideriorum secularium, melius disponit, & ordinat hominem in Deum, causando in eo affectionem quandam ad eum, & cognitionem viarum, & mandatorum eius, quam actiua vita obliuiscitur: ergo vita contemplatiua, est perfectior vita actiua.

In B. G. tale reperitur argumentum per bonitatem, & voluntatem; illa est perfectior vita quæ preciosiora & amabiliora bona intendit & habet: talis est vita contemplatiua, quæ non temporalia bona, parum desideranda & multum fugienda, sed cælestia & æterna, amabiliora

biliora, & preciosiora cunctis bonis, sapientiam quoque & virtutes, quibus mirabiliter homo ditatur inquirat & possidet: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

In B. H. in qua bonitas cum virtute comparatur, inuenitur talis ratio. Illa est perfectior vita, quæ habet infantem virtutem, vt ex ea originentur, & procedant maiora bona, cum causa perfectior indicet maiorem perfectionem in eo in quo existit, quam in alio cui deficit: sed vita contemplatiua hoc habet, vt ex ea procedant maiora merita quæ ad Deum hominem eleuant, multæ bonæ cogitationes & desideria, quæ illum Deo assimilant, multa quoque opera bona, per quæ beatitudinem supposita gratia Dei promeretur, quod multoties e contrario succedit in vita actiua plena caducis & vanis cogitationibus, vnde mala desideria & cupiditates nociuæ prodeunt, & ad infernū suis ipsis occupationibus, multum deprimitur: ergo vita contemplatiua, est perfectior vi-

ta actiua.

In B. I. talis conficitur ratio ex bonitate cum veritate comparata. Illa est perfectior vita, quæ veriora bona habet & procurat, quia possessio talium bonorum magis verorum & perfectiorum, maiorem perfectionem indicat: talis est vita contemplatiua, quæ non bona ista fallacia, & caduca querit, nec ardenti animo possidet, sed sapientiam virtutem & gratiam, vera & nunquam ex parte sua excidentia bona inquirat, & possidet; quæ vita actiua parum cognoscit & desiderat, dum ad terrena & mundana, caduca, & imperfectiora, bona anhelat: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

In B. K. ex comparatione bonitatis cum gloria, simile educitur argumentum. Illa est perfectior vita, quæ bona, quæ magis animam quietant, & ad Deum, & gloriam sempiternam ducunt, possidet, & intendit: talis est vita contemplatiua, quæ sapientiam, & virtutes curat, per quas homo

inse

in se ipso & in alijs magis quietatur, & à plurimis conturbationibus mundanis liberatur, & maiori impetu, & conatu, ad Deum per cognitionem, & affectionem liber currit; quod e contrario contingit in vita actiua, in scia communiter & ignorante, bonorum sempiternorum, quæ cupiditatibus plena in amore huius mundi detinetur, & plurimis impedimentis irretitur: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

Comparata litera B. vsq; ad K. per cameras, quæ illam sequuntur, quia C. sequitur post B. incipit in tertia figura, alia comparatio ipsius C. cum reliquis literis, vsque ad K. & in prima camera que est CD. talis cõsurgit ratio, conclusionem prædictam confirmans, illa est perfectior vita, quæ hominem conseruat, & magnū facit in perseuerantia virtutis, & antitatis, illumq; ad maiora charismata & dona spiritalia extendit, quam sit illa vita quæ id non potest efficere: sed talis est vita contemplatiua, quæ dum Deum maximum bonum cognoscit, ad illum facit voluntatem dirigi

& ordinari; quod non ita facit vita actiua obnubilata & obscurata, varijs tenebris & impedimentis veritatis: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

Ex C E. desummitur argumentum, dum magnitudo ad potestatem cõparatur, tali modo. Illa est perfectior vita quæ magnas & perfectiores facit potentias hominis: talis est vita contemplatiua, in qua intellectus illuminatur maximis inspirationibus à Deo & Angelis receptis, memoria plus recollit beneficia Dei, & mysteria eius: voluntas magis afficitur ad ipsum Deum spiritibus creaturis; quod e contrario facit vita actiua onerans nimis memoriã hominis curis temporalium rerum, & intellectum conturbans cogitationibus & discursibus vanis, voluntatemque à Deo multum auocans & ad res terrenas trahens: ergo vita contemplatiua est perfectior vita actiua.

Eo modo, quo procedendo per cameras prædictas modo signato, confirmauimus conclusionem quæstionis: poteramus quoque per reliquas, que restant in figura cameras idẽ

facere:

facere, sed quia veritas conclusionis, satis clara & manifesta apparet, & irrefragabiliter confirmata est, ideo ad aliqua ex ea inferenda consecretaria, animum conuertimus.

1 Primum est, quæmlibet actum & communicationem vitæ contemplatiuæ, ex se, & ex sua propria natura, perfectiorem esse, quam actus, seu operationes vitæ actiuæ.

2 Secundum, maximū esse statum vitæ contemplatiuæ, & ad maiora & potiora bona possidenda & recipienda dispositum, quam sit status vitæ actiuæ.

3 Tertium, magis conseruari animam hominis à peccatis & vitijs, & aqualibet corruptione, in statu vitæ contemplatiuæ, quam conseruetur in statu vitæ actiuæ.

4 Quartum, maiorem esse potentiam, ad opera maxima patranda in vita contemplatiua, quam in actiua.

5 Quintum, meliorem esse sapientiam & ordinem vitæ contemplatiuæ, quam sit sapientia & ordo vitæ actiuæ.

6 Sextum, perfectiorem reddi voluntatem hominis, dum afficitur ad ea, quæ desi-

derantur in vita contemplatiua, quam sit dum anhelat & inclinatur, ad ea quæ procurantur in vita actiua.

7 Septimum, perfectiores esse virtutes, quæ acquiruntur in vita contemplatiua, quam illæ quæ habentur in vita actiua, respectu talis status.

8 Octauum, vitam contemplatiuã, melius & magis dispositam esse ad veritatem percipiendam & iudicandam quam sit vita actiua.

9 Nonum, magis gloriosum & clarum reddere hominem, ipsam vitam contemplatiuã, ad Deum inclinatam, quam possit esse vita actiua, ad res temporales propensa.

10 Decimum, plus distare vitam actiuam, a communicatione perfecta cum Deo, quã distet vita contemplatiua.

11 Vndecimum, magis cõformari hominem cum Deo per vitam contemplatiuam quam per actiuam.

12 Duodecimum, vitam contemplatiuam, magis contrariari & aduersari demoni, mundo & carni, & eorū operibus; quam aduersetur & contrarietur vita actiua.

13 De

13 Decimūtertium, principia & causas vitę contemplatiuę, nobiliora & perfectiora esse, quatenus talia; quam sint principia & causę vitę actiuę.

14 Decimumquartum, media necessaria ad vitam contemplatiuam, perfectiora esse, quam ea quę concurrunt ad opera vitę actiuę.

15 Decimumquintum, finem vitę contemplatiuę, perfectiorem esse, sine vitę actiuę.

16 Decimumsextum, multo magis & perfectius assimilari Deo, vitam contemplatiuā, quam actiuam, quia Deus maiora contemplatur in se quā facit ad extra.

17 Decimumseptimum, vitam contemplatiuam, magis equari statui Angelico, ac proinde homines tamquam Angelos reddere, quā vitam temporalem actiuam, quę eos ad mundana inclinat.

18 Decimumoctauum, minorem esse perfectionem vitę actiuę temporalia curantis, quam sit perfectio vitę contemplatiuę, spiritualia bona & maxima intendentis. Hęc decem & octo confectionaria, per

principia alphabeti artis illata, ostendunt maximam virtutem conclusionis, & eiusdem in multo plura extensionis; quę poterant per modum datū in ista tertia figura, multipliciter probari, si licuisset propter intentam breuitatem id facere, sat tamen est argumenta conclusionē cōfirmātia, & confectionaria prædicta in mediū attulisse, vt clarius luce appareat, veritas illius sententię Evangelij, quā dixit Christus, pro Maria Magdalena. Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea in æternum; optima enim est vita contemplatiua, & magis digna & perfecta quam sit vita actiuā, vt supra visum est, ac proinde iā erit ad argumēta adducta in contrarium, suo ordine respondendum.

Ad primū respōdetur, quod quāuis bonū & conueniēs sit, hominibus in mundo existentibus bona tēporalia procurare, ad sustentationem vitę spiritualis; non est bonum, & vtile animę spirituales statū, vitę contemplatiuę relinquere propter alia tēporalia sola adquirenda præter necessariū victū; cum minoris perfectionis

nis sint bona per vitam actiuā intenta, quam ea quę per vitam contemplatiuam quæruntur.

2 Ad secundū respondetur, quod vita contemplatiua perfecte & proprie, magis dirigit, & disponit principales virtutes, & facultates animę, quā vita actiuā, quę nimis curat de cōseruatione & viribus corporis.

3 Ad tertiū respondetur, quod maior & perfectior est in suo genere, operatio animę in vita contemplatiua quā in actiuā, quia ad maiorem finē & perfectionē dirigitur, quod sufficit ad hoc vt perfectior dicatur vita contemplatiua quam actiuā; perfectiores enim elicit operationes, per quas Deo magis placet & acceptior redditur:

4 Ad quartū argumētum respondetur; quod licet homini exteriori in vita actiuā tribuatur maxima potestas ad existendum & agendum, interiori tamen homini, seu animę, maior datur, & circa Deum acceptatio, & circa ipsa inferiora potestas, cum videamus hominem iustū & perfectum, perfecte solum multo plura facere quam possint Reges

& Imperatores terrę per suos exercitus, & sibi subditas gentes.

5 Ad quintū respōdetur, quod licet filij huius seculi, procurantes acquirere bona tēporalia prudentiores videantur apud mūdānos in generatione sua, & in acquisitione terrenorū bonorū; prudentiores tamen sunt filij lucis, quales sunt qui per vitam contemplatiuam, bona semper durabilia curāt, ac proinde vita istorū contemplatiua, est perfectior quam illorum vita actiuā.

6 Ad sextū respondetur, quod quāuis vita actiuā multas affert corporeas voluptates, per quas ipsum corpus delectatur & gaudet; illę eadem eidem affert perniciem & destructionem, quod e contrario euenit in delectationibus & gaudijs, quę proneniunt ex vita contemplatiua, quia per eas anima dulcius & suauius, fertur in Deum, & eidem vnitur & adheret. Et hęc de quęstione & artificio tertię

figurę.

(?)

CAPVT DVODECIMUM, IN QVOTRA
ditur textus quartæ figuræ, per tres literas & earum signi-
ficata circulariter procedens.

TEXTVS DE QVARTA FIGVRA.


Qvarta figura habet tres circulos: quorum superior est im-
mobilis, duo autem inferiores sunt mobiles, ut in figura pa-
tet. Circulus medius voluitur sub circulo superiori immobili:
ut puta quando ponitur C. sub B. circulus aut. m. inferior, vo-
luitur sub circulo medio: sicut quando ponitur D. sub C. & tunc
temporis formantur nouem camerae. B. C. D. est vna camera
C. D. E. est alia, & sic de alijs. deinceps E. circuli minoris, po-
natur sub C. circuli mediocris, & tunc temporis formatur alia
nouem camerae, B. C. E. est vna camera. & C. D. F. alia. Et
cum omnes literæ circuli minoris erunt discursæ cum B. circu-
li maioris, & cum C. circuli mediocris, tunc temporis. C. est me-
diū inter B. & D. eo quia B. & D. participant inter se ad inui-
cem per significata de C. & sic de alijs cameris: & sic per me-
dia camerarum homo. venatur necessarias conclusiones, & in-
uenit illas. Iterum discurrantur literæ cum B. eiusdem cir-
culi maioris, & cum D. circuli mediocris, & sic de alijs circu-
li mediocris, & circuli inferioris mutando illas, B. circuli ma-
ioris existente immobili, usquequo perueniatur cum B. circuli
maioris, ad I. circuli mediocris, & ad K. circuli inferioris. Et
sic erunt ducentæ quinquaginta & duæ camerae.

Figura ista generatior est, quam tertia: quia in qualibet ca-
mera istius figuræ sunt tres literæ: sed in qualibet camera ter-
tiæ figuræ non sunt nisi duæ literæ: ideo intellectus est genera-
lior per quartam figuram quam per tertiam.

De conditione quartæ figuræ est, quod intellectus applicet
illas.

illas literas ad propositum, quæ videntur magis applicabiles
proposito, facta camera de tribus literis, recipiat significata li-
terarum, respiciendo conuenientiam existentem inter subiectū
& predicatum: euitando inconuenientiam: & cum ista condi-
tione, intellectus facit scientiam: per quartam figuram, & ha-
bet multas rationes ad eandem conclusionem.

QVARTA FIGVRA.



¶ Diximus de quatuor figuris, quas corde tenus oportet
scire, sine quibus artista, hac arte nō potest vti, neq; practicare.

CAPVT DECIMUM TERTIVM, IN QVO
explicatur textus quartæ figuræ, & triplex eius usus de-
tegitur, & in duabus quæstionibus, de processione Spiritus
Sancti in Deo, & de restitutione facienda in particulari ca-
sa, aperitur.

EXPOSITIO TEXTVS.

Artificium, & metho-
 dus quartæ figuræ, ap-
 pareat in tribus animaduer-
 sionibus circa eam, per quas
 facilius percipitur, & ple-
 nius comprehenditur. Pri-
 ma est circa dispositionem
 figuræ, quæ consistit in tri-
 bus circulis, maiori, scilicet
 medio & minori: per quos
 intellectus discurrit & facit
 rationes, ad quodlibet pre-
 positum: probando quæ
 stiones quæ sub tribus literis
 seu indicibus continentur.
 Ita tamen quod maior cir-
 culus, semper remanet im-
 mobilis, & cum qualibet
 litera eiusdem, comparan-
 tur omnes literæ, quæ in cir-
 culo mediocri continentur;
 & sub qualibet litera, fit
 comparatio omnium lite-
 rarum, inferioris, & mino-
 ris circuli: & ad vnâ su-
 perioris circuli comparatur,
 & considerantur omnes li-

teræ quæ sunt in circulo me-
 dio, & ad vnâ medij, om-
 nes literæ circuli inferioris,
 considerato tali ordine, vt
 literæ quæ comparantur, ad
 inuicem succedant, & or-
 dinentur, eo modo quo in al-
 phabeto literario continen-
 tur; ita vt post B. circuli ma-
 ioris, succedat C. circuli me-
 diocris, & D. circuli inferio-
 ris. Et hæc est velut prima ca-
 mera, & locus istius figuræ, in
 qua post D. quod ponitur
 sub C. circuli mediocris; fit
 vna ratio, deinde mutatur cir-
 culus inferior cum E. & fit
 alia ratio; deinde cum F. &
 consurgit alia; & ita vsque
 ad K. circuli inferioris, cum
 B. circuli maioris, & C. circu-
 li mediocris. Et tunc sumi-
 tur medium probationis ex
 C. comparato cum alijs dua-
 bus literis: vt verbi gratia, si
 in primo loco, istius figuræ,
 B. C. D. excitaretur quæstio,
 virum

vtum Deus sit in finitus &
 æternus, respicientes ad C. &
 comparantes illud cum B. &
 D. fieret ratio talis, omne bo-
 num communicans se sine
 aliquo termino in esse, &
 duracione, est infinitum &
 æternum: Deus est bonum cū
 tali communicatione: ergo
 Deus est infinitus & æternus.
 Deinde mutando E. circuli
 inferioris, sub B. circuli ma-
 ioris, & C. circuli medio-
 cris, comparando ipsum C.
 ad B. & E. fit alia ratio di-
 cendo, omne bonum existens
 sine aliquo termino, & agens
 omnipotenter; est infinitum
 & æternum; Deus est tale in-
 finite bonum: ergo Deus est
 æternus. Et sicut præsigna-
 tum est, in istis primis duobus
 locis, contingit in alijs eiu-
 dem figuræ (vt magis infra
 apparebit) vt si moueretur
 quæstio vtum veritas rei
 spiritalis, sit cognosci-
 bilis ab animalibus sensi-
 tiuis; reduceretur quæ-
 stio ad F. I. & fieret talis ra-
 tio negatiue dicendo, illud
 ens quod non habet in se lu-
 men perfectum spirituale,
 non potest cognoscere veri-
 tatem spiritualement: sed lumen

quod est in animalibus sensi-
 tiuis non est spirituale; ergo
 non possunt ipsa cognoscere
 res spirituales. Post prædi-
 ctam rationem volueretur
 circulus inferior, sub F. circu-
 li mediocris, & sub B. cir-
 culi maioris, & remane-
 ret camera B. F. K. ex qua
 deduceretur alia ratio, sed
 quia vltima litera nostri al-
 phabeti est K. non fit di-
 recta comparatio cum alijs,
 quæ post K. succedunt: sed
 voluitur circulus medio-
 cris, & ponitur G. eiu-
 dem circuli maioris supra
 H. circuli minoris.

Secunda, animaduersio
 est circa ea, quæ continen-
 tur in quarta figura, &
 hæc sunt in primis, omnes
 literæ & significata litera-
 rum, quæ in alphabeto, &
 in tribus antecedentibus fi-
 guris sunt annotata, sed
 quia in ista figura, inquali-
 bet comparatione, reperiun-
 tur tres literæ, hæc ambiunt
 & comprehendunt magis
 veritatem cuiusque rei, in-
 quolibet proposito; & intel-
 lectus plus extenditur ad
 eam, & actuatur in maiori
 scientia, sicut enim quis eo

plustrahit quamlibet aliam rem ad se, quo plura vincula & funes iniicit, ad capiendā eam, ita intellectus eandem veritatem, quam per alphabetum, primam & secundam figuram, singulari & unico principio capit, & per tertiam figuram solum duobus principijs: per hanc quartam ad se eam trahit, tribus principijs, sub tribus literis contentis, quæ cum maiori extendatur artificio, maiori quoque scientia intellectum illuminant.

Tertia animadversio est, quòd ad discurrendum per istam quartam figuram, semper assumuntur tres literæ, vel tria significata literarum, & si aliquando succedit plura significata cōtineri in quæstione, quæ tractatur: ad tres solas literas, vel tria significata reducuntur, & reperiuntur infallibiliter in aliquo ex locis signatis, in præsentī figura, à quo incipit tunc discursus. Quamvis enim quilibet alius locus eiusdem figuræ, possit deseruire, ad probandā quæstionem, ille videtur aptior, qui significata quæstionis in suis literis repræsentat; vnde

sumenda est prima ratio, quā amplificant & confirmant, rationes deductæ ex alijs camerulis, seu locis, prout iacent in figura, vel prout referuntur ad significata, quæ sub literis cuiusque loci continentur, quorum usus infra explicabitur. Quod notatur ea ratione, vt si aliquādo contingat, moueri quæstionem in literis H. I. K. quæ est vltima comparatio in hac figura, ex qua deducitur vna ratio, aliæ quæ ad probandam quæstionem requirantur; desumendæ sunt à prima comparatione B. C. D. & deinde ab alijs quæ sequuntur, vsque ad vltimam comparationem, & ita fiet si contingat excitari quæstionem, in medio istius figuræ, aut in qualibet alia parte; tūc enim facta comparatione, in loco in quo cadit quæstio, & in alijs quæ sequuntur, redimus ad primam comparationem figuræ, & sic vtimur totali eius artificio, in quolibet proposito; & ita valet ista figura ad multiplicandas rationes circa quālibet quæstionē, & ostēdit ordinē tabulæ, quæ postea describemus. Sed vt quædicta sūt in quarta

quarta figura, & in eius explanatione magis aduertantur, duas intendimus differentes quæstiones excitare, in quarū

vsu & artificio, apparebit manifeste vsus, & artificio, quartæ figuræ. Prima vero talis est.

Vtrum si per impossibile, Spiritus Sanctus non procederet a filio, distingueretur ab eo.

Quæstio ista in scholis, nō sine magna grauissimo- rum authorum contradictio- ne agitur: asserentibus quibusdam, quod si persona Spiritus Sancti, nō procederet à Filio, nequaquā ab eo distingueretur: alijs vero e contra affirmantibus, in tali casu etiam à Filio realiter distinguui. Hanc nos pro more & artificio nostro, vt methodum magis aduertamus, ad literas & cameram huius quartæ figuræ, reducemus. Vtrum, & distingueretur & impossibile, ad B. sub qua hi termini continentur. Persona Spiritus Sancti, licet quatenus est Deus ad idem B. applicari deberet, tamen quatenus dicit completam personam ad existendū & agendum, ad literam E. ad quam etiam & terminus, Filius, refertur: procedere, vero ad literam D. & secundā spe-

ciem deriuatiuam regulæ de quo applicatur: atque ita erit camera B. D. E.

Hac facta reductione, vt qui artem ignorant, eius artificio aduertant, & vt artifex huius doctrinæ magis ordinate procedat; declarandi sunt termini in quæstione proposti, primus est, Vtrum, quod vt supra diximus, possibilitatē in vtramque quæstionis partē aduertit. Per impossibile, vero, significat quod si realiter & vere conuenit personæ Spiritus Sancti à Filio procedere; quæstio tamen excitatur in casu in quo non procederet à Filio; persona vero Spiritus Sancti, dicitur rationalis & spiritualis natura in trinitate existens per voluntatē Patris & Filij producta in existentia infinite completa, quæ æterna, & infinita sicut Pater & Filius existit. Proce-

derere, vero ab alio deriuari, aut emanare manifestat.

Terminis quæstionis ita declaratis, pro vtraque parte ponenda erunt argumenta, ut veritas quæstionis facilius & clarius eruatur.

Pro parte negatiua, quod Spiritus Sanctus si non procederet à Filio, non distingueretur ab eo, erit primum argumentum. Illa non possunt distinguere realiter, quæ eandem communicationem & perfectionem habent, cum distinctio realis, perfectionem diuersam arguat: sed in casu in quo, per impossibile Spiritus Sanctus non procederet à Filio, haberet eandem communicationem & perfectionem realem cum eo, cum esset Deus sicut ille: ergo si non procederet à Filio, non distingueretur ab eo.

Secundum argumentum, illa non possunt distinguere ad inuicem realiter, quæ eandem infinitatem, & integritatem habent, cum ea quæ eodem modo & complemento integrantur, includant eandem perfectiones reales: sed etiam si persona Spiritus Sancti, non procederet à Filio, constaret

eodem complemento perfectionis & infinitatis, quo Filius in diuinis naturaliter constat: ergo non procedens à Filio Spiritus Sanctus, non distingueretur ab eo.

Tertio, illa non possunt distinguere realiter, quæ non habent durationem in prioritate temporis, aut æternitatis, aut æternitatis, cum diuersa distinctio in esse, distinctionem arguat durationis & conseruationis eiusdem: sed in casu in quo Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non esset inter eos talis prioritas, imo nec vlla alia considerari posset, cum æquales essent in duratione, & modo existendi, sine aliquo ordine diuerso: ergo si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio, non distingueretur ab eo.

Quarto, illa ad inuicem non possunt distinguere, quæ eandem omnino habent potestatem, cum identitas potestatis, identitatem & non diuersitatem indicet in esse: sed in casu impossibili, quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, eadem esset

set in vtroque personalis potestas, cum non esset inter eos relatio distinguens, quæ prouenit ex emanatione vnius personæ ab alia: ergo si Spiritus Sanctus, non procederet à Filio, non distingueretur ab eo.

Quinto, illa non possunt distinguere ad inuicem, quæ inter se nullum haberent ordinem, & respectum realem diuersitatis, cum vnum quodque ab alio diuisum, in se ipso consistat & ordinem diuersitatis, & differentiam ab alio diuerso importet: sed in casu impossibili, quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non esset ordo, nec respectus aliquis realis, inter eum, & Filium: ergo non distingueretur à Filio.

Sexto, illa non possunt ad inuicem distinguere, quæ eandem voluntatem, & appetitum realem habent, cum identitas appetitus, & voluntatis, identitatem necessariam demonstret: sed in casu impossibili, quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, esset idem appetitus, & voluntas in-

ter eos, cum nulla relatio, aut mutuus respectus, eos diuideret: ergo si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio, non distingueretur ab eo.

Hæc sex argumenta, quæ ex sex primis principijs alphabeti, ex bonitate, scilicet, magnitudine, duratione, potestate, sapientia, & voluntate, desumpsimus, partem negatiuam quæstionis astruunt.

Pro parte vero affirmatiua, desumitur tale argumentum, ex principio virtutis. Illa necessario distinguuntur realiter, quæ virtutem realem distinctam habent: sed in casu impossibili, quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, esset in Filio virtus, ad terminandam relationem Patris generantis eum per intellectum, quam non haberet persona Spiritus Sancti, quæ per modum voluntatis à Patre procedit: ergo etiam si Spiritus Sanctus, non procederet à Filio, distingueretur realiter ab eo.

Secundo illa ad inuicem

necessario distinguuntur realiter, quæ perfectionem aliquam realem verâ diuersam inter se important: sed in casu impossibili, quo, Spiritus Sanctus non procederet à Filio, adhuc haberet personalitatem realem differentem à Filio, dum vere & realiter affirmaretur de Spiritu Sancto, quod emanaret per modum & vim voluntatis, quod non affirmaretur vere de Filio: ergo etiã

Spiritus Sanctus, etiam si non procederet à Filio distingueretur ab eo.

IN hoc loco, iterum reducenda est quæstio ad literas B. D. E. quartæ figuræ, vt per eius usum, veritatem demonstramus, & primo fiet per eadem principia quæ in his literis reperiuntur, ratio tali modo confirmans conclusionem. Illa distinguuntur realiter quæ non possunt emanare & procedere, cum eadem potestate existendi & agendi ab eodem communicatio talis esse: sed persona Spiritus Sancti, etiam si non procederet à Filio, non posset emanare à Patre cum eadem potestate

si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab eo.

Hæc duo argumenta ex virtute, & veritate desumpta, partem affirmatiuam quæstionis tenendam esse manifestat: quia verior apparet, & magis intelligibile est, inter tales personas sic consideratas, distinctionem realem conferuari; ac proinde talis deducenda est conclusio.

existendi & agendi; quam habet Filius, quia procederet vt verbum, & cum respectu terminandi generationem Patris, quod est impossibile: ergo etiam si non procederet à Filio, distingueretur ab eo realiter.

Secundo ex B. D. F. columnæ sequentis colligitur talis ratio. Illa distinguuntur realiter quæ non possunt emanare & procedere cum eodem communicatio & actuali, seu reali instinctu: sed si persona Spiritus Sancti, non procederet à Filio, non posset adhuc ema-

emanare cum eodem communicatio & actuali instinctu, quæ non possunt emanare & consistere cum eadem communicatione reali appetitus naturalis: sed si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non posset emanare, nec consistere, cum eadem communicatione reali appetitus naturalis, quem habet Filius ad ea quæ pertinent ad esse verbi, nec sine eo appetitu quod pertinet ad esse donum: ergo etiam si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio: distingueretur ab eo.

Tertia ratio. Sumitur ex alia columna succedenti B. D. G. tali modo. Illa realiter distinguuntur quæ non possunt emanare & consistere cum eadem communicatione reali appetitus naturalis: sed si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non posset emanare, nec consistere, cum eadem communicatione reali appetitus naturalis, quem habet Filius ad ea quæ pertinent ad esse verbi, nec sine eo appetitu quod pertinet ad esse donum: ergo etiam si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio: distingueretur ab eo.

Quarta ratio, sumitur ex B. D. H. tali modo. Illa ad inuicem realiter distinguuntur, quæ non possunt emanare, nec consistere, cum eadem communicatione virtutis &

originis realis: sed etiam si Spiritus Sanctus, non procederet à Filio, non posset emanare nec consistere, cum communicatione reali verbi producti per intellectum Paternum, nec Filius posset habere communicationem virtutis spirationis passiuæ, per quam Spiritus Sanctus constat & emanat à Patre: ergo etiam si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio, distingueretur realiter ab eo.

Quinta ratio, colligitur ex B. D. I. hoc modo; illa ad inuicem realiter distinguuntur, quæ non possunt emanare, nec consistere, cum eadem perfectione veritatis & entitatis realis: sed in casu impossibili quo, Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non posset emanare, nec consistere cum eadem veritate & entitate reali personali, quam habet Filius: ergo distingueretur ab eo realiter.

Sexta ratio, educitur ex B. D. K. tali modo. Illa ad inuicem distinguuntur quæ non possunt in emanatione sui esse quietari, & terminari eodem modo reali: sed in casu impossibili, quod Spiritus

Sanctus non procederet à Filio, non posset quietari & terminari vna & eadē reali hypostasi & personalitate, qua gaudet Filius: ergo etiam si persona Spiritus Sancti, non procederet à Filio, distingueretur ab eo.

Has sex rationes desumpimus, ex columna B. D. E. comparata vsque ad K. & quia ultra non potest fieri comparatio, cum litera D. cū iā sit comparata vsque ad K. de nouo transeundo ad aliud medium seu literam E. in medio circulo inuentam, efformantur aliæ de nouo rationes, conclusionem prædictam confirmantes, prima ex B. E. F. tali modo, illa quæ non possunt existere cum eadem communicatione, & actu personali, necessario ad inuicē distinguuntur realiter: sed in casu impossibili quo, persona Spiritus Sancti, non procederet à Filio, non posset existere cum eadem communicatione & actu personali, quam habet Filius, qui per modum & attributum sapientiæ Patri correspondet, & Spiritus Sanctus per modum & instinctū voluntatis seu doni, ergo etiā

si persona Spiritus Sancti, non procederet à Filio, distingueretur ab eo.

Item ex B. E. G. seu ex bonitate, potestate, & voluntate, talis educitur ratio. Illa necessario est in quolibet casu distinguui, quæ non possunt communicari in eodem appetitu reali: sed etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non posset adhuc communicari cum eodem Filio, in eodem appetitu reali conuenienti tali personæ, ad reseruandū per modum voluntatis inspirationem, & perfectionem, quam à Patre recipit, prout ab eo respiratur: ergo etiam si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio distingueretur ab eo.

Octaua ratio conclusionē confirmans, colligitur ex B. E. H. seu ex bonitate, potestate & virtute, hoc modo. Illa ad inuicem realiter necesse est distinguui, quæ non possunt in eadem existentia personali communicari cum eadem reali virtute: sed hoc contingeret, si per impossibile, persona Spiritus Sancti non procederet à Filio, quia semper Filius haberet virtutē &

prin-

principiū originādi, & produciendi realiter Spiritum Sanctū, quæ non posset Spiritus Sanctus habere: ergo necessario distingueretur realiter.

Nona ratio, defumitur ex B. E. I. seu ex bonitate, potestate, & veritate, tali modo. Illa necessario, est distinguui realiter, quæ non possunt habere eandem communicationem, & titulum verum, & proprium secundum esse suppositale; sed in casu impossibili, quo persona Spiritus Sancti non procederet à Filio non posset habere eandem communicationem realē personalem, cum adhuc suam cōseruaret per proprias rationes constitutiuas talis personæ, distinctas realiter à Filio, & titulum diuersum à Filio secundum diuersam relationem realem: ergo etiam si non procederet ab eo, distingueretur à Filio realiter.

Decima ratio, traditur ex B. E. K. seu ex bonitate potestate, & gloria, tali modo. Illa necesse est distinguui realiter quæ non possunt in suo reali & actuali esse personali, eodē modo quietari realiter; sed persona Spiritus Sancti in casu im-

possibili, quo non procederet à Filio, non posset quietari in sua cōmunicatione & actu voluntatis, quæ habet ad spirationē Patris, per correspondentiā & cōmunicationē realē, quæ habet Filius ad Patrē generātem, nec econtra Filius posset quietari in communicatione quæ habet Spiritus Sanctus per voluntatē ad respirationē Patris: ergo necessario distingueret.

Quoniā litera B. comparata est cu E. vsq; ad K. & non potest amplius comparari secundū istud artificium, quia post E. sequitur F. quod est mediū ad ratiocinandum, ideo modo comparantur B. F. G. quod notamus per principia quæ in eisdē literis continentur, vt quartē ignorat, eius artificium magis aduertat, quia iste est finis noster, & cū in prædictis vltimis tribus literis B. F. G. contineatur, bonitas, sapiētia, & voluntas, per hæc talis efformatur ratio. Illa necesse est distinguui realiter, quæ non ordinatur realiter ad eandem cōmunicationē voluntariā realē & naturalē, cū talis diuersitas necessario demonstreret & trahat secū differētiā realē: sed in casu impossibili, quo Spiritus Sanctus non procederet

cederet à Filio, adhuc non ordinaretur ad eandem communicationem realem voluntariam & appetitivam propriam Filij, quã habet ad terminandam generationem Patris, cum sit propria & naturalis perfectio Filij; ergo. etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio distingueretur ab eodem realiter.

Duodecima ratio, desumitur ex B. F. H. seu ex bonitate sapientia, & virtute, tali modo. Illa necesse est distingui realiter, quã non possunt communicari in eadẽ virtute reali, cum virtus, seu originatio realis alicuius productionis, necessario detegat realẽ distinctionem: sed in casu impossibili, quo Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non posset communicari cum eo in naturali virtute, quam habet ad representandum naturam paternam, secundum modum verbi & sapientiã: nec econtra Filius posset vlllo modo comunicari personaliter, cum virtute & inclinatione quã habet Spiritus Sanctus, ad refluendum eundem impulsus, seu modum productionis, quem habet Pater spi-

rando illum: ergo etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, distingueretur realiter ab eo.

Has duodecim rationes, deduximus ex varijs ipsius B. cum alijs quã sub eo continetur literis, pluresque alias desumpturi si eandem literam per viginti octo comparationes quas habet deducemus, & finita comparatione ipsius B. cum alijs, faceremus comparationem de litera C. cum alijs, deinde de litera D. & sic vsq; ad K. quo pacto ducentas & quinquaginta & duas rationes possemus in confirmationem prædictẽ, supra positã conclusionis adducere, quas omitimus causa brevitatis, demonstraturi, in sequenti questione, quam pro manifestatione doctrinã huius figurã excitabimus, secundum usum quem supra advertimus in explanatione tertiã figurã.

Modo autem adducenda erunt consecutaria, quã ex conclusione supra probata, inferri videntur, per applicationẽ simplicem principiorum artis.

Primum est, quod etiam si Spiritus Sanctus non procederet

deret à filio, adhuc haberet propriam actualitatem personalem, cum qua posset communicari cum filio.

Secundum, etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, haberet extensionẽ, seu communicationem realem ad Patrem spirantem, quam non posset Filius habere sub ratione spirationis passivã, alioquin Filius per eandem productionem, qua produceretur Spiritus Sanctus, emanaret à Patre.

Tertium, etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, consisteret in ratione productiva terminante, diversus realiter à Filio, cum Filius per intellectum, & Spiritus Sanctus per voluntatem procedat.

Quartum, etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, diversam realiter potestatem personaliter præferret, tam ad existendum diversa persona à Filio, quã ad operandum diversa, secundum propriũ attributum talis personã opera.

Quintum, etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, esset in eo instinctus realis

proprius refluendi ad Patre spirationem, per quam producitur, quã non posset esse in Filio, qui non per modum voluntatis, sed per modum intellectus generatur.

Sextum, etiam si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio, esset in ea realis appetitus ad terminandam spirationẽ Patris à qua acciperet esse personale: quam non haberet persona Filij, quẽ per modum intellectus consistit.

Septimum, etiam si persona Spiritus Sancti non procederet à Filio, posideret acceptam à Patre, personalem virtutem, secundum quam non communicat personaliter cũ Filio.

Octauum, etiam si persona Spiritus Sancti, non procederet à Filio haberet propriam terminationem & quietem personalem in gloria communi cum Patre; quam Filius tali modo non posset habere.

Decimum, etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, esset in eo propria differentia personalis, per quam constituitur in esse terriẽ personẽ, quam non posset habere Filius, qui in esse secundã personã,

sonæ, per suam differentiam personalem constituitur.

Vndecimū, etiā si persona Spiritus Sācti nō procederet à Filio, haberet adhuc, cū Patre, talē, realem concordantiā, quam Filius nō potest habere eodē modo.

Duodecimū, etiā si persona Spiritus Sācti nō procederet à Filio, haberet talē realē oppositionē per spirationē patris, quā nō potest Filius realiter, & perfecte habere.

Decimū tertium, etiā si persona Spiritus Sācti, nō procederet à Filio, haberet adhuc, realē respectū ad principiū voluntatis, à quo procedit, quē nō potest eo modo Filius habere.

Decimū quartū, etiā si persona Spiritus Sācti, nō procederet à Filio, haberet mediā relationē realem, per quā ad Patrem referretur, quam Filius tali modo non potest habere.

Decimū quintū, etiā si persona Spiritus Sācti, non procederet à Filio, esset tanquā finis terminās spirationē Patris, quod Filius nequit vllō modo naturaliter esse.

Decimū sextū, etiā si persona Spiritus Sācti nō procederet à Filio, haberet talē pro-

portionē cum Patre per modum voluntatis acceptā, quā tali modo nō posset Filius habere, cum recipiat esse personale per intellectum paternū.

Hęc decē & sex cōfectaria per principia artis deduximus ex anteposita cōclusionē, & quia in Deo ad intra nō reperitur maiōritas, nec minoritas, ideo per hęc non adducimus, alia duo cōfectaria: sat est modo innuere, quodlibet ex positis cōfectarijs, posse per totam quartam figuram, ducentis scilicet & quinquaginta duabus rationibus probari, præter illas quas in quæstione sequenti demonstrabimus, in alio vsu eiusdem quartæ figuræ. Restat modo ad argumenta in principio posita respondere.

Ad primum respōdetur, quod quāuis persona Spiritus Sācti, si nō procederet à Filio, haberet eādē substantiā & cōmunicationem substantialē absolutā, diuinitati conueniētē, cum esset Deus; non tamē haberet (vt visum est supra) eamdem relationē realem ad Patrem, quam habet Filius, nec econtra, quod sufficit ad realem distinctionem.

Ad

Ad secūdum respōdetur, quod quāuis in casu impossibili posset, quod persona Spiritus Sācti non procederet à Filio, haberet infinitatē sicut Filius, non tamē esset in Spiritu Sancto, relatio filiationis realis, quā habet Filius in ordine ad Patrem, nec econtra, quod ostendit diuersitatē realē in personis.

Ad tertium respōdetur, quod sicut modo, nō est aliqua prioritas nature, eternitatis, quæ inter diuinas personas, per quā ipsæ ad inuicē distinguantur, & solum relationes reales, ipsas personas realiter distinguunt, ita in casu impossibili dicto, licet personæ non distinguerentur per prioritates signatas, haberent inter se differentiam realem, per reales relationes in eis existentes.

Ad quartū respōdetur, quod quāuis æqualis esset potestas absoluta, in Filio & persona Spiritus Sācti, in casu proposito, & deficeret ex parte Filij ille mutuus respectus, seu modus spirandi, quo spirat Spiritum Sāctū, esset tamē in eodē Spiritu Sācto respectus realis ad Patrem, & relatio diuersa realis (sicut supra diximus) per quā distingueretur realiter à Filio.

Ad quintū respōdetur, quod quāuis in casu tali impossibili, persona Filij & Spiritus Sācti nō haberēt ordinē & relationē quā habet per processionē vnius personæ ab alia, haberēt tamen ambæ personæ tales relationes in ordine ad Patrem, quod nequirent vllō modo in eis cōmunicari; cum Spiritus Sāctus adhuc, vt diximus referretur ad Patrem per respirationem realē, & Filius per generationē in quibus realibus respectibus non possent vllō modo vniri.

Ad sextū respōdetur, quod quāuis vt supradictū est de potestate, Filius & Spiritus Sāctus vnā & eamdem absolutā voluntatē haberēt, in casu impossibili predicto; esset tamē in eis respectus, seu relatio realis diuersa, vt satis demonstratū est, per quā necessario distinguerentur realiter. Hęc dicta sint de expositione primæ quæstionis per primū vsū, signatum in quarta figura. Modo autē & vt aduertamus secūdū eiusdem quartæ figuræ vsū, qui est per accommodationem & applicationem eorū quæ continentur sub literis, ad quas quæstio mouenda reducitur, talis proponitur disputanda, quæstio satis difficilis & curiosa.

Vtrum

Vtrum locans agrum, sub precio & pensione triū mensurarum tritici, & ab alio tres mensuras tritici ad seminandum recipiens; non producente agro, vltra tres mensuras tritici teneatur prius locator domino agri, quam accomodanti triticum satisfacere.

(2.)

HANC quæstionem, quidam Dominus Cardinalis inter huius seculi graues Iuris peritos, sapientissimus, disoluendam mihi Romæ tradidit, sub tali casu, inclusam. Petrus non habens agrum ad serendum, locauit à Ioanne eum sub annua pensione & precio trium mensurarum tritici, quas cum nec ipse haberet, à Francisco commodatas accepit; vertentē autem anni cursu, ager solas tres mēsuras tritici produxit; quas & Dominus agri, & mutuator tritici petebant; quæritur, cui teneatur prius satisfacere locator, domino agri in quo seminavit tritici, an ei à quo mutuo accepit illud?

Vt quæstionem propositā,

eo ordine quo, reliquas ad demonstrandam methodum, locorum artis tractauimus, in præsentī quoque vt scientiſſice disoluamus, oportebit terminos qui sunt in titulo quæstionis explicare; quod facile fiet considerando, locatorem agri vocari eum, qui sub certo precio recepit agrum colendum; mutuatore vero tritici illum dici, qui alteri triticum seu frumentum accomodauit. Prius autem in præsentī, dicit & prioritatē actionis & tempus prius restitutionis, satisfacere, vero est debitū alteri restituere, & sic quæstio erit, an locator teneatur prius domino agri, an mutuati triticum satisfacere; ac proinde reducendo ad literas quæstio-

nem,

nem, terminum illum an vel vtrum, ad B. applicamus. Locator vero in litera E. quia est homo inuenitur, in qua etiā comodator, & dominus potestatem habens in agro, sicut locator in tritico, propter eandem rationem reperitur. Prius vero denotans, & significans durationem, seu tempus antecedens ad literam D. facile accomodatur; atq; ita tota quæstio hoc modo ad tres literas. B. D. E. in quarta figura reducitur, per quas postea pars tenenda in ea probabitur. Nūc vero pro iure & parte locatoris agri, & pro parte & iure mutuantis triticum, erunt ponenda argumenta, vt vnus cuiusque ius & iustitia magis appareat.

Pro parte mutuantis triticum, tale erit argumentum, illud bonum & commodum, debet quis in agro reddere alicui ex creditoribus suis, à quo magis videtur recepisse; sed clarum est quod triticū nō recepit à locante agrū, sed à mutuante: ergo tenetur illud mutuanti reddere, & nō domino agri.

Secundum argumentum, ille in quo ius circa aliquam rem magis extenditur & ma-

nifestatur, videtur habere maius dominium super eam, cū talis manifestatio, & declaratio arguat, clarius, & magis certum ius & actionem; sed in casu posito magis demonstratur & declaratur ius mutuantis triticum, quam locantis agrū; quia triticum quod producitur est omnino simile tritico quod accomodauit mutuans, & non agro in quo factum est: ergo triticum collectū in agro, reddendū est prius mutuati & non locanti agrū.

Tertiū, quādo res aliqua conseruatur & apparet in aliquo loco in quo antea nō erat, reddenda est ei a quo processit, si habebat super illam aliquod dominium; & non domino loci in quo reperitur, quia dominium primū semper currit cum re, vbiq; inueniatur: sed quādo accomodatur triticū ad serendū, seminatur in agro ad hoc vt illud conseruet, & multiplicet, cū iure & debito pertinente ad mutuare, & nō ad locatorem agri: ergo triticū quod in agro percipitur, dandū & restituendū erit prius mutuanti illud, quā domino agri in quo conseruatur & producitur.

Quartū, illi restituenda est res, qui maiore in ea videtur

F habere.

habere potestatem: sed supra triticū productū in agro, maiorem potest ostendere potestatem mutuans, quā locās agrū, quia cum satū sit eius triticū, non apparet alius fructus, nisi triticū, nec ager producēs solū tres mensuras, aliā utilitatē aut commodum affert: ergo tales tres mensurę tritici, erūt mutuantis illud, & non accommodantis agrum.

Pro parte vero accommodātis & locantis agrū; apponentur etiā alia argumēta. Et primū erit, ad illum dominū ordinatur, & pertinet fructus alicuius terre, qui habet dominū plenū super eam, cū talis terra, aut ager, nō fructificet alij extraneo, sed domino suo, a quo possidetur: sed cum seminat in agro alieno, obligato sub tali precio domino proprio, triticū comodatū; ager domino suo & nō alieno producit, & velut naturaliter videtur, ad eū solū ordinari, & nō ad mutantē, quē nō cognos-

cit dominū sui; immo si cognosceret, repugnaret mutuatī, si vellet ex eo fructum natū colligere: ergo qui accepit triticum, & agrū, a diuersis dominis, tenetur illud de nouo productū, domino agri restituere, & ei prius satisfacere.

Secundū argumētū, illi reddendū est prius triticum, seu frumētū natū in agro; qui magis liberam habet actionem in eo: sed mutuas triticū nullam in agro habet actionem liberam ad colligendū, & percipiendum fructum, qui in eo apparet; supra quem plenam habet, & liberam actionē dominus agri: ergo prius ei erit satisfaciendū de fructo nato in agro quā mutuatī triticum.

Quia hæc duo proxime ante dicta argumenta, videntur magis arguere & demonstrare magis dominū agri supra eius fructum, quā illius, qui triticū mutauit, erit ponenda pro eius parte conclusio quæstionis, quæ talis est.

Qui accipit agrum ab alieno, & triticū mutuatū ab alio recipit, tenetur prius domino agri satisfacere.

Presentem conclusionem, prius per duas, aut tres ra-

tiones, in vsu primo quartæ figuræ iam signato fundatas; con-

cōfirmauimus, vt postea, secūdus vsus qui in explicatione eorum quę sub literis, ad quas quæstio reducitur continentur appareat.

Prima igitur ratio ex B. D. E. seu ex bonitate, duratione, & potestate desūpra, talis est. Illi prius satisfaciendū est, decolletō fructu in agro; qui eidem fructui cōseruationē ad existēdū & agēdū & ad comunicandū se, nō solū secundū generationē, sed secundū sustentationē, & augmentū dedit; sed talis est dominus agri, qui per terrā locatā dedit tritico, seu fructui colligēdo in agro, cōseruationē, & naturalē existētiā; cū triticū mutuatū & seminatū mortuū fuerit & desierit: ergo prius satisfaciendū est domino agri quā mutuatī triticū.

Secūda ratio, ex B. D. F. seu ex bonitate, duratione, & sapientia, educta talis est. Ille nō poterit esse naturaliter, seu iuste dominus alicui⁹ fruct⁹; qui nihil egit ad cōseruationē perfectionis, & instinet⁹ illius: sed mutuas triticū ad serēdum in agro alieno, nihil facit ad cōseruandū perfectiones & instinet⁹, seu cōditiones naturales fruct⁹ colligēdi; cū corruptū, & mortuū fuerit triticū mutua-

tū, quod solū aliud triticū potest producere, & ramē ager sit initium & naturalis causa, vt nascatur fructus, & ad cōseruandū illū, tribuēdo ei nutrimentum per quod sustentetur, crescat, & ad perfectionē deducatur: ergo prius satisfaciendū est ex fructu collecto, domino agri quam mutuantī triticum.

Tertia ratio, ex B. D. G. seu ex bonitate, duratione & voluntate, desumpta, talis est. Ille censendus, & iudicandus est dominus alicuius rei; qui per omne tēpus & durationē eius dē rei, liberā, & voluntariam cōmunicationē & actionē habuit ad eā: sed eam solum habet circa fructū productū in agro dominus agri, qui nascēte fructu crescēte & deducto ad perfectionē, sēper ratione terræ eius in qua existit, dominus est; & liberā habet actionē circa illū, quā solū habuit, ante mutuationē mutuans, & dās triticū ad seminandū, quæ in corruptione tritici peredita fuit; cū re perēpta dominū circa eam pereat: ergo naturaliter dominus agri, erit dominus fructus collecti in eo, ac perinde qui agrum ab illo accepit tenetur eidem satisfacere.

Sed ut secundus usus quare figuræ, appareat oportebit super istâ ultimâ camerâ, de B.D.G. aliquantulum sistere, ut per ea quæ in tali camera continentur, eandem conclusionem confirmemus; quod fiet comparando terminos singulos sub litera prima contentos cum alijs terminis, qui sunt in reliquis duabus literis, semper in ternario numero sumptis; & eodem modo comparando terminos singulos sub secunda litera contentos, cum eis qui sunt in alijs duabus literis, & ita de terminis tertie literæ, in ordine ad terminos aliarum duarum literarum. Ita fiet modo quarta ratio, comparando bonitatem & durationem cum sine, sub litera C. contento. Ille iudicandus est prius, habere actionem super aliquam rem, qui priorē habet communicationem, in conservatione & existētia illius, ordinata & necessaria, ad naturalem perfectionem & finem proprium talis rei: cum per talem priorē communicationem, possessionem quādam priorē inducat super eam: sed dominus agri in quo triticum est seminatum, priorē habuit communicationem, cum fructu existē-

ti in sup agro, & crescenti in eo & ad perfectionem perducto, quam habeat ille qui triticum commodavit ad seminandum, cuius actio externa est fructui, nec tribuit aliquam obligationem accommodanti, cum eius triticum mortuum fuerit, & corruptum dominum: ergo prius satisfaciendum est domino agri quam triticum commodanti.

Quinta ratio, sub eisdem literis B.D.G. sumitur ex bonitate, comparata cum duratione, & qualitate, existente sub G. tali modo. Illi tribuendus est pro prius fructus ex agro perceptus, qui prius in naturali communicatione & existētia fructus, potuit inducere qualitates dominij, seu possessionis, per quas ius in re aliqua adquiritur: sed dominus agri in quo seminatum est commodatum triticum, potest prius inducere qualitates possessionis, & actionis in fructum, cum ager, & ea quæ continentur in eo, illius esse dicatur, cum id non posset dicere, nec affirmare dominus tritici commodati, quia iam perijt eius triticum, & id quod de novo producitur, est aliud individualiter distinctum:

ergo

ergo prius satisfaciendum est de fructu collecto, domino agri.

Sexta ratio desumpta ex eisdem literis B.D.G. fit comparando durationem cum voluntate & bonitate tali modo. Ille censendus & iudicandus est dominus, fructus in agro percepti, qui libertatem habuit conservandi, aut destruendi perfectiones fructus & eius commoda & utilitates tollendi, cum talis libertas dominium iustum arguat, super fructum: sed hoc solum habuit dominus agri, qui dum erat in eo, fructus potuit destruere, aut conservare, re assumpto ad se dominio arrendationis, seu locationis eiusdem, quod non potuit facere commodatarius triticum, qui nec potuit illud quod seminatum est ad se reasumere, cum deperditum fuerit, nec in causa conservante & producente fructum, dominium aliquod habet, nec in eodem fructu, diverso individualiter à frumento commodato, & seminato: ergo domino agri, tanquam dominium super illum habenti, satisfaciendum est prius de fructu percepto in eo.

Septima ratio, deducitur ex eisdem literis B.D.G. seu ex duratione voluntate & differentia tali modo; illi satisfaciendum est prius de fructu percepto in agro, qui videtur prius habuisse voluntatem, & liberum exercitium ad conservandum talem fructum, secundum omnes durationis differentias, per quas fructus recipit esse, augetur & perficitur; sed talem voluntatem, & exercitium, seu iuvamen ad fructum prius habuit dominus agri, qui terram commodavit, quæ in nomine ipsius met domini, & in eius potestate & facultate, fructum producit, auget & perficit: ergo prius dandus erit fructus domino agri, & ei satisfaciendum est prius, quam triticum arrendandum commodanti.

Octava ratio, desumitur ex eisdem literis B.D.G. siue ex duratione voluntate & necessitate, sub regula utrum contenta tali modo, illi prius satisfaciendum est de fructu percepto in agro, qui conservationem ad naturales eiusdem fructus appetitus, tam ad existendum quàm ad agendum, necessaria videtur administrare

F 3 &

& providere; cum talis prior cura, dominium super eandem rem videatur inducere, & demonstrare: sed hoc facit dominus agri, dum in re sua propria, fructum nasci, crescere, & perfici vult, ac per talē voluntatē, terram necessaria fructui ministrare permittit: ergo talis dominus agri, erit habēs ius fructus in agro percepti, ac perinde illi prius est satisfaciendum.

Nona ratio, procedit ex eisdem literis B. D. G. seu ex duratione voluntate, & impossibili sub regula vtrum contento; tali modo. Ille habebit liberam potestatem circa fructum perceptum in agro; qui ad conseruandum & nascendum fructum tribuit causam, sine qua impossibile erat fructum nasci, augeri, & perfici, etiam si f e minatum fuerit antea, aliud triticum: sed hoc facit dominus agri conseruās agrum suum in tali dispositione, vt in eo nascatur fructus augeatur & perficiatur: ergo prius erit illi satisfaciendum de percepto fructu, quam triticum commodanti. Perinde ex possibili & contingēti sub regula vtrum considerandis

poterant aliæ duæ rationes fieri.

Decima ratio desumitur ex eisdem literis B. D. G. seu ex voluntate, bonitate, & duratione; tali modo; ille qui cōmunicauit voluntarie illa, per quæ fructus perficitur, & sustentatur naturaliter, erit illius dominus, ac perinde habebit priorem potestatem super illum: sed hic est qui commodat agrum ad ferendum in quo nascitur & conseruatur fructus, & non qui commodauit triticum, cum illud ante fructum perierit; ergo priori, seu cōmodāti agrū est satisfaciendum in casu dicto prius & non secundo, seu triticum commodanti.

Vndecima ratio, colligitur sub eisdem literis B. D. G. seu ex voluntate, bonitate, & cōtrarietate tali modo; illi pri^o est satisfaciendum de fructu percepto in agro, cuius voluntati percipiendi talem fructū, minus iustitia contradicit, & prohibet: sed hoc minus impedit iustitia domino agri qui fructum tamquam rem suā in hæritate propria, potest recognoscere, quod non potest facere triticum cōmodans

dans, cum illud iam nō appareat, nec fructus in aliqua eius hæritate sit: ergo prius satisfaciendū est domino agri, quā triticum commodanti.

Duodecima ratio, desumitur, ex eisdem literis B. D. G. seu ex voluntate, bonitate & de quo, in prima specie tali modo. Illi prius satisfaciendū est d̄ fructu percepto in agro, qui ei prius voluntarie comunicauit existentiam, & ea quæ ad vitam & sustentationem eius conueniunt: sed hoc prius facit, imo solus agrum a commodans, quam triticum tribuēs, quod moritur & destruitur ante natiuitatem talis fructus, qui in agro apparet: ergo prius erit satisfaciendum domino agri.

In hunc modum procedendo, per cōparationem vnius termini cuiuslibet literæ, ad quam aliqua quæstio reducitur, possunt fieri multæ rationes vt significatum est, præter illas quæ extrahi possunt, per modū multiplicationis quartæ figuræ, vt per has vltimas nouem, quas per talem cōparationem deduximus apparet, & per eas, & alias tres primas quas attulimus cōfirmamus

tur supraposita conclusio; prius scilicet satisfaciendū esse domino agri, de fructu percepto in eo, quam cōmodāti triticum ad seminandum.

Ex prædicta cōclusionione, inferuntur diuersa conseruaria. Primum est, illum esse principalem dominum alicuius rei, qui priorem habuit communicationem cū ea, & cōgruit regulæ iuris, qui prior est tempore, prior est iure.

Secundum est, illius ius & actionem esse maximam, qui maiorem magnitudinem actionum priorum habuit ad rem; seu prius se ad illam per aliquam iustam operationem extendit.

Tertium, illius manifestari maius ius, qui rem producit conseruat, & ad vltimum statum perducit, quam illius qui solum possit aliquem, ex his effectibus, supra rem demonstrare.

Quartū, ille potest rē, tamquam suam iure capere, qui ei vitam, sustentationem, cremētum & perfectionem tribuit: cū tota debeat tali agenti, & in hoc intelligitur, quare fructus cedat solo, seu terræ in qua producitur.

Quintum consecrariū, illū demonstrari verum dominū alicuius rei, ad quam res ipsa prius videtur esse ordinata.

Sextum illius ius, in re magis apparet, cuius voluntati minus contradicit & repugnat operatio libera super eā; quam dominus agri in præfenti videtur habere.

Septimum, illum asseritur semper verum esse dominum alicuius rei, cuius ratione & causalitate, res efficitur conseruatur & ad vltimum statū perducitur.

Octauum, illum verificari dominum verum alicuius rei, qui vere eam per se aut per hereditates, aut res suas produxit, & in lucem edidit, & hic apparet quare filius ex feruo & ferua, diuersorum dominorum, sit domini seruæ: quare etiam equus generatus ab alio equo & equa, diuersorum dominorum: sit proprius domini equæ.

Nonum, illius ius magis aperte demonstrari super aliquare, qui magis super eā, gloriari potest, operatū fuisse, & maiora eidem rei contulisse beneficia, qui in præfenti videtur dominus agri fuisse.

Decimum, illius ius super rem aliquam magis aduertitur, qui secundum plures differentias realitatis suæ videtur magis ab alio recepisse, & in pluribus iuuatam & naturaliter causatam fuisse.

Vndecimum, illi proprie conuenit rei dominium, qui magis cum re habet concordantiam, siue per naturalem communicationem, siue per plures operationes circa eā.

Duodecimum, illi magis contrariari dominium, alicuius rei, qui minora impedimēta ad causandam & conseruandam rem abstulit & remouit, quam ei qui plura & maiora contraria impediuit, ne eandem rem destruerent.

Decimū tertium, illius ius super aliquam rem manifestatur prius, qui eadem re vere & proprie potest manifestare causalitatem propriam realem, quam alter non potest, ita æqualiter demonstrare.

Decimum quartum, illi videtur naturaliter vinculari, res producta: qui medio aliquo naturali suo proprio, videtur eam produxisse.

Decimum quintum, ad illū tam-

tamquam ad dominum, & quasi finem suæ existentia, re productam ordinari, quæ maiores ei perfectiones contulit, & à maioribus imperfectionibus liberavit,

Decimum sextum, illius ius maius in aliquare, reperiri cuius maiores ea potest indicare similitudines domini, tam per operationes naturales, quam per liberas & extraneas, in reproducta demonstrandas.

Decimum septimum, illorū ius non posse ad inuicē equari, qui maiora & nobiliora indiderunt commoda, alicui rei vt existeret, conseruaretur & perficeretur, cum iure eorum, qui minoribus beneficijs & commodis eandem rem iuuarunt, & semper præferendos, & iudicandos esse illos dominos, qui maiora in rem productam, contulisse beneficia inueniuntur.

Decimum octauum, illius ius in aliqua re minus inueniri & apparere naturaliter, ad cuius effectū & existentiam, minor causalitas & concursus demonstratur.

Ex his apparet, quod quāuis ille qui erat obligatus, ad

soluendum tres mensuras tritici, ei à quo accepit agrum, & illi aquo triticum commodatum recepit, ratione crediti & obligationis anterioris scriptæ, & publico instrumento contractæ, possit & debeat prius satisfacere, ei quo triticum sumpsit, tamen si non intercessit instrumentum, cum domino agri, nec cum eo a quo triticum est acceptum, prius debet satisfacere domino agri, propter rationes supra traditas, quam ei a quo triticum commodatum accepit. Contra quam quæstionis decisionem, quia videntur argumenta in principio posita repugnare, erūt suo ordine dissoluenda.

Ad primum respondetur, quod quamuis ille, qui ferit agrum, recipiat triticum accommodante, & fructus agri appareat in tritico simili, ei quod acceptum est ab alio; tamen, quia illud triticum productum, non est idem cum alio, seminato, quod destructum & mortuum fuit: ideo commodans triticum ad seminandum, non potest demonstrare suum dominium, supra triticum productum,

quod demonstrat & manifestat aperte dominus agri, dum rem in qua productus & conferuatus est fructus, suam esse propriam conuincit.

Ad secundum respondetur, quod quamuis triticum quod ex agro colligitur, similius sit tritico comodato, quam agro, non inde infertur reddendum esse fructum collectum ei qui commodauit triticum, cum triticum commodatum deperditum & mortuum fuerit, & circa fructum agri, seu triticum inde perceptum, plures habuerit dominus agri operationes, seu actiones, qui per agrum suum illud produxit, aluit, & ad statum perfectum perduxit, quod nec fecit, nec potuit triticum commodatum.

Ad tertium responderetur, quod argumentum procedit de re propria, & consistente, tunc enim quando res inuenitur consistens, reddenda est domino cuius fuit: quando vero (vt in presenti) non inuenitur eadem res consistere, sed diuersa, vt apparet in fructu agri, qui non est triticum procedens, sed nouus fructus: propterea ad dominum agri in cuius solo & terra radicitur,

& producitur, pertinet; & non ad commodantem triticum, qui nunquam fructum commodauit.

Ad quartum, dicitur eodem modo, quod etsi solum apparet in agro, triticum & non alius fructus, praeter illum, nec ultra tres mensuras accomodatas; tamen quia illae tres mensurae tritici deperditae fuerunt, & mortuae, nec apparere possunt in natura, non potest accomodans triticum demonstrare illud in quo habebat potestatem & ius, ac proinde cum dominus agri, potestate & ius suum demonstrat in fructu realiter producto in suo agro; inde deducitur necessario, eidem esse prius de tali fructu satisfaciendum.

Per haec, soluta & decisa manet quaestio praecedens, satis difficilis & dubia, circa quam vt apparet Theologus & Canonista, casus conscientiae decidentes, iudicare possunt, Legista quoque seu is qui legibus Ciuilibus vacat, potest se intrromitere, ad videndum cui secundum rationem naturalem, debeat fructum in agro repertum per virtutem, & facultatem iustitiae ad iudicare.

Ex quo

Ex quo infertur clarè, & manifestè, hanc artem multum iuuare Theologos, Canonistas, Casuistas, & Legistas, ad veritatem inueniendam, & ad reddendum & restituendum unicuique, id quod ei debetur, satisque manifestatur, quod in casibus indecisus, & non determinatis a iure Canonico, vel Ciuili, habet ars ista possibilitatem & methodum, ad inueniendam & probandam veritatem certam rei, de qua quaeritur, & quod optimum est, quod per istam methodum, multae rationes inueniuntur demonstrantes congruitatem & equitatem, cuiusque Legis Canonicae, vel Ciuilis, & quomodo inter di-

uersas authorum opiniones, possit verior inueniri; in Theologia quoque & in praedictis, & quibuscumque alijs facultatibus, vt apparebit accomodanti, & applicanti principia artis, eomodo quo nos in supraedictis quaestionibus applicauimus, a quorum decisione & determinatione, & ab explicatione methodi quartae figurae, descendimus iam ad tractationem diffinitionum, & explicationem earum, quae in arte ab authore traduntur, quas oportet vt ipse dicit, corde tenus habere, seu nitua cura, memoriae infingere, quia per eas, omnis artis praxis efficitur & demonstratur.

CAPVT DECIMUM QUARTVM, IN QVO traduntur textuales diffinitiones decem & octo principiorum artis, per quas, cupiens artem addiscere, procedere debet.

De diffinitionibus quae est tertia pars.

TEXTVS.

In hac arte, sua principia diffiniuntur: vt per diffinitiones ipsa cognoscantur, & vt ipsis homo utatur, affirmando, aut negando, tali modo quod diffinitiones remaneant illesae; & ceteris talibus conditionibus intellectus facit scientiam, & inuenit media, & frangit ignorantiam quae est sua inimica.

¶ Veritas

- 1 Bonitas est ens, ratione cuius bonum agit bonum, & sic bonum est esse: & malum non esse.
- 2 Magnitudo, est id, ratione cuius, bonitas, duratio, &c. sunt magnæ: ambiens omnes extremitates essendi.
- 3 Duratio, est id, ratione cuius, bonitas, magnitudo, &c. durant.
- 4 Potestas est ens, ratione cuius, bonitas magnitudo possunt existere, & agere.
- 5 Sapientia, est id, ratione cuius, sapiens intelligit.
- 6 Voluntas, est id, ratione cuius, bonitas magnitudo, &c. sunt desiderabiles.
- 7 Virtus, est origo unionis, bonitatis, magnitudinis, & cæterorum principiorum.
- 8 Veritas, est illud quod est verum de bonitate, magnitudine, &c.
- 9 Gloria, est ipsa delectatio; in qua bonitas, magnitudo, &c. quiescunt.
- 10 Differentia, est id, ratione cuius, bonitas, &c. sunt rationes inconfusæ, siue claræ.
- 11 Concordantia, est id, ratione cuius, bonitas, &c. in uno & in pluribus concordant.
- 12 Contrarietas, est quorundam mutua resistencia, propter diversos fines.
- 13 Principium, est id, quod se habet ad omnia, ratione alicuius prioritatis.
- 14 Medium, est subiectum in quo finis influit principio & principium refluit fini; & est sapiens naturam utriusque.
- 15 Finis, est id, in quo principium quiescit.
- 16 Maioritas, est imago, immensitatis, bonitatis, magnitudinis, &c.
- 17 AEqualitas, est subiectum in quo finis concordantiae

dantiae bonitatis, &c. quiescit.

18 Minoritas, est ens circa nihil, quod est proximius nihilo. Diximus de diffinitionibus principiorum, quas oportet scire corde tenus, ignoratis enim diffinitionibus; ars est indocibilis.

EXPOSITIO TEXTVS.

CAPVT DECIMVM QVINTVM, IN QVO diffinitiones artis generaliter explicatur, & quomodo multiplicari, & extendi possint in quolibet proposito aperitur; qua etiam ratione, termini propositi in quaestione per diffinitiones declarari, & multiplicari debeant aduertitur, & quaestione de necessitate artis, & alia morali manifestatur.

Diffinitiones, quæ sunt orationes rei essentiam explicantes, sumuntur a quatuor generibus causarum, aliquando à materia, ut homo est animal corpore erectum; aliquando à forma, ut homo est animal rationale; aliquando à fine, ut homo est animal beatificabile, aliquando à causa efficienti, ut homo est animal creatum à Deo cum participatione diuinitatis. Sic etiam ab actibus, solent aliquando diffinitiones, seu descriptiones desumi, ut alius dicitur Cato Uticensis, alius Censorinus, sed de his modo non loquimur, quia

infra sese offeret occasio. In proposito tamen nostro, generaliter considerandum est, circa omnes diffinitiones, cum termini artis sint transcendentis, & generalissimi; diffinitio, quæ ex eis componitur, semper est generalissima; in qua sumitur aliquid tamquam genus, & aliquid tamquam differentia; ut verbi gratia in diffinitione bonitatis, bonitas est ens ratione cuius, bonum agit bonum; illud nomen ens, supponit pro genere, illa verba ratione cuius bonum agit bonum, supponit pro differentia. Quod item obseruatur pro alijs diffinitioni-

tionibus, ut magnitudo est ens, ratione cuius, magnū agit magnū. Item, duratio est ens ratione cuius, durās facit durable, & ita de reliquis, sumendo formalitates principiorū quæ diffiniuntur.

Proponit tamē author, singulas diffinitiones, cuique principio proprias, per quas diffinit vnumquodq; horum quas oportet memoria tenere. Quæ quidem diffinitiones possunt nō solū simpliciter & singulariter, in vno solo principio fieri, ut patet in artis textu, sed possunt multiplicari, & componi, cū alijs principijs, binatim, triplatum, aut quolibet alio numero maiori fieri. Ut si bonitatē comparemus, cum magnitudine, dicimus, bonitas est quæ cum magnitudine agit bonū magnū; cū duratione bonum durans, & ita de reliquis. Et quod fit & contingit in diffinitione bonitatis, potest in quolibet alio principio cōtingere. Quo pacto multiplicando diffinitiones per plura principia, habetur maior notitia cuiusque diffinitionis, & principij. Quod eo obseruatur, ut intelligamus, melius naturam

cuiusque rei; ea enim per plures diffinitiones explicata, magis intellectui patefiet; & cum possimus rem adlibitū explicare, vel sumarie eam perstringendo, vel eius notitiam ampliando; primum poterit per vnicam, aut duas diffinitiones fieri, secundum vero, per plures, adhibendo omnes diffinitiones, quas author proponit, aut plures alias, componēdo eas modo dicto, per duo tria, aut quatuor principia, qui modus diffiniendi amplior & copiosior inuenitur.

Vnde cum nobis contigit explicare terminos alicuius quæstionis; hoc modo poterimus diffinire subiectum, & prædicatū eiusdem, & hauriemus inde maiorem cognitionem rei, de qua aliquid queritur. Ut si verbi gratia esset quæstio, an philosophia naturalis sit scientia; diffiniremus philosophiam esse communicationem notitiæ rei sensibilis, per bonitatem; esse intellectus extensionem ad totale ens sensibile quod est eius obiectum, per magnitudinem; esse habitum perseuerantem in cognitione rei sensibilis

sibilis, per durationem; esse qualitatem potentem existere in intellectu, & haurire notitiam rei sensibilis, per potentiam; esse lumen ordinatum, ad manifestandum omnes res sensibiles, per sapientiam; & sic fierent per alia principia diffinitiones, attento nomine philosophiæ.

Quod item fieri potest de attributo quæstionis, an sit scientia; ea enim cum sit habitus ex principijs cognitiuus & primis comparatus, deducitur posse diffiniri, per eadem principia. Dicendo esse actum, seu perfectionem intellectus comparatam, per talia principia: esse notitiam integram ex talibus principijs; esse lumen perseuerans in intellectu per talia principia prima & propria scientiæ, & eo modo quo vsi sumus his diffinitionibus circa subiectum, & prædicatum propositæ quæstionis; possumus in qualibet alia occasione uti modo diffiniendi: seruatim regulis, & conditionibus requisitis ad diffiniendum, quas

non licet modo recensere cum passim in communibus authoribus reperiantur, & de hac re in numeri scripserint, breuiter enim hanc partem volumus hac de causa perstringere ut ad alias transeamus. Obseruamus tamen, quod eo modo quo supra hominem, per quatuor causas diffiniuimus: sic quodlibet principium, per materiam, formam, finem, & efficientem causam, in quolibet indiuiduo possumus diffinire, ut si bonitatem frumenti diffiniremus, eā declarabimus; per substantiam triticeam, tamquam à materia, per virtutem vegetatiuam taliter determinatam, tamquam à formali causa, per bonitatem finis, quia ordinatur ad nutritionem hominis, per causam efficientem, à calore operante in frumento ut producat; sic etiam fiet quando de magnitudine, frumenti tractabitur, consideratis in ea quatuor causis, quod in reliquis principijs attenditur: quo pacto in isto indiuiduo, & in quolibet alio causato poterit

poterit intellectus haurire magnam notitiam, & plures diffinitiones conficere, sicut patebit experienti. Vnde ex his liquet quod si diffiniatur bonitas frumēti, per quatuor causas prædictas, idq; possit fieri per magnitudinem, per durationem & reliqua alia principia, fiunt primo intuitu septuaginta duæ diffinitiones, & sic diffinientes bonitatem cum magnitudine fiunt septuaginta & vna deffinitio; si cum magnitudine & duratione, septuaginta; & hoc modo fiunt aliæ, comparando bonitatē cū reliquis principijs, vsq; ad vltimum; & quod dictum est de diffinitione bonitatis frumenti, poterit obseruari in magnitudine eiusdem, in duratione, potestate, & alijs; per quem modum mirabilis notitia cuiusque rei habetur, & quod factum est circa principia positiva, bonitatem, magnitudinem & alia, erit obseruandum in principijs negatiuis, & contrarijs, vt in malitia paruitate, corruptione, & alijs. In his enim quatuor quoque genera causarum poterunt considerari, vt verbi gratia, si tractaretur

de qualitatibus malis alicuius metalli, notaretur malitia ex parte materiæ, ex parte formæ, ex parte causæ efficiētis, & ex parte causæ finalis, & ita fieret in paruitate & alijs.

Obserua præterea, quod quauis diffinitiones in arte tradantur principaliter, vt earum habeatur notitia, & vt principia facilius, ad quodlibet propositum applicentur, earum praxim in hac parte, per duas singulares quæstiones demonstrare volumus; altera erit vtum ars generalis, sit necessaria & utilis profitentibus sciētias; altera vero vtrū homo teneatur existentibus Patre & Filio in vltima necessitate, subuenire prius parenti, an nato? in quarum declaratione vtentur principijs secundū modū quo diffinita sunt & explicata a nobis, & hoc quidē sequēdo ordinē eorū successiue, & singulariter cōsiderata, vel miscendo ea, admodū quo infra in mixtione principiorum declarabitur, quo pacto poterit quilibet in alio quocūq; proposito facere. Prima igitur quæstio talis est.

Vtrum

Vtrum ars generalis sit necessaria, & utilis profitentibus scientias.

QVæstio ista, communiter solet ab omnibus scientiarum professoribus, pro vt ad eorum spectat considerationē, tractari. Sic Logicus de necessitate, & utilitate Logicę, Philosophus quoq; Metaphisicus & alij, de utilitate, & necessitate propriæ eorum scientiæ agunt; nos etiam in præsentī id faciendum esse iudicamus; tum vt appareat huius artis, & doctrinæ veritas; tum etiam vt ad praxim ea quæ diximus, in explicatione diffinitionum reducāmus. Quod vt recte, & methodico ordine fiat, oportet terminos quæstionis declarare, qui sunt. Vtrum, quod possibilitatem rei, in vtramq; partem aduertit; Ars quæ ab arcuādo dicitur, quia scilicet arcuat, & comprahendit, multa, & diuersa præcepta in vnū finem artis tendentia. Generalis, Generale dicitur quod multa suble continet, supra quæ, quandam eminentiā denotat. Sit necessaria, Necessarium vero dicitur, id sine quo res esse nō potest, aut ali-

quid comparari. Vtilis. Vtile dicitur, quod in bonum, & commodum eius qui est utile cedit. Profitentibus; Profitentes sunt, in qualibet professione, & exercitatione versantes. Scientias; Scientiæ dicuntur in præsentī, non solum illę quæ per demonstrationem acquiruntur, sed etiam quæ qualibet alia methodica ordinatione, tradūtur; quo pacto canonica & legalis professio, scientia appellatur.

His cognitīs, reducenda est quæstio ad terminos & literas alphabeti, hoc modo; vtrū, necessaria, & utilis ad literam B. Generalis ad literā C. ars vero & profitentes Scientias ad literā F. & sic erūt tres literæ B. C. F. quæ demonstrant præsentē quæstionē probari, & tractari debere, per methodum quartæ figuræ, tabulæ, & euacuationis quartæ figuræ. Verū quia vt diximus supra, quælibet quæstio potest tractari per omnia loca artis; ideo hanc per methodum signatā in explicatione diffinitionū, volumus simpliciter explanare,

G ad

ad quod faciendū, prius erunt argumenta pro vtraque parte adducenda.

1 Pro parte negatiua, quod non sit utilis & necessaria ars generalis probatur: omnia particularia bona includūt in se ipsis generalia, sub quibus consistunt; sed profitētes particulares scientias, adquirunt particularem notitiā earum, in qua generalis notitia continetur: ergo inutilis est eis cognitio artis generalis, quæ solū d̄ generalib⁹ entibus agit.

2 Secundū argumentū, illa ars nō est necessaria, neq; utilis profitētibus scientias, quæ earū particularē notitiā non exprimit nec aduertit; talis est ars generalis, quæ solum communia, & vniuersalia tractat; nec ad inferiora cognoscēda descendit, in quibus scientiæ particulares versantur: ergo ars generalis nō est necessaria nec utilis profitētibus scientias.

3 Tertium argumentum: si ars generalis esset necessaria, & utilis, profitētibus scientias; ideo maxime esset, quia tales scientiæ particulares sub vna cōmuni possunt cōprehendi & cōseruari, & ab eadē regulari: atq; hoc est impossibile, quia

tunc scita generali arte, & scientia, seu regula vniuersali; omnes scientiæ particulares sciūtur, quod euidenter est impossibile, cum istę habeant propria & specifica obiecta, de quibus nō agit generalis ars; ergo ipsa non est necessaria, nec utilis profitētibus scientias.

1 Pro parte vero affirmatiua, quod sit necessaria & utilis ars generalis probatur sic. Primo, illud est necessariū omnibus profitentibus scientias, quod potest eas corroborare & stabilire: sed ars generalis hoc facit, quia habet principia generalia & cōmunia omnibus scientijs, per quę firman- tur, & stabiliuntur principia scientiarum: ergo est necessaria ars generalis.

2 Secundū argumentum, illud est necessariū omnibus profitētibus scientias, per quod possunt regulari, & dirigi, earum considerationes & notitia: sed hoc efficitur per artē generalē, quæ regulat, & ordinat, attributa, quæstiones, & subiecta particularium scientiarum; non solum pro vt cōsiderantur per secundas notiones, vt in Logica, neq; per primas, vt Methaphisica in materia

materia intelligibili, pro vt abstrahit à sensibili, sed communiter & generaliter in omni proposito. ergo est necessaria ars generalis.

Ex his duobus argumentis, manifeste apparet, partem affirmatiuam quæstionis, esse tenendā; ac proinde deducēda est conclusio, quæ talis est.

Ars generalis, est necessaria & utilis, omnibus profitentibus, scientias.

Quia id quod est necessariū & in aliorū bonū cedit, vtile esse cēsetur; ideo supra dicta quæstio, sub nomine necessitatis exagitur; si enim probatur, rē esse necessariam, vtilem quoq; esse probabitur: atq; ita in præfati, cōclusionē positam sub nomine necessitatis, his argumentis confirmamus.

1 Primum argumentū, desumitur ex principio volūtatis sicut alia quinq; ex præcedentibus quinq; principijs desumpta sunt, hoc modo. Id quod adēptis omnibus scientijs particularibus, adhuc desiderant profitentes eas, est necessariū eisdem; sed adēptis omnibus scientijs in particulari, quilibet desiderat scire cōmunitatē & vniuersalitem entis, & principiorū eius, quod nec Lo-

gica, per solas secundas intentiones procedens, nec Methaphisica sub sola materia intelligibili omnia considerans, generaliter aduertit: ergo est necessaria ars generalis.

2 Secundū argumentum, id est necessarium profitentibus scientias, quod in eis perennem quādam & perpetuā considerationem tribuit; nec loquentes de subiectis particularibus, mutos ac veluti carentes discursu deserit in sua professione: sed hanc perpetuam, & perennem considerationem, tribuit ars generalis, etiam in qualibet scientia particulari, quando attributa specialis scientiæ, subiectum quoque eiusdem, & modos querendi particulares ad communes artes reducit, per quæ dilatat, & ampliat,

quodlibet propositum, & assumptum thema; vñ ex textu & methodo artis constat: ergo ars generalis est necessaria omnibus profitentibus scientias.

3 Tertium argumentum, id est necessarium profitentibus scientias, quod earum veritatem magis euulgat, & manifestat; & id explanat, & scrutatur, quod regulę particulariũ scientiarũ nequeunt per se explicare; sed hoc facit ars generalis, dum subiectũ particularis sciẽtię, ad supremũ & generale, quod ei conuenit in arte reducit; principia quoq; sciẽtię particularis eleuat, per communia gradus, ad comuniã principia artis, & quodam modo specificã considerationem ad genericam artis trahit: ergo est necessaria ars generalis.

4 Quartũ argumentum, id quod facit satiãre appetitum professoris, alicuius particularis sciẽtię, in eiusdem cõsideratione, est necessarium profitenti talem sciẽtiã: sed hoc facit ars generalis, dum omnia quę considerantur in particulari sciẽtia, per regulas generales & modos querendi

cõmunes, diuerfos á tali sciẽtia particulari examinat, & scrutatur; docendo modum componendi diuerfos tractatus & libros, quos talis sciẽtia particularis nõ potest, per suas regulas facere, nec proinde appetitum scientis complere, & ei satisfacere: ergo est necessaria ars generalis.

5 Quintum argumentum, id quod ostendit plures differentias, & conditiones subiecti scibilis, in sciẽtia particulari, & eius proprietates pluribus vijs manifestat, est necessarium profitenti talem sciẽtiã: at qui hoc facit ars generalis, dum tale subiectũ particulare, vsque ad communem, & supremum gradum entis, per scalam nature sublimat, & deducit, & in diuersis gradibus, á particulari sciẽtia remotis diuersimode considerat; manifestando per communia multa, ad quę non possunt principia cognitionis sciẽtię particularis ascendere: ergo est necessaria ars generalis.

6 Sextum argumentum, id est necessarium profitenti aliquam sciẽtiã, quod eius cognitionem, & notitiam

etiam cõiugit & applicat, alijs scientijs, cum vna veritas per aliam magis aduertatur, & manifestetur: sed hoc facit ars generalis, dum sua methodo, & ordine communi, considerationem sciẽtię particularis regulat & ordinat, ad alias sciẽtiã, quas suo particulari proposito applicat, & deferuire facit: ergo est necessaria ars generalis.

7 Septimũ argumentum, id est necessarium profitentibus scientias, quod magis remouet, & tollit ignorantia obiecti scibilis á sciẽtia particulari; sed hoc facit ars generalis, dum applicat generalia principia, regulas & modos querendi generales, ad obiectũ scibile particularis sciẽtię, trahendo & hauriendo ab eo plures notiones, quã possit particularis sciẽtia, intra strictos limites cõsiderationis suorum principiorum specificorum: ergo est necessaria ars generalis.

8 Octauum argumentum, id quod causat in particulari professore alicuius sciẽtię, generalem talem sciẽtię notitiam, & vltra eam ad con-

siderationem eorum quę possunt talem notitiam iuauere, & ampliãre ducit, est necessarium profitenti talẽ sciẽtiã: hoc autem facit ars generalis, dum per regulas generales detegit, non solum amplitudinem cuiusque sciẽtię particularis, & omnes eius cõditiones & proprietates; sed eleuat eandem cognitionem & notitiam sciẽtię particularis, ad considerationem communem, & genericam: ergo est necessaria ars generalis.

9 Nonum argumentum, id quod tribuit diuersa, & plura media ad sciẽdum, profitenti aliquam sciẽtiã, est necessarium eidem: sed hoc facit generalis ars, dum gradus communes entis & superiores obiecto scibili, manifestat; & tradit nouas notiones, per diuersas considerationes locorum artis, tam absolute quam relate, tam simpliciter per vnum principium, aut regulam, quã compositẽ, per plura principia, aut diuersas regulas, vt in arte generali intenditur: ergo est necessaria ars generalis.

10 Decimũ argumentum,

G 3 id.

id quod magis perficit intellectum addiscētis scientiam particularem, est necessarium proficenti eam: sed hoc facit ars generalis, quæ non solum detegit proprietates, & conditiones particulares obiecti scibilis, sed supra considerationem particularis scientiæ aduertit, proprietates generales, & essentielles, priorēs tali obiecto & eius essentialia, & propria attributa; per quæ descendit probando a priori vsque ad particulare propositum: ergo est necessaria ars generalis.

Hæc decem argumenta, linealiter, per progressum principiorum diffinitorum in arte successiue deduximus; ut appareat modus desumendi rationes in tali loco, in quo etiam coniungendo vnum principium cum alio, seu vnā diffinitionē cū alijs comparatam, possumus probare prædictam superiorē conclusionem, ut ex sequentibus duobus argumentis constabit; nam coniungendo maiorem cum æqualitate, tale poterit argumentum efformari.

Id est necessarium, proficenti

ti aliquam scientiam, quod non solum maiorem eius specificam notitiam exprimit, & æquales subiecti conditiones, & proprietates aduertit, sed communes, & genericas secundum propositū & notionem talis scientiæ promittit considerationes: at qui hoc facit ars generalis, aperiendo omnem entis latitudinem, & differentias generales scibiles: ergo ars generalis est necessaria.

Item, comparando æqualitatem cum maiore, talis confurgit ratio; id est necessarium proficenti aliquam scientiam, quod non solum adæquatam eius notitiam, cum suo minori, & specifico obiecto scibili manifestat; sed ultra id notitiam nouam cum adæquato intellectus obiecto, quod est scibile simpliciter repræsentat; dum per comparisonem obiecti particularis scientiæ, ad obiectum generale intellectus diuersæ notitiæ, & cognitiones in scientia particulari multiplicentur: sed hoc facit ars generalis tradens methodum proficentibus scientiis, ut non solum earum par-

particulares proprietates, & conditiones aduertant, sed ad generales considerationes suas, doctrinas & obseruationes trahant, dum per regulas & principia generalia artis procedunt, & per hæc non solum intra limites particularis scientiæ, sed etiā per alias discurrere videantur: ergo est necessaria ars generalis.

Satis ex prædictis; videtur remanere confirmata conclusio de necessitate artis generalis; cuius extensionem qui velit magis explanare, poterit per regulas, & earum species; Vt si verbi gratia dicat, necessariam esse artem generalem proficentibus scientiis ad cognoscendum contingentia, necessaria, possibilis, & impossibilia in qualibet scientia, & facultate; per regulā Vtrum. Totale obiectum, partes eius essentielles; inclinationes, seu proprietates, & actus, per regulam Quid. Primitiua, seu causas & principia scientiæ, & ea quæ ex eis deducuntur, & vltimata in ea, per regulam De quo. Formalitatem, materialitatem, efficientiam, & finalitatem; per

regulam Quare. Continuitatem, & discretionem partium, in obiecto scientiæ, per regulam Quārum. Proprias, & appropriatas qualitates, per regulā Quale; Durationem, localitatem, modum & instrumenta scientiæ, per regulas, Quādo, Vbi, Quomodo, & Cum quo; quarum considerationum ductu, extenditur nimis prædicta conclusio, præcipue, si ad quamlibet formalitatem ex prædictis, quilibet artifex, & professor scientiæ particularis, applicauerit omnes quæstiones, & modos querendi artis, cum principijs; quæ methodus aperit quasi immensam considerationem, cuiuslibet professori scientiarum, quam nos omittimus amplius explanare, causa breuitatis, ut aliqua consecutaria ex cōclusionem proposita per principia deducamus.

I Primum est, artem generalem necessariam esse, ad detegenda & manifestanda multa bona vtilia in qualibet scientia particulari, pro ut detegit non solum quæ in ea sunt, sed attributionem, & comparisonem attributorū scientiæ

particularis cum generalibus principijs.

2 Secundum est, artē generalem necessariam esse ad cognoscendam integram comprehensionem & latitudinem sciētiæ particularis; prout per artem generalem, fit reductio eorum quæ continentur in scientia particulari, ad vniuersalia, & generalia principia scientiarum; vbi videtur in quo desinat consideratio sciētiæ particularis, & incipiat applicatio generalis sciētiæ, seu artis.

3 Tertium, necessariam esse artem generalem ad cognoscendum primos fontes, ex quibus deriuantur veritates in qualibet particulari sciētia; quos necesse est ignorare eum, qui artem generalē ignorat, quæ de communibus principijs scientiarum agit.

4 Quartum, necessariā esse artem generalem ad cognoscendum ea omnia, quæ particularis scientia potest agere, non enim in particulari facultate & sciētia, potest quis videre comparisonem, quam possunt principia talis sciētiæ, habere cum alijs; si nō habeat aliquid commune cum

alijs scientijs.

5 Quintum, necessariam esse artem generalem, ad regulandum intellectum, versantem, circa particularem scientiam, in ordine ad communem notitiam & notionē sciētiæ, ab omnibus sciētijs participatam; per quam omnes scientiæ concatenari, & vniri dicuntur, in quo consistit methodus totius encyclopædiæ scientiarum mirabilis, adiuuandas considerationes, & obseruationes scientiarum specialium.

6 Sextum, necessariam esse artem generalem ad participandam suauem & admirabilem cōcinitatem, quam habet quælibet scientia particularis, cum alia, quam nō possunt apprehendere, nec gustare professores scientiarū particularium, si non habeant cūmune directoriū per quod ducantur, qualis est ars generalis.

7 Septimum, necessariam esse artem generalem scientijs particularibus & profitentibus eas, ad manifestandum omnes virtutes, & vires earū, ad quæ se extendant, & quos fructus ex se ipsis possint producere;

ducere; quos nequit attingere, nec videre potest destitutus arte generali, cum nō possit reducere considerationes particulares, ad generales, propter defectum methodi, & limitationem principiorum particularis sciētiæ.

8 Octauum, necessariam esse artem generalē, ad attingendas & cognoscendas omnes veritates sciētiæ particularis, quæ communiter absconduntur & occluduntur eis, qui nesciunt ultra determinata principia sciētiæ, ascendere ad communia principia, extra talem scientiam; vnde processit communis illa sententia hominum ignorantium generalia principia, & modum discurrendi generalem; contra negantes principia non est arguendum.

9 Nonum confectarium, necessariam esse artem generalem ad hoc, vt particulariū professores scientiarum quiescant in desiderio, & auiditate sciendi, in tali sciētia; non enim qui ignorat artem generalē, potest procedere ultra determinata principia talis sciētiæ, neque habere integram & perfectam notitiam

eorum attributorum, & notionum, quæ tali sciētiæ ultra eius limites & specificam considerationem attribui possunt; quod solum conceditur artificio generali.

10 Decimum, necessariam esse artem generalem ad detegendas omnium rerum differentias; quod maxime conducit profitentibus scientias particulares, quia sic vident aperte, ad quæ possint suam cognitionem referre, & quibus se possint rebus in sua sciētia iuuare.

11 Vndecimum, necessariam esse artem generalem ad cognoscendam harmoniam, & concentum omnium rerū; per quod proficientes scientiarum, aduertūt ea cum quibus concordant, quæ in tali sciētia speciali traduntur: quod non potest capere particularis professor sciētiæ, per notionem & manuuctionem eiusdem, quæ particulare habet obiectum, & principia determinata, quæ non communicat cum alijs scientijs.

12 Duodecimum, necessariam esse artem generalē profitentibus scientias ad hoc vt possint præuidere, & animaduertre

uertere contrarietates, & oppositiones rerum, quæ considerantur intra eandem scientiam, in ordine ad eas quæ in alijs scientijs cognoscuntur, quod non potest facere professor alicuius scientiæ particularis, cum principia talis scientiæ non communicent cum alijs.

13 Decimum tertium, necessariam esse artem generalem profitentibus scientias particulares, ad hoc, ut videant & considerent priora, & generaliora principia, ex quibus deducuntur ea, quæ in scientia particulari considerantur, alioquin non recte poterunt firmari conclusiones talis scientiæ, cum demonstratio fiat ex prioribus, & notioribus causisq; conclusionis.

14 Decimum quartum, necessariam esse artem generalem profitentibus scientias particulares; ad hoc, ut communera media probationis, sumant in quolibet proposito, & consideratione particularis scientiæ; quod non potest efficere professor scientiæ specialis, quia habet solum latitudinē considerationis suæ, intra principia talis scientiæ.

15 Decimum quintum, necessarium, necessaria est ars generalis, ad cognoscendū ultimatum finē, quem ars specialis non potest attingere, & intendere, quod negatur particulari, cū solū finem intra scientiam suam possit intendere, ac proinde eius consideratio debeat intra limites, talis scientiæ terminari.

16 Decimum sextum, necessariam esse artem generalem profitentibus scientias particulares, ad hoc, ut maiorem & expressiorem notiam hauriant, de obiecto particularis scientiæ; cum ars generalis considerationem particularem augeat, & ampliorem reddat, per regulas, & quæstiones generales, ad omnia quæ sunt in mundo applicabiles; quod non potest facere professor scientiæ particularis, cum strictioribus utatur regulis & considerationibus.

17 Decimum septimum, necessariam esse artem generalem profitentibus scientias particulares, ad hoc, ut videant ipsi totalem æqualitatem obiecti scibilis cum intellectu, quam ignorare est neces-

neces-

necesse illum, qui arte generali destituitur.

18 Decimum octauū, necessarium, necessaria est ars generalis profitenti scientiam particularem, ad hoc, ut videat limitatam spheram cognitionis in ea, & respectū, seu comparisonem eorum, quæ in alijs scientijs particularibus addiscuntur; quarum principia particularia cum innituntur, & radicentur, in principijs generalibus ab arte generali consideratis, fit ut artifex generalis, quasi supra speculum omnium scientiarum constitutus, possit aduertere plura, & innumerabilia, quæ latent particularibus professoribus scientiarum; ut ex prædictis confectarijs, & conclusionibus posita, & confirmata constat. Cōtra quam & quodlibet ex confectarijs, seu etiam ampliationibus factis supra; poterant fieri de nouo obiectiones, eo modo quo facta fuere superiora argumenta, quod omittimus causa breuitatis, ne ve præfens quæstio plus debito protrahatur; ad cuius argumenta in principio pro parte negatiua posita, erit modo

respondendum.

Ad primū, dicimus, quod quamuis in notitia particularis scientiæ, generalia consideranda per eam, sint quasi inclusa, & abscondita; non tamen apparent, & manifestantur eis, qui carent arte generali, cum altioris considerationis sint, quam possit particularis scientia per sua determinata principia demonstrare.

Ad secundum respondetur, quod quāuis primo & per se, secundum proprium propositum, & intentionem, ars generalis circa generalia consideranda veretur; habet tamen, ut sæpius diximus, suas regulas & principia quæ facile possunt applicari scientijs particularibus; ad quarum considerationem, per talē methodū potest artifex generalis descendere, & cōmunia particularibus applicare, quo pacto quasi in inmensum, quælibet cōsideratio scientiæ particularis augetur.

Ad tertium respondetur, verum esse omnes scientias particulares, sub vna generali, & vniuersali cōtineri; quæ admodum multa indiuidua & species sub vno genere, seu

seu notione, & re vniuersali, ac proinde à regulis superioris scientiæ, possunt considerationes specialium scientiarum regulari, tamquam à superiori principio; nec inde recte infertur, scita vniuersali scientia, particulares scientias sciri, cū generalis ars seu sciētia, nō consideret primo & perse, &

ex propria ratione talis scientiæ, nisi solum vniuersalia cognoscibilia, non vero particularia, aut specifica, qualia sunt obiecta scientiarum particularium, quæ specialem requirunt indaginem. Et hæc dicta sint de necessitate, & consequenti vtilitate artis generalis.

Quæstio secunda, vtrum homo teneatur, existētibus Patre, & Filio, in vltima necessitate subuenire prius parenti an nato?

NON solum curiosa, sed vtilis admodum & commoda præsens quæstio iudicabitur: quādoquidem in ea res satis difficilis & obligatio filiorum, respectu parentū declarabitur. Pro cuius dilucida explicatione oportet, secundum methodum hactenus seruatam (& infra magis declarandā) terminos quæstionis enodare. Vtrum enim, aduertit responderi posse secundum partem affirmatiuam, aut negatiuam. Homo, significat animal compositū ex anima rationali, & corpore elementato. Teneatur, in præfenti aduertit, obligatum esse secū-

dum rationē iustitiæ, & equitatis, seu per dispositionem legum, ad id quod queritur. Existētibus. Idem notatur per hoc nomen quod constitutis, & positis. Patre, & nato, seu Filio. Pater dicitur principium Filij, & causa eiusdem naturalis seu efficiēs. Filius nat^{us} seu qui fit illius à quo producitur, & originatur à Patre. In vltima necessitate. Necessitas in præfenti, significat statum in quo homo videns, Patrem, & Filium simul pereuntes, & periclitantes; nec tamen potēs vtrique, sed vni solum subuenire, cui eorum prius fauere debeat? idē enim

enim est subuenire quod occurrere, & auxilium ministrare.

Terminis quæstionis, ita summarie & breuiter explicatis, oportet vt eam ad literas alphabeti reducamus. Vtrum enim, & teneatur ad literam B. reducuntur vbi est terminus Vtrum & Iustitia, Homo, Natus & Pater, ad literam E. sub qua est homo referuntur. Vltima necessitas, seu eimēs periculum, sub D. & contrarietate apparet: Et Subuenire, seu auxilium præbere sub B. quia id est bene facere. Prius quoque quia durationem dicit sub D. contineri est necesse; atq; ita tota quæstio sub tribus manifestatur literis B. D. E. quæ licet probari posset, per alphabetū & quatuor prædictas figuras, & omnia loca artis, quæ infra traduntur; solum hic tractabitur per tertiam partem, seu diffinitiones, principiorū artis. Pro cuius praxi in solo vno termino, exemplum diffinitionum aduertere volumus, vt ad normam & exēplar illius, vnusquisque alios terminos eiusdem quæstionis, aut aliarum explanare sciat. Multum

enim refert ad veram & fundamentalem, cuiusq; quæstionis intelligentiam, terminos eius quasi minutatim explicare, & eorum notitiam subiungere, quod fit quādo multipliciter explicantur, per varias diffinitiones; sic nos facimus, in termino subuenire, in quæstione præfenti posito, discurrendo per omnes diffinitiones principiorum hoc modo.

Subuenire, est alicui bene facere & auxilium præbere Per Bonitatem.

Subuenire, est integritatē, & augmentum alicui in bonis internis, aut externis, cum affectu procurare. Per Magnitudinem.

Subuenire, est aliquem à periculo præseruare, & cōseruare, in proprio esse. Per Durationem.

Subuenire. Est addere vires & animum infirmis, & imbecilibus, vt à malo imminenti eruantur. Per Potestatem.

Subuenire, est industriam, & scientiam propriam applicare, ad retrahendum aliquē à periculo. Per Sapientiam.

Subuenire. Est voluntarie alicui occurrere, & eius iustū deservire

desiderium iuuare. Per Voluntatem.

Subuenire; est illos quibus deficiunt vires, corroborare & à defectibus eisdem contrarijs liberare. Per Virtutem

Subuenire; est aliquem firmare in bono, sibi conuenienti, & à malo eidem minitanti eripere. Per Veritatem.

Subuenire; est quietem alicui in possessio bono procurare & cōseruare. Per Gloriam.

Subuenire; est aliquem remouere, & separare à periculo sibi instanti. Per Differentiam.

Subuenire; est aliquem in naturali, & sibi conuenienti pace stabilire, & cum suis conuenientibus vnire. Per Cōcordantiam.

Subuenire, est a contrarijs aliquem defendere & eripere. Per Contrarietatem.

Subuenire; est alicui materiam ad se iuuandum præbere, illum adiuuare, docere, & instruere. Per Principium.

Subuenire, est media illis quibus defunt, ad se defendendum & tuendum ministrare. Per Medium.

Subuenire, est iuxta finem perfectum cuiusq; rei, beneficia impendere. Per Finem.

Subuenire; est aliquem, à superioritate & maiori in qua existit ne cadat, iuuare. Per maioriatem.

Subuenire; est aliquem in æqualitate & debita proportionem sui status, ne periclitetur cōseruare. Per Aequalitatem.

Subuenire; est aliquem ab statu infimo, & minori, ad maiorem sublimare. Per minoritatem.

Eo modo quo prædictum terminum subuenire, explicauimus supra, per diffinitiones & notiones principiorum simpliciter, poterat coniungendo vnum principium cum alio, & vnā diffinitionem cum alia diuersimode explicari, multoque magis ampliari per notiones quæstionum & specierum regularum. Item in ordine & comparatione ad subiecta naturalia & moralia, quod hic non licet causa breuitatis demonstrare.

Modo igitur apponenda sunt pro vtraq; parte quæstionis argumenta, vt veritas eius magis explicetur & elucescat.

Primum; quod homo magis teneatur subuenire filio in necessitate

cessitate vltima existenti, quā proprio patri; probatur per diffinitionem bonitatis, illi debet quis magis benefacere, & subuenire, ex quo maior comunicatio boni potest resultare; sed subueniēdo filio pereunti, resultat maior comunicatio boni, quā si occurratur Patri; cum ex Filio dilatio naturę humanę, magis expectetur; generis etiā cōseruatio amplius possit consistere: ergo magis subueniendum est Filio, quā Patri.

Secundum argumentum, illi tenetur prius quis subuenire, cuius integritas & augmentum magis commendatur: sed vniciq; homini magis cōmendatur integritas, & clementia Filij quā Patris, cum præcipiatur parentibus Filios alere, & in bonis augere & ditare, quod non iubetur fieri circa parentes: ergo pereuntibus Patre, & Filio, tenetur homo prius Filio subuenire.

3 Tertiū argumentum, illud bonum tenetur quis prius & magis cōseruare, quod amplius potest durare; cum bona quę parum durant, quasi pro nihilo habeatur: sed pe-

riclitantibus Patre, & Filio, subueniēdo isti posteriori occurritur & subuenitur bono magis durabili, quod amplius potest in natura durare, & cōseruari: ergo Filio est prius subueniendum.

Pro parte contraria, quod prius teneatur homo subuenire patri quā filio, probatur. Maius vinculum, & potestas magis constringit, & obligat aliquem ad fauendum & subueniendum alteri, quā possit minus vinculum & potestas, obligare: sed pereuntibus simul patre, & filio, maius est vinculum in homine respectu patris, à quo accepit esse & potentiam ad operandum, & subueniendum, quā possit reperiri in filio, à quo homo non accepit istam, nec esse immo ecōtra: ergo prius tenetur homo subuenire patri, quā filio.

Secundum argumentum, omnis effectus magis & prius ordinatur ad suam causam à qua depēdet, quā ad id quod ex illo resultat, sed quilibet homo est effectus proprii parentis, à quo naturaliter originatur, ad quem etiam prius secundū esse ordinatur

natur, ac perinde eidem magis obligatur: ergo prius tenetur homo subuenire Patri periclitati, quam proprio filio. Hæc duo argumenta satis manifeste demōstrant prius sub-

ueniendum esse in extrema necessitate parentibus, quam filiis propriis, quod ut magis appareat, ponenda erit, & confirmanda talis conclusio.

In vltima necessitate, prius subueniendum est Patri, quam Filio.

ISTA conclusio, probatur sequentibus argumētis. Primum, illi debetur prius subuentio, & auxilium, à quo magis voluntaria beneficia, & prima amoris signa recepimus, cum acceptio beneficij obligationem gratitudinis, & recompensationem secum inducat: sed quilibet homo recepit hæc à parente suo & non à Filio, cui potius Filius debet esse, quod habet: ergo pereuntibus Patre, & Filio, tenetur quis parenti prius subuenire.

Secundum argumentum, virtutes naturales, & morales, in illum prius per se inclinantur à quo exierunt potius quàm ad illum à quo nō processerunt: sed virtutes tam naturales quam morales existētes in homine, non processerunt ad eius Filio, sed à Pa-

tre, qui instruxit, & direxit eū ad bonum, & vires omnes cū corpore, & esse naturali communicauit: ergo si aliquod debet homo in tali casu beneficium, & auxilium, illud est impesurus Patri, & non filio.

3. Tertium argumentum, in fauorem illius debet vnusquisq; obfirmari, & operari, à quo verum esse, & reale suscepit, potius quàm ad illū à quo nihil recepit: sed homo quilibet, recepit à parēte suo; esse verum quod habet, per quod potest auxiliari, & succurrere, quod non recepit à Filio: ergo periclitantibus Patre, & Filio, tenetur prius parenti subuenire.

4. Quartum, maior gloria & honor sequitur eum, qui se gratum præbet ei, à quo multa recepit beneficia, & minorem habet excusationem, si negat,

negat quam sequatur subueniēdo illi aquo, aut nulla, aut minora beneficia recepit, in quo magis negando se potest excusare: sed quilibet homo, maiora & æstimabiliora recepit à proprio parēte beneficia; cum per illum habeat esse & omnia quæ possidet quæ à filio, a quo vel nulla, vel parua recepit: ergo tenetur prius Patri quam Filio subuenire.

5. Quintum, plures & maiores differentie obligationum, magis constringunt aliquem ad impendendum beneficium & auxilium, quam pauca & minores: sed quas habet homo in ordine ad parētes, sunt plures & maiores, quam illæ, quas potest habere à Filio; quia a parentibus accepit esse, alimentum & sustentationem, instructionem & doctrinam, quæ omnia nequit simul habere à proprio Filio, a quo non potest produci, nec generari, nec prima alimenta potuit suscipere: ergo periclitantibus Patre, & Filio, tenetur potius subuenire parenti, quàm nato.

Sextum, quod magis concordat & conuenit naturali æquitati & iustitiæ, tenetur

quis facere: sed subuenire parenti, in casu posito conuenit magis æquitati & iustitiæ, cū ei reddat operationem, quam in esse recepro a Patre in virtute, & potentia recepit, nec à Filio potuit habere, a quo non potuit generari, nec talē potentiam, & operationem succurrēdi accipere: ergo tenetur homo, prius parenti quàm Filio subuenire.

7. Septimum, illud prius est faciēdum, quò omissio maiora sequūtur incōuenientia & cōtraria: sed periclitantibus Patre & Filio; maioris inconueniens est nō subuenire Patri, a quo quis est magis obligatus, magisq; in negatione auxiliij contrariatur amori, & charitati; tū etiā rationi, propter ingratitude maiorum beneficiorū receptorum: ergo tenetur homo prius subuenire parenti quàm Filio.

8. Octauum, vbi plures concurrunt causæ & rationes, propter quas quis debeat alteri auxiliari, tenetur ei prius auxilium impendere: sed in homine concurrūt plures causæ ad auxiliandū parenti, à quo recepit corpus, quod operatur in auxilio, & anima

¶ ad tale

ad tale esse corporis communicata est per Deū, vt possit concurrere cum corpore: ergo tenetur prius quis parenti quam filio subuenire.

9 Nonum, ei quis plus & prius vincularur, ad impendendum auxilium a quo maiora, media, & plura, vt esset conseruaretur & operaretur accepit: sed hoc contingit homini magis, ex parte patris a quo esse, conseruationem; & quodam modo omnes suas operationes accepit; quas nō potuit habere à filio: ergo prius debet quis subuenire patři quā filio.

Prædicta superiora argumenta per loca definitionum principiorum linealiter & singulariter desumpta, probant manifeste propositam conclusionem; quā alio solum argumento, volumus comparādo vnum principium, cum alio; finem, scilicet cum maioriāte corroborare, hoc modo. Vbi finis iustitiæ, & debite, gratitudinis maior apparet, est prius auxiliandum, quā vbi minus apparet: sed hoc contingit in periculo patris, vbi videtur naturaliter, quodammodo vindicare, & ad se vocare omnes partes quas filio

dedit in generationē, vt ei subueniat, quas non ita, secundum obligationē debite gratitudinis ad se vocat filius periturus: ergo tenetur quis prius, periclitāti parenti, quā filio subuenire.

Sic poterat conclusio comparatiue per vnum principium cum alio, vel cum pluribus probari; quod modo omittimus causa breuitatis; vt conseruaria aliqua per eundē ordinē, & methodum, omissa modo extensione conclusionis deducamus.

Primum conseruarum, maiora bona debet communicare, quilibet homo parenti periclitanti, quā filio, quia maiora à patre accepit bona.

2 Secundum, maiora signa reuerentiæ & honoris gratitudinis quoque debet, quis parenti, quā filio; quia pluribus vinculis obligationis cōstringitur, patři quā filio.

3 Tertiū cōseruariū, magis teneri aliquē ad cōseruandū & sustentandū proprios patres, & ad impēdēdū eis necessaria; quā ad sustentationē filiorū, licet ad vtrūq; teneatur naturaliter & moraliter, si suppetunt ei diuitiæ, & bona, ad

id

id faciendum.

4 Quartum conseruariū, magis debet vnusquisq; auxilium virium suarum, tam spiritualium quā corporaliū, parentibus quā filiis.

5 Quintum conseruariū, in casu quo parens, & filius inciderent in heresim, aut in aliud enorme vitium, magis, & prius teneri aliquē, ad instruēdū patrem, & liberandū à tali malo, quā ad instructionē & liberationem filij.

6 Sextum conseruariū, maiora amoris signa debere aliquem patri, a quo genitus est, quā filio quem genuit.

7 Septimū cōseruariū, magis teneri aliquē in casu quo periclitetur pater in virtutis possessione, ad procurandū eius remedium, quā si filius proprius periclitetur.

8 Octauū, magis teneri aliquē ad stabiliedū patrē ne cadat spiritualiter, aut corporaliter, quā filium, quia maiores in primo casu currūt obligationes.

9 Nonū cōseruariū, maiore quietē teneri, quis procurare patri viuēti, aut etiā mortuo, quā filio quem ex se genuit, quia maiorum beneficiorum

debitor existit parenti.

10 Decimum conseruariū, deuotiōibus patre & filio à vero sensu & ratione, prius teneri aliquem ad corrigēdum, & adiuuandum humiliter patrem, quā filium.

11 Vndecimum, in casu diuisionis, vel iurgij, & dissensionis, quæ solent contingere aliqui cum patre & filio, prius teneri ad reconciliandū se patri quā filio.

12 Duodecimum, maiore iniuriam fieri Deo, & religioni, si quis odiat & persequatur patrem, quā si odio persequatur filiū, & cū illo cōtēdat.

13 Decimum tertium conseruariū, in causa defensionis à periculo mortis, vel alterius mali, magis, & prius teneri aliquem ad procurandā salutem patris, quā filij.

14 Decimū quartū, maiora media salutis teneri aliquem adhibere, rā in bonis corporalibus quā spiritualibus, in ordine ad patrē illis egentē, quā in ordine ad filium cui hæc eadem fuerint necessaria.

15 Decimum quintum, potiore & nobiliore esse finem subueniendi patri, quā filio, quia pluribus obligatio

H 2 nibus.

nibus satis sit, in priori casu quam in secundo, & maiori bono pereunti occurruntur.

16 Decimum sextum consecrarium, maiorem representationem debiti naturalis apparere, in auxilio prestito parenti, a quo quis recepit esse, quam in eo quod praestatur filio, cui quis communicat esse.

17 Decimum septimum, consecrarium, existente pro utraque parte in filio, & in patre, aequali postulatione, aut prece, potius tenetur in necessarijs correspondere quis proprio parenti, quam filio.

18 Decimum octauum consecrarium, existentibus patre & filio, in humili loco & fortuna: potius tenetur erigere, & sublimare patrem, quam filium, si utrumque non potest simul.

Hæc supradicta consecraria deducta fuere ex notione & virtute conclusionis propositæ, quæ adhuc poterat multiplicari, per comparationem vnius principij cum alio, vel pluribus: quo pacto aduertimus supra posse probari, quam praxim modo omitti-

mus demonstrare, quia nimis esset longa, & discursum quasi in inensum duceret, atque ita iam ad argumenta in principio posita, respondebimus.

Ad primum argumentum responderetur, quod quamuis verum sit, maiorem posse fieri communicationem, & conseruationem generis humani, succurrendo filio quam patri, tamen in presenti non attenditur talis conseruatio & multiplicatio, sed debitum ex iustitia & gratitudine, quod magis se tenet, & resplendet ex parte patris, quam ex parte filij, ob idque sequitur, relicto filio, in tali casu, subueniendum esse parenti.

Ad secundum responderetur, quod quamuis extra casum necessitatis, commendatur homini integritas, & alimentatio filij, quia filius perse, non potest se alimentare & sustentare, pater vero potest: attamen in casu, quo pater, nec filius, non possent se alere, & sustentare, sed vnus ex eis periret, relicto filio succurrendum est patri, vt satis probatum est.

Ad

Ad tertium argumentum responderetur, sicut ad primū; quod quamuis simpliciter & ex parte subiecti, melior sit conseruatio filij, qui naturaliter magis estimatur posse durare quam pater, attamen beneficia maiora recepta à Patre, obligant in casu dicto magis subuenire parenti, cū nulla inueniantur, ex parte Filij, quæ possint æquiparari,

his quæ quis recepit à proprio Patre; vnde manet iam soluta prædicta quæstio & stabilita, subueniendum esse in casu necessitatis, prius parenti, quam Filio. Et hæc dicta sint pro explicatione diffinitionū artis, & earum vsu, & praxi explicandis (breuiori quo potuimus sermone) vt ad explicationem regularum accedamus.

CAPVT DECIMUM SEXTVM, IN QVO
generalis notitia regularum per textum traditur, & idem
qualiter intelligendus sit, aduertitur.

TEXTVS.

De quarta parte, quæ est de regulis.

Regule istius artis, sunt decem quæstiones generales, ad quas reducuntur omnes aliæ quæstiones, quæ fieri possunt. Et sunt istæ Vtrum sit, quid est, de quo est, quare est, quantum est, quale est, quando est, vbi est, quomodo est, & cum quo est, quolibet istarum quæstionum, habet suas species.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN ista parte, agit author de regulis artis, quæ sunt velut quidam indices, per quos veritas inuenitur: procedit enim intellectus per ea tamquam per decem loca, seu Ca-

stella, in quibus informatur, & instruitur, de veritate cuiusque rei. Suntque velut decem specula, in quibus diuersimode entitas, & essentia rerum representatur; vno modo per

H 3 vtrum

Vtrum; alio per quid, & sic de singulis. Cum enim rem cōsiderandam, per ista loca, seu regulas transmittimus, in quo libet loco diuersa notitia rei, comparatur; & intellectus noster ad formandum, diuersos conceptus regulatur; ob idq; apte, regulę vocantur, quia cum his mens nostra, ad inquirendam veritatem regulatur, & artificiose procedit; quia si non haberet regulas per quas dirigeretur, nō posset veritatem inuenire, quam alio modo compræhēdit per regulam vtrum, per modum quæstionis illam percipiendo; alio per alias regulas, per modum interrogationis. Ut siqueratur de homine, alio modo tractamus per regulā vtrum, querendo de illo an sit; queritur alio modo per contando & interrogando quid sit? de quo? quantus? qualis? quando? vbi? quo modo? & cum quo? quia hæc posteriores regulę indicant in-

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM, IN
*quo textualis regulæ Vtrum intelligentia exaratur, & eius
 usus in quolibet proposito, qualiter habendus sit, per aliquas
 necessarias obseruationes manifestatur.*

TEXTVS

tellectui, quomodo se debeat habere interrogando aliquid de homine; & quæstio vtrum quomodo debeat querere de eo, vniuersaliter, siue particulariter, in quolibet proposito.

Dicuntur autem generales quæstiones, quia generaliter querunt, & interrogant de quacumque re. Quælibet autem istarum habet suas species, quæ sunt quædam alia loca subordinata eisdem regulis, seu diuisiones locorum; vt intellectus in illis diuersimode veritatem ipsam inquirat; veluti si quis rem aliquam inquitendo aduertat notitiam eius in diuersis locis; vnde author dixit quod quem admodum vna res posita in diuersis cristallis diuersimode representatur, perinde etiam aliter representatur quælibet res in regula generaliter, aliter in speciebus regulæ, vt patebit per eas discurrendo.

TEXTVS

VTRVM habet tres species; videlicet dubitatuam, affirmatiuam, & negatiuam, vt intellectus in principio supponat vtramque partem esse possibilem, & non liget se in credere, qui naturaliter non est suus actus, sed intelligere; & ita accipiat illam partem cum qua habet intelligere, nam oportet illam esse veram.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRIMA regula artis est Vtrum, per quam inquirimus præcipue, de rei existentia; Vtrum aliquid existat; secundario de rei essentia, vtrum homo sit animal; an scilicet huiusmodi attributum animal cōueniat homini; & quia intellectus noster dupliciter potest procedere, ad inquirendam veritatem: vno modo ex abrruto, & sine aliquo artificio viribus naturæ; alio modo regulatus cum aliqua arte, & rationabiliter procedendo; quia primus modus est hominum insipientium & ignorantium, qui solo ductu naturæ incedunt, & possunt faciliter errare; & docet secundum modum procedendi author in ista arte, & quæ-

stione Vtrum, qui potest appellari sapientialis, quia adquirendam, & possidendam sapientiam & omnium rerum intelligentiam dirigit; & talis modus demonstrat, quod quando sese nobis offert quæstio aliqua disputanda, debemus tria aduertere in ea scilicet dubitationem, affirmationem, aut negationem rei, de qua disputatur. Per dubitationem supponimus, vtramque partem esse possibilem: vt si in prædicto exēplo quereretur de homine an sit animal? supponimus primo possibile esse hominem esse animal, & possibile esse, hominem non esse animal. Quod supponitur ad hoc vt intellectus remaneat liber, & non se liget cum autho-

H. 4 rita-

ritatibus authorum credēdo, sed perse ipsum quærat veritatem, & eā intelligat; qui enim credunt authoribus, & non innituntur principijs rei, ð qua agitur, nequeunt veritatem in rebus creatis intelligere; credere tamen possunt, qui actus credendi est velut secundarius intellectui, per quem non generatur scientia sed opinio, in quo multi laborāt, cum rem disputandam non ex natura rei, sed ex opinione hominum tractant. Author tamen licet in tractandis rebus diuinis, hūcmodū habeat supponendo semper fidem, tamquam primam regulam; in consideratione vero, aliarū rerum naturalium aliter procedit; inquirendo semper ex natura rei, per ea scilicet quæ rei conueniunt, quæ cum non subito sese offerant, & appareant; ea oportet per regulam istam artificiose inquirere. Primū ars documētū intellectui tribuit, vt neque affirmet, neque neget subito id quod inquiritur; sed supponat tamquam possibile, quod in illo famigerato iudicio, de duabus meretricibus postulātibz vnum, & eundem pue-

rum, obseruauit Salomō, cū enim vna earum assereret puerulum viuum suum esse, altera è contrario, tamquam proprium expeteret; dubius & anceps Salomō, quid faciendū foret, cū nullam haberet probationem; recurrit ad nostra principia artis, colligendo illam esse matrem pueri, quæ eius perfectionem, seu bonitatem, magnitudinem seu integritatem, & durationem, seu conseruationem desideraret; vnde iussit sibi gladium afferri, & puerū diuidi iudicabit; quod iudicium cum vna earū approbaret dicendo, vt diuideretur puer, altera reprobareret dicendo, non debere puerum diuidi, sed dari alteri viuum, huic, tamquam matri illum tradidit. Quod itidē est nobis obseruandum in qualibet quæstione & dubio, in quo applicabimus principia nostre artis, siue absoluta, siue respectiua, pro parte affirmatiua, & negatiua. Sed prins reducenda est quæstio ad literas artis; vt in prædicta, & anteposita quæstione, Vtrū homo sit animal apparebit, reducendo ad literas B. D. G. quæ reductio, si termini fue-

runt

runt noti; solet primo fieri, alioquin præcedit explanatio terminorum. Hic reducitur quæstio ad literas supradictas; sub B. enim continetur vtrum; sub E. homo; sub G. animal; quia ibi est sensitiua, propria animalis natura. Taliterq; reducta quæstio secundo expostulat, vt terminos eiusdem explanemus, qui sunt vtrum, homo, & animal. Vtrum enim hic nil aliud est, quam terminus querendi an tale attributum animal, conueniat tali subiecto; homo vero dicitur compositum, ex anima rationali & corpore, animal autē, natura seu id quod habet principium sentiendi. Quas tres declarationes summarias possumus, si oportuerit dilatare per omnes regulas, siue per ea, quæ in regulis continentur, vt si in proposito exemplo de homine, desideramus id experiri, per regulā. Quid, dicemus, esse quid essentialiter compositum, ex rationali natura & sensitiua; per regulam de Quo; esse id quod originatur secundū naturam corpoream à terra, & secundum naturam spiritualem à Deo, per quem eius ani-

macreatur, quod patefiet in alijs regulis, quando de vsu earum agemus, vbi dabitur modus dilatandi considerationem, & hauriendi maiorem noticiam de quolibet subiecto, seu prædicato. Modò autem reducta quæstione ad literas, & explicatis terminis quæstionis, oportet tertium obseruare; suspendere scilicet animum, seu responsonem, ad eam, neque affirmantes, neque negantes, antequam per principia artis veritatem experiamur. Sunt enim hæc principia, velut lidius lapis, quod detegitur an aurum verum sit vel falsum; & principia nostra aduertunt, an affirmandum, vel negandum sit, id quod per quæstionem queritur; quod præcipue inter omnes artes huic nostre conuenit, cū habeat principia generalia, omnibus rebus conuenientia, & connaturalia. Vnde sequitur quarta obseruatio applicanda esse principia, pro vtraque parte; nempe ad eam hominē esse animal, & ad illam hominem non esse animal.

Pro prima, & affirmatiua parte probamus hominem esse animal, per bonitatem

H 5 dicen-

dicendo; id quod quod habet perfectiones naturæ sensitivæ est animal: talis est homo, cum sentiat & habeat potentias naturales, & proprias aliorum animalium: ergo est animal. Per magnitudinē diceremus; omne id quod integratur, & componitur ex partibus animalibus, est animal: talis est homo, quia constat corpore organizato & anima sensitiva, cum potentijs sensitivis: ergo est animal. Idem probamus per durationem dicentes, id cuius natura & essentia conservatur & durat per corpoream & sensitivam naturam, durantes in eo, est animal: talis est homo, qui per naturam sensitivam & corpoream conservatur, & constat: ergo ipse est animal. Et sicut per hæc tria principia, probauimus partem affirmatiuam, poterit per alia principia simplicia, duplicata, triplicata, probari (si libuerit) fat tamen est, hæc innuisse ad demonstrandam methodum. Quam etiam pro parte negatiua aduertemus, applicando eadem principia, dicentes hominem non esse animal; quia id quod non persicitur ex partibus sensitivis

conuenientibus alijs animalibus, non poterit esse animal: sed homo non componitur ex eis; cum non habeat naturalem dispositionem & instinctus aliorum animalium quæ ei videntur ex parte animæ spirituali deficere, aut non esse similes: ergo non est animal. Item per magnitudinem probamus, quia id non est animal, quod non comprehendit omnia essentialia ipsius animalis; sed homo est huiusmodi, in quo non reperitur irrationalitas, propria conditio ipsius animalis: ergo ipse non est animal. Idem facimus per durationem dicentes, si homo esset animal, conservarentur in eo omnes proprietates animalis: sed hæc non conservantur, quia non viget visu, ut Aquila neque auditu, ut Anser, neque olfactu ut Canis, neque gustu, ut Simia, neque tactu ut Aranea: ergo non est animal. Quam partem quoque per reliqua alia principia possemus probare, simpliciter per unum principium, per duo, aut per plura, modo predicto, sed non licet ne considerationem in longum protrahamus.

Præ-

Præsupposita tamen ista ante dicta regula & obseruatione, notatur quinto, eligendam esse partem veriore quaestione, quæ demonstrata fuit per principia applicata, quæ veriora apparent; qualia sunt illa quæ probant hominem esse animal, sicuti Salomon fecit in ante dicto iudicio, in quo applicauit principia ad utramque petitionem mulierum, & inuenit illam esse matrem, quæ bonitatem, magnitudinem, & durationem filij quereret; & illam non esse matrem, quæ hæc in puero non postulare; unde à nobis in proposito talis educitur conclusio.

Homo est animal.

Quæ possumus per alphabetum, per primam figuram, per secundam, per tertiam, per quartam, & diffinitiones probare; ita ut immensam de illa notitiam habeamus; præcipue tamen probanda erit, per cõteta in tribus literis, ad quæ ipsa quaestio reducta fuit; per bonitatem scilicet, per potestatem, & voluntatem, dicendo id est animal, quod habet perfectiones, & potentias appetiti-

uas ipsius animalis; talis est homo, cum naturaliter idem appetat quod animal; bibere scilicet comedere, dormire, & alia: ergo ipse est animal. Et quia sub eisdem literis, continentur differentia, principium & finis; ex eis colligitur ratio, probans eandem veritatem; dicendo id quod habet differentias naturæ sensitivæ cum principijs eiusdem tendentibus ad eundem finem animalis, est animal; talis est homo, in quo reperiuntur differentia sensitivæ, videntur, audiendi, & aliorum sensuum, cum principijs, & organis ad sentiendum idem quod reliqua animalia: ergo homo est animal. Quam conclusionem poterimus, per tabulam (ut infra videbimus) multiplicare plusquam ad duo millia rationum; quod modo omittimus, confidentes nos, talem postea methodum ostenduros. In præsentibus tamen aduertimus, quod ex conclusione deducta, & argumentis probata, poterunt deduci diuersa coniectaria, quæ etiam poterunt probari, & confirmari, nempe hominem esse corpus.

corporeum, esse elementalem, esse vegetativum, & ita de alijs, quæ ex parte subiecti, vel prædicati, poterunt deduci cōsiderationes; & quod fecimus in ista quæstione, brevitatis causa, oportebit in alia quacumque quæstione excitanda observari; vt longa & ampla habeatur de ea notitia.

His quæ supradicta sunt, circa tractationem quæstionis observatis; si vis eam, & quamlibet aliam multiplicare, poteris efficere, considerādo, quatuor modos percontationis, qui possunt considerari in qualibet materia; nempe necesse, possibile, impossibile, & contingens. Vnde nostra quæstio poterit augeri, dicendo; Vtrum homo necesse sit animal? Vtrum possibiliter homo sit animal? Vtrum impossibile sit hominem non esse animal? Vtrum contingens sit, hominem esse animal? & circa quemlibet modum percontandi, poteris applicare omnia supradicta, & observare easdē regulas, quas in principali quæstione; Vtrum homo sit animal, observavimus.

Sed vt hæc methodus quæ-

rendi extendatur, & amplietur ad huc, in quolibet proposito, poteris per modum alphabeti eam tractare, applicādo omnia principia, tam absoluta quam respectiva, ad quæstionem Vtrum homo sit animal; declarando eam magis, & eius cognitionem augmentādo; vt si quæras vtrum homo habeat perfectiones animalis, per bonitatem; Vtrum habeat integritatem animalis, per magnitudinem; Vtrum habeat vitam & cōsistentiam animalis, per durationem; Vtrum habeat potestias animalis, per potestatem; instinctus animalis, per sapientiam; appetitus animalis, per voluntatem, operationes animalis, per virtutem; firmitatem animalis per veritatem; quietem animalis, per gloriam, distinctiones partium animalis, per differentiam; unitatem essentialitatis animalis, per concordantiam; oppositionem qualitatum animalis, per contrarietatem; causas animalis, per principium; media compositiva animalis per medium; conatus & inclinationes ad fines proprios animalis, per finem; similitudinem maiorem animalis, per maioritatem,

con-

concordantiam animalis cum alijs per æqualitatem; & imperfectiones animalis, per minoritatem. Et sicut per principia, simpliciter & regulariter, de vno in aliud procedendo, quæstionem multiplicavimus, poterimus id efficere, duplicando principia, triplicando in eodem alphabeto, sub vno titulo, videlicet Vtrum homo, habeat perfectiones, &

partes integrantes vitam animalis; quod itidem fiet quadruplicando, & quintuplicando, aut alio numero multiplicando principia; per artificium quoque primæ, secundæ, tertiæ, & quartæ figuræ, & diffinitionum traditarum, quod sola experientia poterit fieri manifestum, & quod factum est per regulam Vtrum, potest per quamlibet aliam fieri.

CAPVT DECIMUM OCTAVVM, IN QVO

primo traditur textus explicans secundam regulam quid, & eius quatuor species; deinde detegitur quadruplex eius usus ad diffiniendum res omnes per esse totale, partiale, inclinationes, & actus earum.

TEXTVS.

QUID: habet quatuor species. Prima est diffinitiva, sicut quando queritur, quid est intellectus? & respondendum est, quod ipse est illa potentia, cui proprie competit intelligere. Secunda species est quando queritur, intellectus, quid habet in se essentialiter? & respondendum est, quod habet sua correlativa, scilicet intellectuum, intelligibile, & intelligere, sine quibus esse non potest, esset enim sine ipsis otiosus, & indigens natura, sine & quiete. Tertia species est, quando queritur, quid est ens in alio, sicut quando queritur; quid est intellectus in alio? & respondendum est, quod est bonus intelligens in bonitate, & magnus intellectus in magnitudine, &c. & in Grammatica Grammaticus,

maticus, & in Logica Logicus, in Retorica rethoricus, &c. Quarta species est quando queritur, quid habet ens in alio, ut cum dicitur, quid habet intellectus in alio, respondendum est, quod in scientia intelligere, & in fide credere.

EXPOSITIO TEXTVS.

Regula quid, intendit tradere modum diffiniendi, in quolibet proposito; quæ aduertit per quatuor species in textu designatas; quarum prima, esse totale rei, secunda, partes intrinsecas & essentialis, tertia, habitus & inclinationes, quarta, vero actus rerum indicat; ut intelligamus rem quamcumque; per has quatuor uotiones, posse diffiniri. Aut enim esse totale rei propositæ diffinimus, aut partes eius declaramus, aut inclinationes & habitus, aut actus; Ut si verbi gratia, Deus diffiniendus esset totaliter, aut secundum correlatiua, aut secundum proprietatē, seu attributa, aut secundum actus quos exercet, in quolibet istorum quatuor capitū; utimur principijs artis, diffiniendo per ea, rem propositam; sic, considerando esse totale, seu primam speciem dicimus, Deum

esse summum bonum, esse infinitū ens; esse quid æternum, esse omnipotētiam totalem, sapientiam sine mensura, simplicē volūtatem; virtutē operandi inexhaustibilem; firmā veritatē; gloriam sempiternā, quid differēs ab omnibus infinites; esse vnitatem; esse principium omnium; esse vinculū totius perfectionis; finem perfectum; ens maius omnibus entibus. Quæ principia possunt sumi (ut docuimus supra) binatim, duplatim, triplatum, aut quolibet alio numero maiori, quo pacto diffinitiones multiplicantur & fiūt compositiue.

In exēplo autem quod author tradit de intellectu, respondendo quod ipse est potētia, cui proprie cōpetit intelligere; apparet eadem extēsiō, & multiplicatio, diffinitionū. Sic dicimus intellectū esse potētiam, cui proprie conuenit

coms.

communicare se, ad esse intelligibile, extendere se ad id quod intelligitur, conseruare in se rem intellectā; posse agere circa rem intelligibilē; illuminare phantasmata rei intelligibilis; appetere scientiam; habere virtutem operandi intelligibiliter; posse veritatem querere; quiescere in re intellectā; distinguere inter differētes res; vnire res disinctas media ratione, & ita in alijs principijs procedimus, multiplicando eandem diffinitionē, tā per vnum principium quā per plura, sicut supra dictum est.

Secundario respotest diffiniri, in secunda specie regulæ. Quid, per sua coessentialia, quando scilicet in rebus compositis, diffinimus partes cōponentes, ut si verbi gratia, homo esset diffiniendus hoc modo, aliter diffineretur per animam, aliter per corpus ex quibus cōstat. Quoad animā enim diceremus esse ens spirituale ratione vtens, quod potest vniri naturæ corporeæ; quoad corp⁹ vero diceremus esse ens corporale organizatū cum potentia actuali, anima rationali, & quamlibet

istarum diffinitionum, multiplicarem per principia. Dicēdo pro prima, esse ens quod constat perfectionibus spiritualibus, quæ possunt communicari naturaliter cū corpore organizato: esse ens quod integrat hominē simul cū natura corporea; esse ens quod ex parte sua, dat homini esse æternum; per durationem; esse ens quod tribuit corpori, posse rationabiliter loqui, per potestatē; & sic fierēt diffinitiones in alijs principijs.

Pro secunda vero, considerādo hominem quo ad partē corporeā, diceremus esse perfectionem, quæ potest cū anima rationali componere hominē; esse quid extensum per partes corporeas, per quas potest spiritualiter viuificari ab anima intellectiua, & hoc per magnitudinē; esse ens sensibile, quod potest per aliquod tēpus durare cōiunctū formaliter cū esse spirituali. Et sic per alia principia, quæ applicatur ad exemplum, quod author tradit in secunda specie regulæ, Quid, dicendo intellectum esse id quod habet sua correlatiua, intellectiuium, scilicet intelligibile

bile, & intelligere, sine quibus esse non potest, esset enim sine ipsis otiosus & indigens natura sine & quiete. Possimus enim per eadem multiplicare quodlibet horum correlatiuorum, dicendo intellectiuum per bonitatem esse perfectionem intellectiuam; per magnitudinem esse intellectiuam extensionem; per durationem esse perseverantiam vim intelligendi; esse potentiam actiuam intelligendi; esse instinctum ad intelligendū; esse appetitum ad scientiam; & sic de alijs; & sicut extēsum est primum correlatiuum per ista principia, possunt quoque intelligibile, & intelligere quæ sunt alia duo correlatiua, considerari, extendi, & diffiniri.

Verū quia de correlatiuis, fecit in ista specie author noster mentionem; oportet obseruare correlatiua dici ea quæ adinuicem referuntur, & hoc quidem relatione aliqua intrinseca, aut extrinseca, accidentali, aut substantiali; intrinsece enim relatione substantiali, referuntur materia, & forma, pro vt dicuntur tamquam principia substantialia hominem componere, & partes eius

compositiuæ appellantur; accidentaliter vero referuntur vnum album & aliud, pro vt dicuntur similia; illuminatiuum quoque; externum, referatur hoc modo ad externum illuminabile. Quæ relatiua referuntur & considerantur primo & principaliter in nostris principijs generalibus, in bonitate; bonificatiuitas, bonificabilitas, & bonificatio, & inconcreto bono, bonificatiuum, bonificabile, & bonificare, sine quibus tribus impossibile est, essentialiter bonum consistere. Vnde in primis istis principijs, relucet, & apparet mysterium vnitatis, & trinitatis diuinæ, quemadmodum enim in Deo consideratur, vna diuinitas & tres personæ, quæ adinuicem tamquam correlatiua quædam referuntur, perinde in vnoquoque principio reperitur vnitatis principij, & tria correlatiua eiusdem; vt in vna magnitudine, magnificatiuitas, magnificabilitas, & magnificatio in abstracto; & in vno magno concreto, magnificatiuum, magnificabile, & magnificare, quæ adinuicem referuntur, nec vnum sine alio consistere potest,

potest, esset enim magnum ad magnificandum otiosum, & careret proprio fine; vt author dicit, si non haberet magnificatiuum, aut magnificabile, aut magnificare intrinsece; a quo extrinsecum magnificare procedit. Quod diximus de bonitate; & magnitudine, obseruandum erit in alijs principijs, ex quibus communicatur enti actualitas, & potentia, ad entificandū, quæ sunt, entificatiuum, entificabile, & entificare; quæ communicantur substantiæ creatæ, in ratione suæ existentiæ; vnde procedunt substantiatium substantiabile, & substantiare. Hæc dum tribuuntur corpori in ratione sua, lata, longa, & profunda, efficiunt, corporificatiuum, corporificabile, & corporificare. Quæ adhuc contracta ad esse viuens, per vitā faciunt viuificatiuum, viuificabile; & viuificare. Ipsa ad naturam animalis, per differentiam propriam sensitiuæ reducta; dāt esse sensitiuum sensibile, & sentire. Ista ad hominem per humanitatem contracta, faciunt homificatiuum homificabile, & homificare. Adhuc etiam ad Petrum rela-

ta faciunt petrificatiuum, petrificabile, & petrificare: quæ sunt tria correlatiua Petri, intrinseca, & essentialia ipsius, sine quorū aliquo, nequirer Petrus consistere; & quod diximus de isto indiuiduo potest in quolibet alio considerari. Ex quo patet, quod talia potest artifex noster, facere immensam mentionem, de quolibet indiuiduo creato; considerando principia in ordine ad actum proueniētē, ex tuis, bonificatiuis, magnificatiuis, &c. in ordine ad potentiam procedentem exhibilibus, vt bonificabilibus magnificabilibus, &c. & in ordine ad are quod existit, ex bonificare, &c. applicādo omnia nostra principia ad actū, potentiam & operationem, rei propositæ. Vt si de actualitate Petri esset facienda mentio; consideraretur per omnia actiua principiorum, per entificatiuum entis; per substantiatium substantiæ; per corporificatiuum corporis; per viuificatiuum viuētis; per sensitiuum animalis; per homificatiuum hominis; contracta ad petrificatiuum Petri. Ille enim actus, seu actualitas, petrific-

trificatiuum; scilicet, continet essentialiter omnes superiores gradus, & illi superiores contrahuntur, & determinatur, ab isto inferiori in quo continentur. Et quod dictum est de actualitate Petri, dicendum est, de petrificabilitate, seu potentia passiva Petri, per omnia bilia principiorum; & de petrificare per omnia, are, eorum. Et quod diximus de intrinsicis, & substantialibus correlatiuis; poterit quoque in extrinsicis suo modo considerari; vt in illuminatione lucis in illuminabilic colore, & in illuminatione, seu illuminatione re ab utroque procedente; & in eo quod consideratur in esse composito, & suis partibus componētibus; notatur quoque in potentijs naturalibus, & supernaturalibus rerum. Sicut enim in intellectu consideramus, intellectiuum, intelligibile, & intelligere; ita in potentia generatiua, generatiuum, generabile, & generare; in potentia visiva, visiuum, visibile, & videre; & ita de qualibet alia potentia. Per quem modum philosophamur de rebus subtiliter, & non sumarie, & per trā-

senam, intrādo ad esse intrinsicum rei, & ea quae in ea sunt, intus legendo; hoc enim est intelligere intus leger. Quae sufficiant pro breui cognitione correlatiuorum, necessaria tamen passim auditoribus & lectoribus.

Tertia species regulae Quid; querit diffinitiones rei, in ordine ad extrinsecas inclinationes, seu ad habitus & proprietates rei. Sic dicimus quod intellectus in ordine ad Grammaticam, dicitur grammaticus; in ordine ad Logicam, logicus; in ordine ad militiam, militaris; in ordine ad Geometriam, geometricus; & sic de quolibet habitu, quem intellectus potest acquirere, & per illum operari. Et quod dicitur de potentia intellectiua; potest quoque de memoratiua, & voluatiua intelligi; quia secundum habitum quem habet potentia, potest diffiniri. Vt si voluntatem habemus; possumus describere per principia dicentes: esse potentiam liberam, quae se communicat iustitiae, per bonitatem: potentiam liberam quae se extendit ad iustitiam, per magni-

gnitudinem; potentiam liberam, quae perseuerat in iustitia, per durationem; & ita de alijs principijs. Et sicut philosophamur de potentia in ordine ad habitus; philosophari possumus de potentia in ordine ad inclinationes, seu proprias dispositiones; vt de potentia visiva, quae dicitur potentia quae se communicat rebus, per bonitatem; quae se extendit ad res visibiles, per magnitudinem; quae perseuerat in visione rerum, per durationem; & ita de alijs principijs, per quae extenditur notitia potentiae visivae, & multoties diffinitur, quod in quolibet alio proposito fieri potest.

Quarta species regulae; Quid; diffinit res per actus suos; vt quando queritur, quid est intellectus in alio? respondetur quod in scientia, est intellectiuus, & in fide creditiuus. Quod magis apparet in hoc exemplo: verbi gratia, si diffiniamus, quid agit Deus in mundo? respondebimus, per bonitatem, esse ens, communicans perfectiones mundi, a quo descendit omne bonum; est ens, quod magnificat

& extendit caelos, per magnitudinem; est ens quod sustentat omnia, per suam durationem, & consistentiam; est ens, quod potuit facere omnia, & modo potest ea annihilare, per potentiam; est ens, quod gubernat, & disponit omnia, per suam sapientiam; est ens, quod per suam voluntatem amat bonos, & odit malos; est ens, quod per virtutem suam dat plenam, & propriam operationem, omnibus rebus; est ens, quod per suam veritatem firmat, & stabilizat omnia; est ens, quod per suam gloriam facit iustos gloriosos; est ens, quod deuiciat, & abstrahit homines a malo, per differentiam; quod vnit & trahit ad se per concordantiam; quod repugnat & resistit malis, per oppositionem; quod causat omnia, per principium; quod vinculat & coniungit diuersa, per medium, quod terminat, & perficit desideria, & vota hominum, per finem; quod assimilat magis sibi bonos, per maioritatem; quod facit sibi aequales, & amicos feruos suos fideles, per equalitatem; quod liberat a miserijs, per minoritatem. Et quae-

admodum linealiter procedē do devno principio ad aliud, facimus simplices diffinitiones, circa actus Dei externos, possumus facere duplicatas, vt dicendo Deus est ens bonū magnum, quod tribuit bonitatem & magnitudinem hominibus; sic faciemus triplicatas, & quadruplicatas diffinitiones, pro vt libuerit secun-

dum methodum traditam.

Ex quo iā patet, vsus istius regulæ; esse diffinire omnes res quadrupliciter, per totalitatem earum in prima specie; per partes essentielles & intrinsecas, in secunda; per habitus & inclinationes in tertia; & per actus rerū in quarta; quod in quolibet proposito si per tē puslicuerit poterit obseruari.

CAPVT DECIMVM NONVM, IN QVO
textus regulæ De quo, manifestatur, & eius vsus, ad demonstrandum a posteriori, a priori, & per æquiparantiam aduertitur; omnesq; naturæ generales gradus explicantur; & quomodo per eos theologizandum sit quadrupliciter, ostenditur.

TEXTVS

Regula De quo, habet tres species. Prima est primitiua, sicut quando dicitur intellectus, de quo est? & respondendum est quod de se ipso, eo quia nō deriuatur ab aliquo generali naturaliter. Secunda species est quando queritur specialiter, de quo est ens? sicut quando queritur de quo est intellectus? & respondendum est quod est de sua forma, & sua materia specificis, cum quibus habet intelligere specificū. Tertia species est, quando queritur cuius est ens possessione? sicut quando queritur cuius est intellectus? & respondendum est, quod est hominis, sicut pars sui totius, & equus sui domini.

EXPOSITIO TEXTVS.

Regula ista De quo; generalis est ad querēdū d' omni

bus reb⁹, per modū materialitatis: quamuis enim ista & alia regulæ,

regulæ, possint de qualibet re interrogare & querere; formaliter tamen & secundum suas species, ista videtur referri ad querendam materiam rerum; quia sicut regula Vtrum, querit existentiam; regula Quid formalitatem & essentiam, regula Quare, finē; regula Quā-tum, quātitatem; regula Quale, qualitates rerum; regula Quādo, durationem earum; regula Vbi, locum; regula Quomodo, modum; regula Cum quo, instrumenta; perinde etiam hæc regula De quo proprie inquit de rebus, per modū materialitatis. Habet autem tres species, quarū prima dicitur primitiua, quia per eam prima & vniuersalia attributa cuiusque rei, & eiusdem conditiones primas per omnia genera causarū inquirimus; notando ea quæ non habent dependēciam ab alio in tali genere; sic intellectus primitiue dicitur esse a se ipso, quia non dependet ab alio intellectu eiusdem conditionis, & formalitatis; memoria quoque hominis a se ipsa est primitiua, quia non dependet ab alia memoria; nec voluntas ab alia volunta-

te, tamquam à materia & in suo genere in creaturis.

Secunda species dicitur deriuatiua, quando scilicet querimus, aut interrogamus, vnde aut de quo aliquid resultat & fiat? sic querendo de intellectu de quo sit deriuatiue? responderetur de suis intrinsicis, intellectiuo, intelligibili, & intelligere, tamquam ex actu & potentia, ex quibus resultat intellectus; quod etiam manifestatur, quando querimus de aliquo composito, videlicet de auro, de quo sit deriuatiue? respondemus esse & deriuari ab elementis & à materia auri, seu metallica, à forma, seu aureitate, à quibus tamquam duobus principijs componentibus resultat aurum; hoc idem consideratur in homine cuius compositum deriuatur ab anima rationali & corpore simul coniunctis.

Tertia species dicitur, quādo queritur de aliquo per modū possessionis, sicut quādo queritur cuius est intellectus? & responderetur hominis cuius est intellectus; cuius est equus? & responderetur domini sui cuius est equus; per quam

speciem quæ dicitur possessiua, non solum quæritur, & interrogatur de his, a quibus res possidetur essentialiter, tãquam attributis eiusdẽ rei essentialibus; sed de his quoque quæ accidentaliter possunt eidẽ rei, vere applicari: vt verbi gratia, equus dicitur possideri essentialiter ab animali, quod est eius attributũ essentialiale, & superius, & alb' equus dicitur possideri ab albedine, quia albedo accidentaliter equo attribui potest, & à proprio domino qui supra equũ dominium accidentaliter habet.

Ex quibus deducitur mirabilis methodus, ad demonstrandum, procedẽdo per tres species huius regulæ De quo; incipientes enim ab his, quæ reperiuntur in aliqua re, per modum possessionis; ascẽdemus ad ea quæ reperiuntur in eadẽ re per modum compositionis, seu deriuationis; & ab his ad ea quæ sunt in re per modum primitiuitatis; sic interrogantes, de quo sit Petrus possessiue; vertimus considerationẽ ad attributa eius essentialia, & dicimus illum esse rationalem, quia istud attributũ essentialiter competit per

hominem. Et procedendo vltterius, interrogando de quo sit deriuatiue, aduertimus partes componentes animã, scilicet & corpus, de quibus est; & vltterius interrogando De quo sit primitiue; respondetur esse de animali, de viuẽti, de corpore, de substantia, de ente, & de primis principijs ex quibus ens constat. Nec vltra intellectus progreditur in interrogatione facta, per istã regulam, per modum materialitatis; cum nulla alia entitas reperiatur in homine essentialiter; & hoc modo de tectis gradibus, per quos venatur cognitionem & notitiã Petri, erigimus nobis velut scalam quandam ad demonstrandum ea, quæ sunt in Petro. Possumus hoc modo dupliciter de eo philosophari, aut descendendo de primis attributis, ad infimum gradũ; quomodo dicebat Plato philosophãdũ esse, & hoc est demonstrare propter quid; aut ascendendo ab infimo gradu ad superiorẽ; sicut facit Aristoteles in sua philosophia, demonstrãdo per demonstrationẽ Quare, seu Quia; vt verbi gratia, si priori modo de-

mon-

monstrandi queratur de quo sit Petrus; descendendo dicemus demonstratiue, & propter quid, esse de bonitate; quia ab eo aliquid est, cuius esse comunicatur: sed esse bonitatis comunicatur Petro & facit illum esse perfectum, & bonum, in sua ratione individuali: ergo Petrus est a bonitate. Deinde dicemus Petrum esse ab entitate; quia id est ab alio, à quo formalitas eius comunicatur: sed entitas dat formalitatem Petro, & facit illum ens: ergo Petrus est ab entitate. Deinde dicemus Petrũ esse substantiam, quæ perse subsistit; quia id est ab illo, a quo recepit attributum & esse; sed Petrus recipit esse subsistens per substantiam: ergo est de substantia. Item dicemus Petrum esse corpus, quia id quod attribuitur essentialiter alicui, est velut causa illius: sed corpus attribuitur Petro, quia facit illũ esse corporeũ, latũ, longũ, & profundũ: ergo Petrus est de corpore. Itẽ dicemus Petrũ esse de viuẽti, quia id est de viuẽti quod essentialia ipsius viuẽtis comprehendit:

sed hæc reperiuntur in Petro cum vita, sit ei essentialiale attributum: ergo Petrus est de viuẽti. Item dicemus Petrũ esse de animali; quia id est de animali, quod sicut animal sentit; sed Petrus est huiusmodi: ergo Petrus est de animali. Item dicemus Petrum esse de homine; quia sicut homo formaliter per humanitatem constat; ita etiam Petrus habet propriam formalitatem, seu humanitatem, quamuis indiuiduatam: ergo Petrus est de homine. In hoc vltimo gradu scilicet Petro, consideratur formaliter propria natura Petri, per suas partes essentialiter componentes, ex quibus ipse constat, à quibus deducitur quoque ratio propria de quo sit Petrus; quia id est ab anima, & corpore, quod ex eisdem integratur & perficitur: sed Petrus perficitur, & integratur ab anima rationali, & corpore organico & naturali: ergo Petrus est ab eis. Et sicuti descendendo, per omnes gradus, singularem in vnoquoque reddimus rationem, possumus per modum supra notatum, reddere multipli-

ces, & quasi innumerabiles in quolibet gradu, per omnia principia; singulariter, binatim, triplatum, aut quolibet alio numero maiori sumpta,

Vnde confurgit methodus ad demonstrandum Propter quid, multiplex & admirabilis, numquam finienda in consideratione essentiali, cuiusque individui. A quo iterum ascendendo per modum demonstrationis, Quare & à posteriori; consideramus primo quæ sunt in inferiori gradu; deinde ascendemus per omnes alios inter medios usque ad supremum & primitivum, reddendo totidem rationes, sicut fecimus in demonstratione Propter quid; ut in eodem exemplo proposito de Petro patebit, dicendo illum à posteriori esse de anima & corpore, quia communicat in actionibus animæ, loquendo & intelligendo; in actionibus corporis, occupando locum; ergo est ab eis. Item Petrum esse ab homine, quia habet liberum arbitrium, & communicat, & consiliatur & agit sicut homo libere, cum alijs. ergo est ab homine. Item diceremus esse ab animali, quia id

quod demonstrat, sensationem per diuersas potentias sentiendi, per quas vis sensitiva communicatur est animal: sed hoc reperitur in Petro, qui videt, audit, odoratur, &c: ergo ipse est ab animali. Item diceremus esse viuentem, quia id quod generat, & producit aliud viuens, communicando tale esse est viuens: talis est Petrus: ergo ipse est a viuente. Item diceremus esse de corpore, quia id est de corpore, quod implet locum & facit operationes corporis communicando eandem corpoream naturam: talis est Petrus: ergo Petrus est a corpore. Item diceremus esse a substantia, quia id quod subsistit in se & alia subsistit, est substantia: Petrus est talis, qui non per alium, nisi per se ipsum formaliter subsistit, & subsistit multa accidentia; cum appareat coloratus longus aut paruus: ergo ipse est à substantia. Item diceremus esse ab ente, quia id quod existit in rerum natura est ens: talis est Petrus: ergo ipse est ab ente. Item diceremus esse a bonitate, quia id quod se communicat cum alijs, & tribuit suam propriam naturam

naturam est bonum; talis est Petrus: ergo ipse est à bonitate; & sicut diximus de bonitate possumus dicere esse à magnitudine, quia per eam est magnus, à duratione, quia per eam durat; & sic de reliquis principijs singulariter, vel pluraliter sumptis.

Ex hac doctrina, confurgunt tres obseruationes maxime notandæ. Prima est, quotiescunque se offert occasio dubitandi de aliqua re, per hanc regulam De quo: nos debere illa uti hoc modo; ascendendo ad attributa superiora; de quo est Petrus? & videtur esse de homine; de quo est homo? & apparebit esse de animali; de quo est animal? & notabitur esse de viuente; de quo est viuens? & aduertitur esse de corpore; de quo est corpus? & conspicitur esse de substantia; de quo est substantia? & inuenietur esse de ente; de quo est ens? & videmus esse de bonitate & alijs principijs in eo concretis, per quem modum procederemus, in quolibet alio proposito; querendo semper essentialia rei, de qua queritur. In quo apparet quare Aristoteles dixerit, demonstratio-

tionem propter quid, procedere ex primis notioribus & causis conclusionis, quia attributa superiora essentialia, sunt priora & velut causæ secundorum attributorum, quæ rebus conueniunt essentialiter: in quibus sicut docuimus fieri posse demonstrationem propter quid, descendendo, demonstrando effectum per suam causam, & demonstrationem quare ascendendo, demonstrando causam per suum effectum: ita quoque fieri potest, demonstratio per æquiparantiam, seu æqualitatem, quando demonstrantur plures potentia æquales in eadem existentia; ut ubi est infinita bonitas, est infinitus intellectus; sed in Deo est infinita bonitas; cum sit summum bonum: ergo ibi est infinitus intellectus; secundo, fit demonstratio per æquiparantiam, quando per æqualitatem potentia, demonstratur actus æquales; ut omnis potestas infinita habet actum infinitum, sed Deus est potentia infinita: ergo habet possidere infinitum: tertio quoque fit demonstratio, per æquiparantiam; per æqualitatem actiuam ip-

farum potentiarum seu perfectionum, vt in omni essentia in qua est infinita bonitas & infinitus intellectus, est æqualiter infinite, bonificare, & intelligere: sed in essentia Dei est bonitas, infinita, & intellectus infinitus: ergo in essentia Dei est æqualiter, & infinite bonificare, & intelligere. Qui modus demonstrandi per equiparantiam, potest valere ad demonstrandum in quolibet gradu inuento, per regulam de Quo; vt si philosophemur in homine, & demonstramus, aliquem esse hominē per hanc viā, dicemus; vbi est perfectio rationalis & integritas humanitatis, ibi est homo: sed in esse specifico cuiuscumq; hominis hæc reperiuntur: ergo tale esse specificū est homo. Item secundo modo probaretur hac ratione; omnis integra perfectio hominis, habet actum hominificandi, seu faciendi hominē: sed hoc reperitur in esse specifico eiusdem hominis: ergo tale esse specificū est homo. Tertio quoque probatur in Petro indiuidualiter; quia vbi inuenitur perficere, & magnificare hominē intrinsece, & for-

maliter; ibi quoq; est homo: sed hoc reperitur in esse Petri qui perficitur per animā rationalem: ergo Petrus est homo. Præter quos modos demonstrandi, propter quid, seu quia aut per æquiparantiam, datur alius modus demonstrandi, per similitudinem, quādo scilicet sumimus attributum superius ipso medio, cū quo inferior gradus comparatur; vt verbi gratia, quēadmodū Petrus est animal, ita & homo, quia sicut Petro conuenit essentialiter esse animal, ita conuenit homini. Item quemadmodum Petrus est viuens, ita homo est viuens; quēadmodum Petrus est corpus, ita & homo; & iste modus demonstrandi multiplicatur per principia artis; vt quemadmodum, perfectio, magnitudo, duratio, animalis conueniunt Petro, ita & homini; & hoc per omnia principia singulariter, vel pluraliter, sumpta duplatim, triplatum, aut maiori numero.

Secunda obseruatio est, quod quēadmodū superiores gradus, annotauimus, ab inferioribus contineri, & superiores essentialiter inferioribus conuenire,

uenire, & eos quasi essentialiter possidere; ita quoque per istam regulam De quo, detegitur tota machina naturæ; obseruando naturam rei superioris, continere inferiorē naturam, & eam possidere, velut accidentaliter. Sic ascendendo, figendo pedem considerationis in gradu infimo naturæ; qui est ipsa terra, si queratur a quo, velut accidentaliter possideatur; respondeatur ab aqua; de quo est aqua? & respondeatur de aëre, quia ab eo possidetur; de quo est aër? de igne; ignis de quo est? de cælo Lunæ; cælū, Lunæ, de cælo Mercurij; Mercurius, de cælo Veneris; Venus, de cælo Solis, Sol de cælo Martis, Mars, de cælo Saturni; Saturnus, de cælo stellato; cælū stellatū, est aquæ, seu cristallino; cristallinū, de primo mobili; primū mobile, est cælo empireo; quod quia est supremū corpus; influit in alia prædicta inferiora, & est simplicissimum omnium corporū. Supra quod, considerantes naturam spiritualem, tamquam superiorem omni corpore, in gradu inferiori eius, secundum esse naturale consideratur ani-

mæ, paulo minores Angelis, & sic per eādem regulā De quo, interrogantes & querentes diceremus; quod quæuis per gratiam, ad omnes gradus spirituum, & ultra, possit anima ascendere, vt patet in Christo Domino; tamen naturaliter anima est inferior Angelo, sicque constituit primum gradū in natura spirituali; & querentes de quo, seu a quo possideatur hoc modo anima; dicemus ab Angelo, quia ab eo accidentaliter videtur possideri; Angelus, est de Archangelo; Archangelus, de Principatu; Principatus, de Virtute; Virtus, de potestate; Potestas, de Dominatione; Dominatione, de Throno; Thronus, de Cherubino; Cherubinus de Seraphino; in quo finitur tota natura creata, quæ per gratiam coniungitur Deo tāquam supremo capiti, à quo omnia bona descendunt, & in eo terminatur nostra consideratio per regulā De quo.

Tertia obseruatio, dicimus quod præsupposita prædicta scala, & generali concatenatione rerum, tamquam primo fundamento, detecto per regulam De quo; apparet iux-

ta eandem doctrinam, quadruplex modus theologizandi. Primus est in quo agitur de Deo, & hoc quidem considerando in eo unitatem nature duas processiones, seu emanationes, per modum intellectus, & voluntatis, tres personas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, quatuor relationes reales, Paternitas, scilicet Filiatio, Spiratio, & Processio, ex quibus tertia quæ est spiratio actiua Patris & Filij non constituit personam, præter quas considerantur quinque notiones, per quas diuina persona innotescit, hæ sunt Innascibilitas, Paternitas, Filiatio, Communis spiratio, & processio, ad quas partes tota Theologia de Deo reducitur. In ea possumus inquirere per hanc regulam de quo, dicentes, de quo sit unitas Dei primitiue? an possit ei deriuatio aliqua conuenire? an ab alio talis unitas possit considerari. Et quia in arte reperiuntur principia, quæstiones & subiecta, per hæc possumus de Deo theologizare, dicendo per principia, Deum esse unum summum bonum magnum, æternum, & reliqua; per quæ-

stiones, Vtrum sit vnus Deus? quid sit unitas Dei? de quo sit quare, &c. per subiecta naturalia considerantes principia, omnia theologizamus à posteriori circa alias Dei conditiones dicendo, Angelus est bonus, ergo Deus a quo procedit est bonus. Angelus est magnus: ergo & ille a quo procedit; ita per durationem, & per alia principia. Sic possumus considerando cælum, hominem, & reliqua subiecta, per prædicta principia theologizare; hoc idem facimus per subiecta moralia virtuosa; vt iustitia in homine est bona, magna, &c. ergo idem affirmandum est in Deo. In moralibus quoque subiectis vitiosis, per oppositum theologizamus: vt verbi gratia, quia Deus est infinite bonus, non potest esse auarus, desidiosus, superbus, &c. Et sicut per hæc principia, quæstiones & subiecta, docuimus theologizare de unitate Dei, & alijs eius attributis, poterimus quoque de duabus emanationibus, tribus personis, quatuor relationibus, & quinque notionibus, & de his quæ ad Deum quocumque modo

consi-

consideretur pertinent. Vbi apparet abyssus sciëntiæ, & cognitionis Dei ad intra; quo etiam modo theologizamus de his quæ ad extra fiunt per Deum, tribuendo creationem rerum Patri, recreationem Filio, iustificationem Spiritui Sancto, & glorificationem, & consumationem omnium, omnibus tribus personis, a quibus simul in vna essentia existentibus, omnia ad extra fiunt.

Secundus modus theologizandi est, per considerationem substantiarum spiritualium; nouem scilicet ordinum Angelorum, quæ vocatur cælestis hierarchia, seu Principatus Angelorum, in quo notantur tres hierarchiæ, seu ordinationes, maior, media, & minor; & in qualibet earum tres ordines, representantes quodammodo similitudinem diuinarum trium personarum. In superiori, primus ordo est Seraphinorum, qui velut ardentes, & igneæ substantiæ, propter amorē Dei, existunt, qui ordo tribuitur Patri. Secundus qui est Cherubinorum, seu sapientium Angelorum, & tribuitur Filio: quia est sapiē-

tia. Tertius, qui est thronorum representantium rectitudinē & iustitiam, seu sanctitatem Dei, tribuitur Spiritui Sancto. In secunda Hierarchia, Pater qui est Dominus, representatur, per Dominationes. Filius cui attributa est omnis potestas, aduertitur per potestates. Spiritus Sanctus qui est fons gratiarum, & virtutum, manifestatur per virtutes. In tertia Hierarchia, representatur principatus Patris, per spiritus principales. Filius magni consilij Angelus, per Archangelos, consiliantes & annunciantes bona. Spiritus Sanctus resplendet in Angelis, qui cuncta custodiunt & reducunt ad Deum, pro vt ipse omnia ad eum trahit.

In quibus tribus hierarchijs, & nouem ordinibus, possumus totam artem applicare; vt verbi gratia, si agentes de Seraphinis, disereremus, an sint boni representantes, diuinam bonitatem? an sint magni representantes magnitudinem? an sint durabiles, & in quo representent durationem Dei? & sic per alia principia; ita etiam quærendo, quid sit illa bonitas, in qua repræsentan-

tan

tant Deum; de quo sit, quare, &c. & quod dicimus causa breuitatis de Seraphinis, poterit considerari in Cherubinis, Thronis, Dominationibus, Potestatibus, Virtutibus, Principatibus, Archangelis, & Angelis; semper referentes eorum perfectiones ad Deum, a quo procedunt; in quibus ipse Deus representatur; quo pacto etiam fit immensa Dei consideratio, ascendendo, aut descendendo per scalam spirituum substantiarum.

Tertius modus theologizandi appellatur symbolicus, seu comparatiuus, quando per nomina in rebus inuenta, aut similitudines aliquas in eis apparentes; procedimus ad considerationem diuinarum perfectionum; hoc pacto videndo terram esse, velut fundamentum omnium corporum stabile; dicimus Deum esse terram, seu eternam stabilitatem; notando aquam lauare sordes, & intelligendo Deum lauare per suam misericordiam peccata nostra, dicemus esse aquam; aduertendo aerem, esse causam respirationis, diuinum esse spiritum; considerando ignem calefacere, ea quae frigida sunt, & Deum nostra cor

da calefacere; dicimus esse ignem. Sic scrutando omnes effectus, caelorum, & aliorum corporum materialium; omnes etiam effectus Angelorum; possumus appellare eum diuersis nominibus. Vt in Angelis Custodientibus nos, custodem animarum; in Archangelis consiliantibus, consiliarium magnum; in Principatibus, regentibus & gubernantibus corporea; rectorem animarum; & ita per singulos ordines, & Hierarchias Angelorum. Secundum quorum ordinationem, detegitur admirabilis Ecclesiae nostrae visibilis ordinatio, in Subdiaconibus, Diaconibus, Presbiteris, Abbatibus, Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Cardinalibus, & supremo Pontifice. Qui eo ordine quo, enumerati sunt conueniunt gradibus & ordinibus spirituum creatorum; pro ut per eorum officia, & actus, mentes nostrae diriguntur ad cognoscendum Deum, & ei aliquod nomen tribuitur; quod si ab alijs rebus creatis transfertur in Deum, poterit exprimi, & declarari multipliciter, per principia, & regulas artis. Vt verbi gratia, si dicamus eum esse custodem animae

animae; nomen istud custos extenditur per bonitatem, dicendo, eum esse bonum custodem, magnum, durabilem, potentem, &c. & applicando quaestionem, queritur Vtrum sit bonus, aut magnus custos? quid sit bonitas, aut magnitudo talis custodis? de quo sit quare, &c. & ita fiet in quolibet nomine Dei, siue essentiali, siue personali, siue translato a rebus creatis admirabilis extensio scientifica.

Quartus modus theologizandi est, quando intellectus noster ascendit ad Deum, querendo eum per ab negationem earum perfectionum, quae reperiuntur in creaturis; ut Deus non est terra, sed plus quam terra; non est aqua, sed plus quam aqua; non est aer, sed plus quam aer; & ita ascendit per omnes gradus naturae, negando Deum esse aliquam earum. Quo pacto a contrario speculatiue, etiam procedit per intellectum, dicendo, Deus est terra, aqua, aer, &c. pro ut in istis corporibus, & quibuslibet alijs creaturis, reperiuntur aliquae perfectiones, quae sine aliqua imperfectione sumpta referri possunt

ad Deum, & eius perfectiones, & excellencias detegere. Adhuc modum theologizandi, sequitur alius modus dicitur affectio-nalis, seu affectatorius, per quem voluntas afficitur illis perfectionibus, quas in Deo cognoscit intellectus, quo pacto efficitur contemplatio, extasis, raptus, liquefactio, transformatio, unio, exaltatio, iubilum; quando enim praedicto modo intellectus representat animam, Deum esse custodem sui, ascendit voluntas ad diligendum eum, propter beneficium, sibi illatum, & tunc excedit se ipsam, & quasi auferitur a qualibet alia cogitatione; inde fit raptus quia quasi auferuntur ab alijs inferioribus potentijs operationes, & transit anima in quantum potest ad suum custodem; in cuius amore liquefit, tamquam cera ad praesentiam ignis, sic liquefacta recipiens formam, seu sigillationem omnium diuinarum perfectionum, quae sunt in suo custode, transformatur in eum; & per similitudines impressas ab eo vnitur eidem, & fit quodammodo Deus. Inde procedit exultatio interior, & iubilum, per quod raptam animam in diuinam caliginem gustat

gustat Deum, amplectitur eū tamquam sponsum, & oscula tur; inde gignit varia vota, cogitationes sanctas, & parit verba iusta & operationes virtuosas. Et eo modo, quo dictum est de hoc nomine custode, in Deo potest in quo libet alio nomine considerari; ad quod intelligendum tota ars applicatur, per principia, & regulas, & amando sequitur voluntas, ad quamlibet earum notionū, quæ per tale nomē exprimuntur; quod solum experiēti, cum magno fructu fiet manifestum.

Ex quibus apparet per re-

gulam De quo, in tam longo progressu explicata, fieri posse demonstrationes, scalā quoque ad detegendos gradus essentialis cuiusque rei; modusque manifestatur, quo veluti accidentaliter, tota scala naturæ demonstratur, & per eam aperitur porta, ad philosophandum, seu theologizandum de diuina natura; de Angelis; de corporibus; tam per simbolicam cognitionem speculatiuam, quam per practicam & affectiuam, in ordine ad bonum supremum; quod est Deus a quo, bona cuncta procedunt.

CAPVT VIGESIMUM, IN QVO TEXTVS
regulae Quare traditur, & species eius explicantur; tria quoque exempla circa eam adducuntur; & quo pacto ad omnes quaestiones per Quare factas respondendum sit, aperitur: quomodo etiam quis possit vnum, vel plures libros facere, ex tempore dicere, aut epistolas conscribere, & Theologus in casibus conscientiae respondere, & Iurisperitus in sua professione allegare, seu informare, Rogatus quoque in pace, & miles in bello consiliari, & homo in suo casu, & tempore orare.

TEXTVS.

Quarta regula scilicet, Quare, habet duas species formales, & finalem. Formalis est quando queritur, ens quare est? sicut

sicut quando queritur intellectus quare est? respondendum est, quia est de sua materia & de sua forma specificis, cum quibus habet specificum intelligere, & cum ipsis agit per suam speciem. Secunda species est respectu finis, sicut quando queritur intellectus quare est? & respondendum est, ut sint obiecta intelligibilia, & ut de rebus scientia haberi possit.

EXPOSITIO TEXTVS.

Regula Quare; propriam detegit methodum, ad respondendum in quolibet proposito; idque author innuit per duas species, formalem scilicet & finalem; quasi dicat, quotiescumque aliquis interrogetur per hanc regulam Quare; recurrat ad formam & finem rei, & inueniet solutionem quaestionis, seu interrogationis. Prima regula quaeritur formalis, quaerit de forma rei; ut si dicatur quare Petrus est homo? respondebitur per formam, quia habet animam rationalem, per quam integratur & constituitur in sua natura; quare aurum est rubeum? respondetur, quia constat formaliter & praedominantive forma ignis; quare argentum est album? respondetur quia habet formam praedominantem in natura aquae. Sicque;

in quolibet proposito philosophandum est, per regulam Quare formaliter; cuius responsionem si volueris inmensum, multiplicare, applicabis principia artis nostrae, dicendo, quia habet perfectionem formalem aquae; extensionem formalem aquae; perseverantiam formalem aquae; potestatem formalem praedominantem aquae; & sic de reliquis, binatim, triplatim, duplatim, & maiori numero sumptis principijs.

Secunda species dicitur finalis; quia per eam inquiritur finis rei; & aspicientes in finem, respondemus, sicut quando queritur intellectus, quare est? & respondetur, ut sint obiecta intelligibilia, de quibus haberi possit scientia; si enim non esset intellectus qui illustraret phantasmata rerum,

K. & illu-

& illuminaret obiectum; proprio, & intrinseco lumine nequiret obiectum intelligi; sicut nec colores possent videri a visu, nisi esset extrinsecum & intrinsecum lumen, quibus illuminaretur. Hoc pacto etiã quærendo quare homo sit beatificabilis? respondetur, quia habet finem suum, scilicet ipsum Deum? & quando interrogamur, quare lapis descendat deorsum? & exhalationes tendant sursum? respondetur, quia lapis habet locum inferiorem tamquam finem in quo quiescit, & terminatur motus eius; & exhalationes tendunt sursum, quia calor in eis prædominans, habet locum & finem sursum in sphaera ignis. Quæ responsio & quæcumque aliæ, quæ per hanc speciem fieri possunt; multiplicatur vt supra per principia.

Sed quia prædicta regula quare, videtur omnia quatuor genera causarum amplecti; oportet obseruare, quod quauis author, nõ constituerit species patticulares, de causa efficienti & materiali, in his duabus prædictis includitur; admodum enim earum respondendum est in eis. Sic quãdo

quærinus de materia alicuius rei, respondendum erit, respiciendo ad causam materialẽ; vt verbi gratia, si quis quærat hoc modo; quare domus sit materialiter? respondebitur, quia constat ex lapidibus, lateribus aut terra, taliter dispositis; si quærat, quare homo suo pondere descendat, & cadat deorsum? respondetur, quia constat materia corporea & crassa, seu terrea, per quã inclinatur ad locum inferiorẽ.

Ad quæstiones autem quæ fiunt de causa efficienti; respondetur considerando ipsum efficiens; vt verbi gratia, si quærat, quare castrum aliquod factum sit? respondetur, quia artifex, seu architectus operatus est illud; quare vas factum sit? respondetur quia artifex fecit illud. At vero, quia præter modum quærendi, particularis vnus causæ, aut duarum, potest fieri interrogatio, & quæstio de aliqua re, per omnia quatuor genera causarum; oportet illa in quolibet proposito, seu effectu aduertere. Sic quæretur quare domus sit? respondetur per regulam formalem, quia habet formam quadratam, triangularem, aut

quod

quolibet alio modo dispositam. Per regulam materialẽ, respondemus quia existit, propterea quod in ea sunt parietes, pauimẽta & terra, ex quibus constat. Per regulam finalem, respondetur esse domum, vt homo possit tueri se ab inclementijs, temporis & aeris, & viuere quiete. Per causam efficientem, respondetur esse domum, quia illam construxit aut ædificauit artifex ad habitandum. Et talis modus respondendi per quatuor genera causarum est completus & perfectus, in quolibet subiecto & proposito, considerabilis, tã in his quæ naturaliter, quã in his quæ moraliter, aut super naturaliter fiunt, vt patebit per tria sequentia exẽpla.

Primum exemplum est de frumento; in quo si quis quærat, quare frumentum sit? respondetur formaliter, quia constat sua forma triticea, propria talis naturæ; finaliter vt homo viuat, ad cuius vsum producitur; materialiter, quia coagulatum fuit materia terrea & disposita ad recipiendam formam frumenti; efficiẽter quia calor solis, & influentia cœli, tamquam causæ effi-

cientes, disposuerunt materiam, in ordine ad formam.

Secundum exemplum erit morale; vt si quærat, an actus Davidis, circa interfectionem Gigantis Goliath fuerit fortis? respondetur per causam formalem fuisse fortem, quia modus & forma quibus rem gessit fortitudinem eius demonstrat; per causam finalẽ, respondetur fuisse fortẽ, quia honor Dei illũ excitauit; per causam materialẽ, respondemus, fuisse fortẽ, quia quinque lapidibus & funda, armis abiectis & infimis, op^o grãde cõfecit; per causam vero efficiẽtẽ, respondetur fuisse fortẽ talem actus, quia in virtute Dei, vt ipsemet innuit processit cõtra Gigantẽ.

Tertiũ exẽplũ est circa super naturalia; vt verbi gratia, si quærat, quare homo iustificetur? respondemus per causam formalem, iustificari per gratiã; per causam finalẽ, iustificatur quia ascendit ad finẽ suum supernaturalẽ Deum; per causam materialelem iustificatur, quatenus voluntas in qua recipitur gratia, tamquam accidens in subiecto sic disposita relinquit libere peccata, & mouetur à Deum; per cau-

iam efficiētem, respondemus hominem iustificari, quia a Deo impellitur & mouetur, trahendo eum ad se.

Vnde sicut dedimus exēplum, in his quæstionibus excitatis, per in de poterit fieri responsio, ad quamlibet aliā quæstionem excitandam, aut agitandam; cuius multiplicatio responsionis, fiet modo prædicto per principia artis; obseruando semper, quod si responsio non appareat, per vnum genus causarum, quæraratur per aliud. Si enim quis quæreret, quare Petrus sit albus? aspiciendo ad causam materialē dicimus, quia multo flegmate constat; quare sit niger? quia melancholica dispositione & terrea, coagulatum est eius corpus; quare sit rubeus? quia abundat sanguine; quare sit pallidus? quia prædominatur in eo natura ignea; & mutato modo quærendi responsio quoq; est mutāda.

Ex ista methodo & doctrina, tradita super regulā Quare; consurgunt quædam obseruationes, tam circa speculabilia, quam circa agibilia. Prima est circa speculabilia; quod quotiescumque facien-

das sit tractatus, seu liber de aliqua re; debemus recurrere ad has quatuor causas, tāquā ad fontes, ex quibus deducēda est doctrina; vt si verbi gratia scribendum esset de formica; cōsiderare debemus in ea materiam; formam causam efficientem; & finalem. Materia autē in ea, quia est elementalī, vegetatiua, & sensibilis, circa istam triplicem materiā, deberet, nostra consideratio discurrere, per principia; faciēdo, velut quosdam titulos de communicatione materiæ elementalī in formica, de extensione materiæ elementalī in formica; de duratione materiæ elementalī in formica; de potestate materiæ elementalī in formica; de instinctu materiæ elementalī in formica; de appetitu, de virtute, de veritate, de quiete, de differentijs talis materiæ ab alijs; de concordantia cum alijs, de cōtrarietate, & sic de reliquis; Et in vnoquoq; horū titulorū, possunt excitari quæstiones artis, vt an detur communicatio materiæ elementalī in formica? quid sit talis communicatio; de quo sit quare, & ita de alijs quæstionibus quæ
ita

ita possunt excitari circa extēnsionem materiæ elementalī; Vtrum detur in formica talis extēnsio; quid sit, de quo sit, &c. & ita fiet circa quemlibet titulum propositum, decē quæstiones per istas regulas, & modos quærendi, præter illas quæ per species regularū possunt excitari. Quibus finitis ascendit consideratio ad materiam vegetabilem in formica inuentam, & tunc notat etiam per principia, titulos de materia vegetabili, de cōmunicatione materiæ vegetabilī in formica; de extēnsione, de duratione, de potestate, & alijs principijs; & tunc mouet & agit decē quæstiones circa quemlibet titulum, modo prædicto, aut alias speciales. Et finita ista consideratione, & tractatu, de materia elementalī, ascendit consideratio, ad materiam sensibilem in formica, & eodem ordine tractat de ea, quæmadmodum dictum est in præcedentibus duobus tractatibus; fientque tres principales tractatus, seu libri de materia formicæ; quibus finitis fiunt totidem tractatus, seu libri de forma formicæ; aliter enim considera-

tur forma elementalī in formica; aliter forma vegetatiua, qua conuenit cum plāris; aliter forma sensitua, qua cōcordat cum alijs animalibus. Secundum quos tres gradus formæ, constituuntur tres gradus materiæ supradicti, de materia elementalī, vegetabilī, & sensitua. Hoc modo, tractādo de forma elementalī in formica; applicamus principia ad faciendos titulos; vt de cōmunicatione, seu actu formæ elementalī in formica; de extensione, de duratione, de potestate, de instinctu, & ita de alijs, norando decē modos quærendi, in quolibet titulo. Sic fiunt tituli, & quæstiones, de forma vegetabilī in formica, & de forma sensibili in formica, ex quibus resultant tres alij libri; hoc pacto quærimus in causa finali, interrogādo de fine formicæ, aliū enim habet finem, vt est elementalī; alium vt est vegetabilī; alium vt est sensibilī; circa quos tres gradus finis tripliciter quoq; poterunt principia, ad quæstiones applicari, quærendo modo supra notato. Circa autē causam efficientem, poterunt quoq; tres tra-

status, seu libri fieri; alia est enim efficientia virtutis elementalium in formica; alia virtutis uegetabilis; & alia virtutis sensitiuæ; & eo modo, quo datum est exemplum in formica, poterit in quolibet alio subiecto fieri, detectis in eo gradibus naturæ, per regulam de quo, supra explicatam.

Secunda obseruatio, quando sese offert occasio dicendi ex tempore, de aliquo subiecto, naturali aut morali; recurrimus quoque per istam regulam, ad quatuor causas rei, de qua agitur; & per ordinem de eis loquentes, incipimus a materiali, & ascendimus ad formalem; inde recurrimus ad finalem; & tandem ad causam efficientem. Vt si verbi gratia, agendum esset de fortitudine, diffinita ea, ageremus de materia fortitudinis; circa quam fortitudo exercetur, quales sunt timores & audacia, circa ea quæ agenda sunt per fortitudinem, per quam quis mediocriter timet & audet; in his enim duobus fortitudo consistit, quæ dicitur periculorum con-

siderata susceptio, & laborum perpessio. Vnde secundum hæc posset tractari, de bonitate timoris recti, de magnitudine timoris recti, de duratione, de potestate, de ordine, & ita de alijs. Hoc idem agendum esset circa audaciam; quia alia est audacia bona, alia mala, & sic tractaretur de bonitate audaciæ, de magnitudine, de duratione, de potestate, & ita de alijs; quærentes per regulas, Vtrum detur bona audacia? & quid sit talis audacia? Vtrum sit bonus timor? & quid sit talis bonus timor? & dilataretur consideratio ab vno principio in aliud. Vt si ageremus prius de bonitate timoris; secundo loqueremur de magnitudine; tertio de duratione. Et in quolibet horum possumus aduertere progressum alphabeti, & quatuor figuras, duplicando, triplicando principia; quo modo fieret ingens consideratio de timore, qui versatur circa pericula; & eodem modo fieret de audacia discursus; quæ sunt veluti materia fortitudinis. Inde progredemur ad causam formalem forti-

fortitudinis; quæ est moderata firmitas inter timorem, & audaciam; in qua procederemus per principia dicendo, esse bonam, magnam, perseuerantem, potentem, prudentem, amabilem, virtuosam, veram, gloriosam, deuiantem a malo, concordantem cum bono, contrariam pusillanimitati, causam multorum bonorum, medium ad gloriam, finem hominis virtuosum, maiorem aut æqualem alijs virtutibus, & recedentem a minoritate. Circa quas considerationes, possemus quærare, per regulas in quolibet istarum perfectionum. Vtrum talis firmitas, & ratio formalis fortitudinis sit bona? quid sit bonitas talis firmitatis? de quo sit, quare sit, quanta sit, qualis sit, quando sit vbi sit, quo modo sit, & cū quo sit, & ita in magnitudine & alijs principijs; quo pacto fieret discursus circa causam formalem fortitudinis. Inde procederemus ad causam finalem quæ est opus virtutis arduum, vel honor præmium eiusdem; & postea tractarem de causis

efficientibus fortitudinem, & de bonitate magnitudinis, duratione, & potestate earum, eodem ordine & modo, quem designauimus circa causam materiale, & formalem. Et facto discursu, circa omnes causas fortitudinis, agemus de ipsa fortitudine, vel in esse totali, vel partiali, vel in ordine ad inclinationem, & actus suos; sicut innuimus in regula Quid. Et tunc procedimus per eadem principia & regulas, agendo scilicet de bonitate, magnitudine, duratione, potestate, & alijs principijs, & in vnoquoque inquirimus per decentes modos quærendi, & species quæstionum, quæ in regulis assignantur.

Tertia obseruatio; per eandem methodum potest quis epistolam recte & ordinate conscribere, notando scilicet causam finalem, seu rationem, quare mouetur ad scribendum; causam materiale, de quibus rebus debeat scribere; causam formalem, quo scilicet stilo; quia aliter scribendum est inferiori, aliter equali, aliter, superiori, præ-

ter hæc etiam consideratur causa efficiens, scilicet quis scripturus sit; causas autem finales, aut materiales, & similia, seu formam scribendi; poterimus per principia artis dilatare, & extendere; & si libeat interrogationes, aut dubitationes per modum regularum excitare, quæ solum indigent experientia.

Quarta observatio, per hunc modum, & methodum traditam; potest quoque Theologus in casibus conscientie determinare, & diffinire verum; ut si verbi gratia, queratur ab eo, an votum factum a puero octonario nondum habente plenum usum libertatis, validum sit; recurrendo ad hæc quatuor genera causarum, apparet, quod quamvis respectu finis, votum ingrediendi religionem bonum fuerit; respectu tamen causæ formalis, quia ibi non fuit plenus consensus, & deliberatus, taliter, quod possit iudicari actus humanus, non fuit votum, & si factum, fuerit de materia licita; tamen quia causa efficiens votum, puer scilicet erat in potestate patris; poterit à patre irritari, quia nullum fuit

respectu causæ formalis ex defectu consensus; & quod in isto casu conscientie determinatur, per has causas, poterit quoque de validitate matrimonij, aut de quolibet alio casu iudicari. Et sic per principia artis declaratur, & confirmatur iudicium factum, esse rectum, quia scilicet non fuit bonus consensus plene, magnus, durans, potens, sapiens, voluntarius, virtuosus, verus, & ita de alijs. Quo pacto excitari possunt, & dissolvi questiones, in qualibet responsione, seu ratione; per quem modum multiplicatur, & confirmatur responsio facta.

Quinta observatio; per istam methodum poterit Iurisperitus, ad casus quoslibet expectantes ad Iurisprudentiam respondere; ut si queratur ab eo, an Clericus possit puniri a iudice seculari. Recurrendo ad prædictas quatuor causas inueniet, respiciendo ad materialem; quod, cum Clericus sit altioris ordinis, & alterius potestatis supremæ, non potest inferior, qualis est Iudex secularis, exercere iurisdictionem supra eum; quemadmodum nec corpora inferiora influe-

re pos-

re possunt in superiora. Et sic respiciendo ad causam formalem, respondere quoque potest; non esse in iudice laico, seu seculari, iurisdictionem, seu facultatem iustitiæ, ad puniendum Clericum; quia non est in eo iurisdictionis spiritualis, requisita supra personam spirituales. Itidem respiciendo ad causam finalem, quare scilicet distributæ sint a Deo iurisdictiones Ecclesiasticæ, & seculares, ad conservandum statum Ecclesiasticum in suo ordine; & secularem in eo, quem debet tenere; inueniuntur rationes ad probandum, non fieri posse talem punitionem de iure; nec iudicem secularem esse causam efficientem legitimam, talis punitionis. Et prædictæ rationes, augentur per artem, considerando principia; ut verbi gratia, in prima ratione, quam reddidimus, per causam materialem; quod sit altioris ordinis Clericus; & Iudex secularis inferioris ordinis; ideo dicitur quod non potest fieri tale iudicium, nec punitio, quia minus perfectus iudicaret de perfecto; parvus de magno, minus privilegiatus, de

magis privilegiato; qui est minoris virtutis in operando, de eo qui habet maiorem virtutem ad operandum; minus firmus & verus, de magis firmo & vero; minus honoratus, de magis honorato; & ita iudicium perverteretur. Et secundum prædictas responsiones & alias, quæ possunt fieri, per principia, singulariter, binarium, triplatum, aut alio numero maiori sumpta; excitari possunt quæstiones, ad confirmandas eas, in quolibet genere causarum ex quatuor, quæ annotantur. Vbi apparet amplissimus campus profitentibus Iurisprudentiam; ad allegandum, (ut ipsi dicunt) seu ad respondendum pro iustitia in quolibet proposito.

Sexta observatio, quando se offert occasio, consiliandi in republica, aut in alio negotio, pro eius utilitate, & quiete; an aliquid factum sit recte & utiliter, aut an faciendum sit; tunc recurrendum est, ad prædictas causas, materialem, formalem, finalem, & efficientem, eius rei, quæ facta est, vel facienda est, & per eas inquirimus; an utiliter & honeste res facta fuerit, aut facienda

crit. Ut si verbi gratia, in aliqua ciuitate magna, quæ ratur, an propter eius amplitudinem & nobilitatem, seu excellentiam, quam habet respectu aliorum oppidorum, sibi subiacentium; possit ultra tributum impositum in signum subiectionis, aliud de nouo imponi; grauando populos & subditos ciuitati obediens. Tunc aduertendum est, conflictum debere fieri modo prædicto, respiciendo ad legem diuinam, naturalem & humanam; si enim aliqua earum repugnat tali facto, impositio fieri non potest. Nec si talis impositio honorem, aut utilitatem subditorum non concernat, facienda est. Quod si verba aliqua legis, aut statutorum ciuitatis, fuerint ambigua, interpretari debent, in ordine ad causam finalem; conseruationis reipublicæ, & gloriam & honorem Dei in ea stabilienda. Et ea notata, recurrendum est, ad tres alias causas, scilicet materialē, efficientē, & formale, ad iudicandū de quauis re. Quod probatur per principia artis in causa materiali;

quia subditi non debent priuari bonis suis sine causa iusta, & illis utili, aut honorifica; nec debent parui fieri; & debent sustentari, & manuteneri, in possessione sua; nec potestas eorum & facultas, debet sine ratione minui; & quod dictum est per hæc principia potest per alia confirmari. Idem considerabimus in causa formali, seu modo imponendi tributum; nam si fiat inuillipendium honoris Dei, aut subditorum; non debet fieri ut patet per eadem principia. Item considerata causa efficiēti aduertemus, non esse potestatem in ciuibus, aut principibus ciuitatis; ad imponenda talia tributa; quia eorum operatio est iniusta, imprudens, mala, parua, corrupta, impotens, inordinata, crudelis, vitiosa, & ita de alijs. Idem quoque considerandum in causa finali, quæ est pax & conseruatio reipublicæ, & eorum quæ eidem deseruiunt, aut coniuncta sunt; quia tunc sine bonitate, sine magnitudine, sine conserua-

tionē

tionē, sine potestate, sine ordine, sine libertate, sine virtute, & veritate iustitiæ, non posset conseruari; vnde si tributum fuerit impositum, aut imponendum, per hæc quæ annotauimus, iudicari poterit; & quod dictum est in isto casu, potest in quolibet alio aduertiti. Quo pacto vel modo habent methodum ciues, & milites, ad iudicandum; an inferendum sit bellum; aliquid ciuitati vel Regno; quia tunc debent considerari in causa materiali, materialia requisita, qualia sunt, cibi tormenta, equi & arma; quæ si defuerint, nequit bene fieri bellum. Item debet considerari in causa formali modus faciendi, seu inferendi bellum; in quo notatur, quod si defuerit oportunitas loci, aut temporis, scientia quoque instruendi exercitum, non debet committi prælium. In causa autem efficiēti considerandi sunt milites; qui debent esse idonei, robusti, experti, & docti, in commitrendo prælio. In causa vero finali, considerandus est si;

nis Principis, qui bellum infert; an sit bonus, magnus, durans, potens, sapiens, amabilis, iustus seu virtuosus, verus, gloriosus, & in honorem Dei, & reipublicæ; in qua præest; qua via innumera alia negotia particularia expediri & tractari poterunt.

Septima obseruatio, prædictis utilior est; circa orationem faciendam, seu ad fundendas preces Deo, considerandas fore, prædictas quatuor causas; & in primis finalem, Deum scilicet, quem in oculis mentis debet semper orans habere; & hunc bonum, infinitum, æternum, omnipotentem; sapientem, amabilem, virtuosum, verum, gloriosum & ita de alijs. Ad quem orantis intentio dirigenda est per magnas communicationes potentiarum animæ; per extensionem desideriorum; per perseuerantiam in oratione; per operationem bonam potentiarum; per ordinationem earum ad Deum; per affectus, & impulsus; per virtutes & veritates morales, quærendo;

hono-

honorem, & gloriam Dei, seu pacem in eo, quæ superat omnem sensum. Item considerata causa efficiens, debet se ipsum notare orans, an sit bonus, magnus, perseverans, potens, sapienter ordinatus, amabilis a Deo, virtuosus & verus servus eius; quas & alias condiciones debet orans in se ipso inquirere, per causam efficientem. Per causam vero formalem debet advertere, sex esse modos orandi. Primus dicitur oratio, quæ est elevatio mentis in Deum. Secundus est petitio, seu postulatio, quando petitur a Deo res determinata; ut quod tribuat nobis salutem. Tertius modus est supplicatio, quando non res determinata petitur; ut cum petimus a Deo adiuvari. Quartus est vel dicitur instantio, quando miseras nostras, aut infirmitates, Deo representamus; sicut fecerunt Maria Magdalena, & Martha; quando Christo Domino scripserunt (Ioannis undecimo) Ecce quem amas infirmatur. Quintus modus orandi est ad iuratio divinæ sanctitatis, cum dicimus, per tuam sanctam bonitatem; da nobis per-

fectiones; per tuam sanctam infinitatem; da nobis magnitudinem virtutis; per tuam sanctam eternitatem; da nobis perseverantiam in bono, & ita de alijs. Sextus modus est, re cognitio impensæ muneris, quæ vocatur gratiarum actio; quando pro acceptis beneficijs, orans gratias agit Deo, ut potiora mereatur accipere; dicendo, gratias ago bonitati tuæ; quia dedisti mihi bona; magnitudini tuæ, quia fecisti mihi magna; eternitati tuæ, quia tribuisti perseverantiam in bono; & ita de alijs.

Cōsiderata vero causa materiali; observandum est de quibus rebus agendum sit in oratione, vel quæ petenda sunt a Deo; an scilicet contemplanda, seu meditata sint opera Dei, aut Christi Domini, per modum supra assignatum in regula de quo, seu absolute per hanc regulam Quare, consideratis, in quolibet misterio attributorum Dei, seu passionis Christi, omnibus principijs artis; ut in Cruce, quantum bonum causaverit hominibus, quam magna beneficia contulerit; quomodo nos conservat per

ea

eam; quantam potestatem dedit hominibus; quantam sapientiam ostenderit; quantum exhibuerit amorem, virtutem veritatem, & ita de alijs, quæ meditari & contemplari possumus. Aut si agendum esset in oratione de salute nostra, vel proximorum; aut de gloria Dei; & de his quæ peti possunt bonis spiritualibus, & corporalibus.

Ex his quæ tradita sunt circa regulam quare explicacionem; apparet methodus respondendi ad omnes interrogationes factas, per quare; & hoc quidem per unam, vel duas, vel tria, aut per quatuor genera causarum ut patet in exemplis datis. Item ex eadem regula constat methodus faciendi librum, de qualibet re, parva, aut magna, per easdem causas. Tertio resultat methodus, ad loquendum ex tempore, de quodlibet subiecto; consideratis in eo, una vel pluribus causis. Quarto docemur per hanc regulam; methodum conscribendi epistolas, per prædictas causas consideratis, sine, materia, forma, scribendi & causa efficiendi talis scripture. Quinto resplendet me-

thodus Theologis, ad respondendam in casibus conscientiam notando materiam, formam, finem, & causam efficientem, eius rei de qua agitur. Sexto traditur Jurisperitis regula & doctrina, ad respondendum in his quæ ad Iurisprudentiam expectant, notando unam, aut plures causas. Septimo, advertitur modus consiliandi, tam in pace quam in bello; in republica, seu militia, in quibus semper recurrendum est, ad quatuor genera causarum; deducendo ex una causa, aut ex pluribus, rationes ad respondendum, & consiliandum bene, secundum propositum. Octavo innuimus modum orandi, per prædictas quatuor regulas, secundum doctrinam regulæ De quare, hæc nus explicitæ.

(.)



CAPVT VIGESIMVM PRIMVM, IN
quo textus regule quantum notatur; & quomodo cognoscenda sit substantialis, & accidentalis quantitas in rebus materialibus, & spiritualibus, aperitur.

TEXTVS.

Quinta regula, querit de quantitate; & habet duas species. Prima est quando queritur de quantitate continua; ut cum dicitur *quantus est intellectus?* & respondendum est, quod tantus, quantus per spiritualem quantitatem esse potest; non autem est quantus puntualiter, siue linealiter. Secunda species est quando queritur de quantitate discreta, ut cum dicitur *quantus est intellectus?* & respondendum est quod est tantus, quot sunt sua correlatiua, in quibus sua essentia est diffusa & sustenta. videlicet intellectuum, intelligibile, & intelligere, cum quibus est theoreticus, & practicus, generalis & particularis.

EXPOSITIO TEXTVS

Regula Quantum; quæ rerum omnium tam spirituum quam corporalium, quantitatem inquirat: secundum suam generalitatem ad omne ens se extendit; quod cum sit spirituale, ut Deus, Angelus, anima; aut corporale ut lapis, planta animal; non est consideratio eius astringenda ad materiales solas, & corporales quantitates; Deum enim,

infinitem dicimus; Angelum magnum; animam quantam; nec tamen id intelligimus de quantitate corporali, sed spirituali, aut substantiali; quod itidem consideratur, in potentijs, & operationibus rerum intellectualium; quas magnas aut paruas dicimus; in corporalibus etiam rebus quantitatem substantialē notamus, secundum quod corpus pertinet

tinere ad predicamentum substantiæ, ut homo cuius individua maiora, seu perfectiora, aut minora appellamus; sic dicemus equum minorem substantiam esse quam sit homo, in quantum homo est magis perfectus, & nobiliores maiores, & perfectiores habet differentias sui esse. In compositione quoque rei substantialis, quantitatem inquirimus. Ut verbi gratia, in partibus componentibus formicam, aut equum; quia partes componentes equi, maiores & perfectiores sunt, quam sint partes componentes formicam. Secundo consideratur quantitas pro ut reperitur in predicamento quantitatis, secundum quod dicitur habere trinam dimensionem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. In motu quoque & tempore quantitatem notamus, sic longum, motum, maiorem, aut minorem; durationem quoque & tempus maiora dicimus aut minora; in omnibus enim rebus suo modo quantitas reperitur. Ideoque author noster regulas & methodum tradens, ad cognoscendum om-

ne ens: debuit quoque regulam & methodum ad cognoscendas rerum quantitates tradere. Et quia spirituales, aut intellectuales quantitates absconditæ sunt; per materiales, seu admodum earum inquiri debent. Vnde sicut in his materialibus quantitatibus, reperiuntur duo modi earum, alter est continuæ quantitatis, quæ diffinitur formaliter a Logico, per unitatem termini, ad quem partes copulantur; & a phisico per diuisibilitatem in infinitum; alter est quantitatis discretæ, quæ partes diuersas continuæ quantitatis comprehendit; ideo tradit duas species quantitatis; altera dicitur continua, altera discreta. Pro prima ponit exemplum de continuitate intellectus, & ad questionem qua queritur, quantus sit intellectus continue? respondit: quod est tantus quantus per spiritualem quantitatem, esse potest; non autem quantus, puntualiter, siue linealiter; quod eo dicit ut notemus in intellectu non reperiri materialē quantitatem, cum sit spiritualis; ad modum tamē quantitatis mate-

materialis philosophādo, pro
ut consideramus in ista, pūc-
tum, lineam & profunditatē
seu corpus. Perinde etiam in
quantitate spirituali: intelle-
ctus, debemus notare, quod
quemadmodum punctus est
prior linea, superficie, & cor-
pore, seu profunditate; ita
etiam continuitas essentia,
intellectus, in quo radicatur,
intellectuum intelligibile, &
intelligere, considerata est
primo: quatenus dicitur natu-
ra, seu essentia spiritualis, in
qua artis principia notantur.
Sicque agentes de ea facimus
per artem: diuersos titulos.
per principia, ut de communi-
catione quantitativa essentia-
li naturę intellectus ad sua
correlatiua: de magnitudine,
seu extensione; de duratione,
seu potestate eius; de ordine,
& appetitu; de virtute verita-
te & quiete, in correlatiuis; de
differentijs, concordantijs, &
oppositiōibus cū correlati-
uis de principio, medio, & fi-
ne, in ordine ad correlatiua;
de maioritate, de æqualitate,
aut minoritate respectu cor-
relatiuorum. Et in quolibet
horum titulorum, seu princi-
piorum, singulariter binatim,

triplatim, aut maiori numero
sumptorum; excitantur quæ-
stiones per modum regula-
rum generaliter, & specialiter
per species earum, quærendo:
ut si verbi gratia in primo ti-
tulo, de communicatione quā-
titatiua & essentiali naturę
intellectus ad sua correlatiua
excitaretur quæstio, Vtrum;
essentia & natura intellectus,
tribuat suis correlatiuis ali-
quam quantitatem præter il-
lam, quam habent in se ipsis
correlatiua? & responderetur
breuiter, aut per cōtēta in li-
teris, ad quas ipsa quæstio re-
ducitur, aut diffuse & large,
per modum datum in alpha-
beto, & figuris declaratis. Sic
fieret immensa consideratio
de ipsa sola quæstione; quod
ita contingit in magnitudine,
& alijs titulis.

Pro secunda specie, quam
vocat author discretam, in-
quirir, de quantitate discreta,
seu discontinuata; & ponit
exemplum pro ea de intelle-
ctu, quærendo quātus est dis-
crete; & respondit quod est
tātus, quāta sunt sua correla-
tiua, in quibus sua essentia est
diffusa, & sustentata; videlicet
intellectuum, intelligibile, &
intel-

intelligere, cum quibus, est ho-
mo theoreticus & practicus, ge-
neralis, aut particularis. Circa
quam responsionē obseruan-
dum, quod quemadmodū ho-
mo dicitur corporeus, ex par-
te corporis, & spiritualis res-
pectu animæ, seu interior &
exterior; & totus homo inte-
gratur ex his duabus partibus,
& consistit in eis, & per eas
operatur; sic essentia & natu-
ra intellectus consistit, in suo
intellectiuo, intelligibili, &
intelligere, interioribus; & per
hęc operatur operationes in-
tellectuales. Et eo modo quo,
totum corpus est in suis parti-
bus integrantibus; in capite,
brachijs, tibijs, & per eas ope-
ratur; ita quoque intellectus
est in prædictis suis tribus cor-
relatiuis, & per ea operatur,
ad quæ tam singulariter, quā
pluraliter possunt principia
artis applicari. Ut verbi gra-
tia si ageremus de primo cor-
relatiuo scilicet intellectiuo;
possemus ponere titulum, de
communicatione intellectu-
ua, de magnitudine intellec-
tiua; de duratione intellectu-
ua; de potestate intellectu-
ua; de instinctu & appetitu intel-
lectiuo; de virtute intellectu-

ua & ita de alijs. In quibus
excitarentur quæstiones, per
modum supra assignatum; ut
si exempli gratia quæreretur,
vtrum intellectiuum posset
communicari intelligibili?
quid sit talis communicatio?
de quo; & quare possint com-
municari, & ita consequen-
ter per alias quæstiones in
omnibus literis excitandas.
Et quod diximus de correla-
tiuo primo intellectiuo, po-
test considerari in alijs corre-
latiuis, intellectus, intelligibi-
li scilicet & intelligere; per
quem modū, haberetur maxi-
ma notitia de intellectu. Et
quod dictum est in his corre-
latiuis, potest in quibuslibet
alijs, tam spiritualibus quam
corporalibus notari.

Vt tamē methodus assigne-
tur, ad quædas quantitates
spirituales, in spiritualibus su-
bstantijs, videamus oportet,
quomodo in materialibus su-
bstantijs reperiantur; in quibus
cōsideratio nostra, primo ad-
uertit punctū; deinde lineam,
tertio superficiē, & quarto pro-
funditatē, quæ nō accidentaliter,
ut in prædicamēto quāti-
tatis, sed prout ad substantiam
pertinet, hic aduertuntur. Pri-

L. mum.

mum enim considerabile est aliquod minimū seu punctum corporeū, in quo incipit substantia corporea; deinde aduertitur linea, quæ est veluti prológatio naturæ corporalis; tertio superficies, quæ dilatat & ampliat talē naturā corporeā; & ultimo profunditas, quæ eā implet & reducit ad esse corporeū. Ut apparet in mixtione elementorū, in qua consideramus vnūquodq; eorū, in sua prioritate naturæ, tāquā punctum; in prolongatione seu cōkursu aut motu ad aliud elementū, velut lineam; in dilatatione & cōmunicatione, qua ampliat, tāquam superficies; in profundatione seu complexu omnium elementorum tāquam corpus. Ut cōtingit in mixtione aquæ cum alijs tribus elementis; quia tunc prius, aqua existit & cōsideratur tamquā punctū; secūdo in motu ad alia elementa, tāquā linea; tertio in extēfione eiusdem aquæ ad alia cōponentia velut superficies; & in profundatione seu complexu aliorum elementorum, per aquam, notatur corpus. Sic considerandum erit modo spiritali in substantijs spiritalibus, vt habeamus modū,

seu manuactionem ad cognoscendū eas (quod infra explicabitur); prius tamen dicendum est nunc, quomodo per artem materiales quantitates cōsiderari debeant. Quod facimus applicādo principia ad punctū scilicet aquæ; ad lineā aquæ; ad superficiem aquæ; & ad corpus aquæ; & sic fierent tituli per artem, de cōmunicatione naturæ aquæ in sua prioritate; de magnitudine, de duratione, & potestate, de instinctu, de appetitu, de virtute, & ita de alijs. Et in quolibet titulo excitaretur quæstiones, generaliter & specialiter; vt an natura aquæ in tali priori possit communicari? an possit extēdi? an possit durare? an possit operari? an possit ordinari ad alia elementa? & ita de alijs quæstionibus; quid sit talis ordinatio? de quo sit; quare & ita in singulis titulis. Quo modo de sola natura aquæ, hauriretur immensa notitia; quo etiam modo de eius quantitate, de natura quoq; & quantitate aliorum trium elementorum haberetur maxima cognitio; cōsiderādo ea per hanc methodum. Per quam etiam ascendemus ad considerationem

nem

nem essentialē & quantitativam spirituales in substantijs spiritalibus, in anima scilicet, Angelo, & Deo, de quibus suo ordine agemus.

Prius tamen obseruandum est, quod quemadmodum in rebus materialibus & corporeis; prius considerantur substantiæ earum; deinde quantitates; postea relationes; deinde qualitates; inde actiones siue passionēs, mox, quando, cōfestim vbi, illico, situs, & ultimo habere; & per horum considerationem potest de rebus materialibus adquiri cognitio maxima; ita quoque per hunc modum spiritaliter consideratum, habetur maxima notitia, animæ, Angeli, & Dei. Quod vt clarius fiat oportet in solo vno elemento aquæ, ponere exemplum, vt per illud, in reliquis materialibus substantijs veritas, deprehendatur. In aqua igitur eius naturam inquirendo; consideramus substantiam, quantitatem, relationem, qualitates, actiones, passionēs, quando, vbi, situs, & habere; & in quolibet istorum prædicamentorum, ap-

plicantur principia artis; vt verbi gratia, si fiant diuersi tituli; de cōmunicatione substantiæ aquæ; de extēfione substantiæ aquæ ante aut post mixtionem eius cū alijs elementis, de potestate substantiæ aquæ; de instinctu, appetitu, virtute, veritate, & ita de alijs principijs, quæ possunt seruire pro titulis, singulariter, binaliter, triplaliter, aut alio maiori numero sumptis, in prædicamento substantiæ. Et in quolibet titulo excitari possunt quæstiones generaliter, per decem modos quærendi regularum, aut specialiter per earum species. Vt si quærat in primo titulo; Vtrum substantia aquæ possit communicari alijs elementis? quid sit talis cōmunicatio? de quo, quare, seu in quo consistat formaliter? Idē faceremus in magnitudine, seu extēfione aquæ; Vtrum se possit extendere ad alia elementa, & illa comprehendere? quid sit talis extēfio in esse totali? in partibus cōponentibus essentialibus? in proprijs, & naturalibus inclinationibus, & in actibus suis? Et quæadmodum datum

L 2 est

est exemplum summarium in prædicamento substantiæ respectu aquæ; dari potest in prædicamento quantitatis, in quo ageretur de communicatione quætitatis aquæ, ad alia elementa; de extensione quantitatis aquæ, ad alia corpora simplicia; de duratione quætitatis aquæ, de potestate, instinctu, appetitu, & virtute quantitatis aquæ. In quibus titulis & alijs per principia artis, in quolibet prædicamento faciendis; haberetur maxima notitia de elemento aquæ, cuius cognitionem per alia quoque prædicamenta modo prædicto venamur; in relatione, in quantitate, in actione, in passione, in quando, in vbi, in situ & in habere. Quo pacto vt apparet de solo elemento aquæ hauriretur maxima cognitio; quæ ite potest haberi de alijs elementis, per hanc methodum cõsideratis, simpliciter & in se, aut pro vt componunt cū alijs mixta, lapidem scilicet aut metallum, in quibus iã per modum mixtionis, habent aliam considerationem, methodo ista diuerso modo acquirendam. Quod sufficit ad intelligendū modū tractandi de rebus ma-

terialibus & sensibilibus.

Ex his quæ circa substantias materiales cõsiderauimus; deducitur regula & methodus, ad cõsiderandas substantias spirituales, animã scilicet Angelū, & Deū; in quibus non per modū materialē quantitatiuū quo, carent, sed modo spirituali, notamus quatuor gradus qui sunt, esse, viuere, sentire, & intelligere; & in eis, per modū supradictū, procedimus gradatim ascendēdo ab esse, scilicet, ad viuere; a viuere, ad sentire; a sentire, ad intelligere. Sic in anima consideramus, esse animæ substantiale, quantituum, relatiuū, qualitatum, actiuum, passiuum, duratiuū, locatiuum, situatiuū, & habitatiuū. Quo pacto constituuntur decem prædicamenta animæ quantū ad esse eius; vt de substantia esse animæ; de quantitate esse animæ; de actione esse animæ; de passione esse animæ; de quando esse animæ; de vbi esse animæ; de habitu esse animæ. Et in vnoquoque istorū prædicamentorū, considerantur tamquam tituli principia artis; vt de communicatione substantiali ipsius esse animæ, in se & in ordine ad corpus;

de ex-

de extensione, de duratione, de potestate, instinctu, & ita de alijs. In quibus excitatur quæstiones, Vtrum sit, quid sit talis communicatio; quæ dissoluantur per modum datum supra. Et finita prædicta consideratione in omnibus prædicamentis, hac methodo percurtis; ascendit consideratio ad secundum gradum animæ, veluti per lineam qui est viuere, in quo de vita animæ agimus, per eundem modum & methodum. Quo pacto constituimus decem prædicamenta, de vita animæ; de substantia scilicet vitæ animæ; de quantitate, de relatione, de qualitate, de actione, de passionibus, de locis, de tempore, seu æternitate, de situ, & habitu vitæ animæ. Et in quolibet prædicamento, vt supra applicatur principia; vt an anima cõmunicet vitæ corpori? an extēdat vitā in corpore? an faciat durare vitam in corpore? an det potentiam viuendi corpori? an communicet instinctus & appetitus vitales corpori? an tribuat virtutem operandi vitaliter corpori? Et ita per singula principia simpliciter & duplicata, in quibus exci-

tantur quæstiones; vt quid sit talis virtus operandi vitaliter in corpore? de quo sit? quare sit? quanta, &c. discurrendo per omnia prædicamenta, agētes de vita substantiali animæ, de quantitate vitæ animæ, seu extensione ad corpus; & ita de relationibus & alijs prædicamentis animæ.

Ex hoc discursu, ascendit intellectus ad tertium gradum animæ, quasi per superficiem, qui est sentire; & notat in anima substantiam sensitiuam, quantitatem sensitiuam; relationes sensitiuas, qualitates, actiones, passiones, quando, vbi, situs, & habere. In quibus prædicamentis per hunc modum consideratis, de tertio gradu animæ, qui est sentire; applicantur principia & fiunt tituli diuersi a præcedentibus; de communicatione substantiali animæ sensitivæ ad corpus; de extensione substantiali animæ sensitivæ ad corpus; de duratione substantiali animæ sensitivæ in corpore; de potestate substantiali animæ sensitivæ in corpore. Et ita de alijs principijs in quibus excitantur quæstiones, consideranda in quolibet titulo, siue ge-

nerales per formalitates regularum, aut speciales per species earum, ut anima secundum substantiam, possit communicare corpori sensationem? quid sit talis communicatio? de quo sit? in quo consistat? & ita de alijs. Et expletis predicamentis & principijs, & regulis in eis; ascendit consideratio per modum profunditatis seu corporis, ad quartum gradum, qui est intelligere in anima, in quo agitur de vi intelligendi substantiali, quantitativa, relatiua, qualitativa, actiua, passiua, duratiua, locatiua, situatiua, & habitatiua. Et in his decem predicamentis, applicantur decem & octo principia artis, in quolibet eorum, & hæc singulariter aut pluraliter sumpta, ut de communicatione substantiæ intellectiua; de magnitudine, de duratione, de potestate substantiæ intellectiua in anima, & ita de alijs. In quibus considerantur quæstiones, ut an vis substantialis animæ intellectiua, communicari possit alicui præterquam homini? quid sit talis communicatio? de quo sit? in quo consistat? & ita de alijs quæstionibus per principia in predicamento substantiæ excita-

tis. Quibus finitis transit intellectus, ad considerandum quæritatē animæ, substantialē & accidentalē; deinde ad relationes; postea ad qualitates; & ita ad reliqua predicamenta. Per quæ modum immensa fit de anima consideratio & innumeri de ea libri componi possunt.

Ex modo prædicto considerandi animam, primum gradum spirituum; deducitur alius per eundem ordinem & methodum, ad considerandum esse Angelicum; in quo consideramus eosdem quatuor gradus, esse, viuere, sentire, & intelligere; sed altiori, & perfectiori modo. Et sic notamus in esse Angelico decem predicamenta, substantiam, quantitatem, relationes, qualitates, actiones, passionem, durationes, locationes, situationes, & habitationes, ipsius esse Angelici; & in quolibet predicamento applicantur principia artis singulariter, binaliter, aut triplaliter, aut alio numero supra. Sic agimus in predicamento substantiæ, de communicatione, seu actu substantiæ ipsius esse Angelici; de magnitudine substantiali; de duratione, de potestate Angelici substantiali, & ita de reliquis principijs.

pijs. In quibus considerantur quæstiones, ut quid sit talis communicatio actus substantialis ipsius esse Angelici? de quo sit? quare, &c. Et finito predicamento substantiæ in esse Angelici, recurrimus ad predicamentum quantitatis ipsius esse Angelici; inde ad predicamentum relationis; & ad reliqua predicamenta; facièdo titulos & excitando quæstiones modo dicto. Inde ascendimus ad vitam Angelicam tertio ad sentire Angelici, pro ut ei spiritualiter conuenit; & quarto ad intelligere, aduertendo, methodum traditum circa considerationem quatuor graduum ani-

mæ altiori & nobiliori modo; hæc ipsa in quolibet gradu notando. Quo etiã modo apparet methodus artificialis & scientifica qualis naturaliter haberi potest de noticia Dei, in quo est, esse, viuere, sentire, & intelligere, eminentiori modo, quæ etiã consideramus per decem predicamenta, principia, & quæstiones, in quolibet gradu aduertenda; quod in præsentia non licet facere, ne in immensum consideratio procedat; sat sit methodum inuuisse, satis clarè & facile & exemplo comprobata in anima, quo pacto fit in Angelis & Deo.

C A P V T V I G E S I M V M S E C V N D V M,
in quo textus regula quale manifestatur, idem breuissimè explicatur, & qua ratione qualitatis cognitio, haberi. ampliari, & dilatari possit in materialibus & spiritualibus rebus, anima scilicet Angelo & Deo aduertitur.

T E X T V S.

Sexta regula est de qualitate; & habet duas species. Prima est quædo queritur, quæ est propria & primaria qualitas intellectus? & respondendum est quod intelligibilitas, cum qua ipse est habitatus intelligere aut extrinsecum, est proprietas secundaria & magis remota, cum qua ipse intellectus intelligit hominem aut leonem, &c. ex quo intelligere intrinsecum & substantiale ipsius intellectus est habitatus, & similiter intelligibili extrinsecum. Secunda species est quædo queritur quæ est appropriata qualitas ipsius intellectus? & respondendum est, quod credere vel dubitare, aut supponere; non enim isti actus conueniunt intellectui proprie sed intelligere.

EXPOSITIO TEXTVS.

Regula de qualitate, inquit omnes qualitates rerum, tam in corporibus quã in rebus spiritualibus; sicut enim supra constituimus duplicem quantitatem; alteram molis in corporibus repertã; alteram virtutis, seu perfectionis rebus spiritualibus competentem, secundum rationem multitudinis, extensionis, durationis, & perfectionis, sic in regula de qualitate, secundum quã res qualis esse dicitur aduertendum: aliam esse qualitatem rebus spiritualibus cõuenientem; aliam rebus corporalibus; & in vtrisque duplicem. Alia dicitur propria, & primaria intrinseca & essentialis; alia velut secundaria seu appropriata & accidentalis. Pro vtraque, ponit author exemplum in intellectu, quãrendo pro prima, quã sit propria & primaria qualitas intellectus? & respondet quod est intelligibilitas, cum qua intellectus est habituatus; quasi dicat si nõ esset intelligibilitas intrinseca & essentialis intellectui, non posset intellectus intelligere. In ea enim intelligibili-

tate, caracterizatur, seu disponitur species rei intelligibilis exterior; & recipit quandam similitudinem intelligibilitatis interioris substantialis, vt possit ab intellectu intelligi. Ex qua dispositione prima, procedit intelligere extrinsecum & talis dicitur substantialis intelligibilitas, intellectus; illa autem quã reperitur in specie intelligibili, accidentalis; accidit enim speciei intelligibili illuminari, ab intrinseco lumine intellectus. Pro secundaria qualitate ipsius intellectus, ponit author quãstionem, qua quãrit quamnam est appropriata qualitas ipsius intellectus? & respondet quod est credere vel dubitare, aut supponere, quia tales actus nõ conueniunt intellectui proprie & primario, sed solum intelligeres; quã actio, seu qualitas eum denominat essentialiter & primo. Quia alia est in eo primaria, & alia secundaria qualitas, vt apparet in igne cui primo conuenit esse calidum essentialiter; secundario vero esse siccũ, & idem notatur in alijs elementis, sic etiã in

in plantis, & animalibus.

Pro quo nota quod quã admodum in elementis consideramus proprias qualitates tãquam formas, vt verbi gratia in terra, siccitatẽ in aqua frigiditatem; in aere humiditatem; in igne caliditatem; secundum quas vnunquodque istorum elementorum formaliter consistit: sic quando terra communicatur aquã, recipit ab aqua frigiditatem; quãdo aqua communicatur aeri, recipit ab eo humiditatem; quando aer, communicatur igni, recipit ab eo calorem; quando ignis communicatur terrã, recipit a terra siccitatẽ. Et qualitates quã superueniunt elementis ex tali coniunctione, dicuntur extrinsecã & appropriatã qualitates, secundum quas in tali circulatione elementorũ fiunt duodecim mixtiones eorum. Vnde procedunt diuersã dispositiones rerum corporalium, siue in communicatione elementalĩ, siue in humoribus ab elementis proueniẽtibus. Terra enim, quã melãcholicum humorem, nigrum & siccũ producit; quandoque magis aquã & flegmati communica-

tur, & recipit aliquem candorem & humiditatem; quandoque coniugitur magis cum aere, & recipit ab eo aliquem ruborem & maiorem humiditatem; quandoque applicatur magis igni & ab eo recipit paliditatem & illuminationẽ, & sic minus habet de nigredine, & multum de calore. Hoc pacto per istã comparationem aduertimus qualitates elementorum & rerum corporalium diuersimode variari; quamuis ab vno procedant principio, in quo iam aduertitur modus comprehendendi gradus siccitatis, in rebus quia in illis elementis in quibus est maior communicatio in siccitate est maior siccitas, vt in communicatione terrã & ignis, mediocris in communicatione terrã & aquã, & minima, in cõmunicatione terrã & aeris. Vnde quartus gradus siccitatis consideratur in plantis, pro vt in eis dominatur terra; tertius pro vt dominatur in eis terra & ignis; secundus pro vt dominatur terra & aqua; & primus pro vt terra, & aer coniunguntur. Necessẽ enim est maiorem siccitatẽ reperiri in terra, cum

fit formaliter sua, quam in terra & igne, qui iam dilatat partes; minorem adhuc in terra, & aqua, quia aqua habet appropriatam humiditatem; & minorem siccitatem inueniri inter terram & aerem, qui habet inter se oppositas qualitates; aer enim humidus & calidus, contrariatur terræ siccæ, & frigidæ, & sic minus possunt adinuicem participare in qualitatibus. Sed quia ista consideratio est satis abscondita, oportet tam in plantis quam in animalibus simpliciter sensitivis, quam etiam in homine, advertere regulas ad comprehendendum & cognoscendum huiusmodi gradus; per colores, sonos, odores, saporos, & tangibilitates, pro ut enim miscentur vario modo elementa, hæc ipsa quoque variantur, quod longum esset in præsentem exemplificare. Sat tamen sit modo hæc innuisse in commixtione terræ cū alijs elementis; & notare quod quæ admodum terra comparatur & misceatur cum tribus sequentibus elementis; ita aqua cum aere, cum igne & cum terra; aer cum igne; terra & aqua, ignis, cum terra, aqua & aere.

Et hæc est mixtio & concatenatio omnium elementorum, pro ut adinuicem suas vnumquodque mittit in alia elementa, qualitates; per quorum exteriores colores, aduertimur de intrinsicis prædominantibus elementis. Hoc idem per saporos, per odores, per sonos, & tangibilitates rerū, quæ singula possunt multos libros implere. Ut verbi gratia, si ageremus de terra, simplici elemento; & in ea consideremus principia secundū qualitatem essentialem, qualis est siccitas; & faceremus diuersos titulos, per principia. Ut de actu, seu bonitate siccitatis terræ, de magnitudine, de duratione, de potestate, de instinctu, de appetitu, de virtute, de veritate, de quiete, de differentijs siccitatis, de concordantijs, de contrarijs, & ita de alijs, & in vnoquoque titulo excitarentur quæstiones, videlicet. Vtrum siccitas sit actus formalis terræ? quid sit talis actus siccitatis? de quo sit? in quo consistat, & ita de alijs quæstionibus, seu interrogationibus generalibus per modos querendi generales & speciales per species

cies eorum. Et sicut exemplum datum est in vno principio & titulo, poterit aduerti in alijs titulis, per quos discurrit intellectus, quærendo propriam & essentialem qualitatem terræ; quod itidem facit in aqua, in aere, & igne, simpliciter & singulariter ad considerandas secundarias qualitates & appropriatas elementorum & mixtorum naturalium, pro ut in mixtis apparet prædominatio alicuius elementi, secundum gradus supra assignatos. Per quod scientia medicinæ cognoscit de gradibus infirmitatis, de gradibus herbarum & medicamentorum, & scientia perspectiua, aduertit varios modos cognoscendi & videndi colores & alia multa, quæ modo non possumus explanare.

Verum quia communiter quatuor species qualitatis traduntur a logicis repectu animi, ut dispositio & habitus, & duæ in ordine ad corpus quales sunt forma & figura, has quoque possumus per artem magis declarare modo prædicto, considerando propria & essentialia cuius-

que harum specierum, & accidentale ratione qualitatis, repectu aliorum. Ut si verbi gratia ageremus de qualitate essentiali ipsius dispositionis, aut habitus, aut de accidentali qualitate in ordine ad diuersos actus. Idem possumus considerare in forma & figura, in quibus ars nostra equaliter secundum propriam rationem formalem cuiusque applicatur, quod apparet verbi gratia in habitu, qui cum dicatur dispositio radicata & firmata & immobilis ad operandum, faciendi erunt tituli de communicatione seu actu formali talis habitus; de extensione ad operationem, de duratione, de potestate operandi, de instinctu, de appetitu, de virtute, de veritate, de quiete, & delectatione; de differentijs, de conuenientijs; & ita de alijs principijs consideratis circa habitum. In his, & in vnoquoque eorum excitantur quæstiones generaliter, & specialiter, videlicet Vtrum detur actus formalis, seu bonitas habitus? Vtrum extendatur habitus ad operandum? Vtrum possit immobiliter durare

in operatione; quid sit talis duratio immobilis; de quo sit; quanta, &c. Per quem modum tractatur de dispositione, figura, & forma tribus alijs speciebus qualitatis.

Aduerte tamen, quod ad quærendum cum ordine prioritatis, qualitates, tam in rebus corporalibus, quam spiritualibus, oportet, in corporalibus semper notare primo formam rei; deinde figuram aduere. In spiritualibus autem prius notamus dispositionem & secundo habitum; præcedit enim forma figuram, & dispositio habitum, in moralibus intellectualibus & habitibus acquisitis; quæuis habitus supernaturales & infusi simul cum gratia communicentur. Vnde philosophando in materialibus qualitibus, de forma, poterimus figuram prænunciare; ut verbi gratia notando aquæ formam in aliquo mixto; ut in argento poterimus, figuram lucidam, & albam in eo esse futuram dicere. Item in magna dispositione animæ ad aliquæ actû, mox habitum generandû fore, enuntiamus.

Verum ut his quoq; qua-

tuor speciebus qualitatis vtamur, in cognoscendis & explicandis rebus, tam materialibus, quam spiritualibus; oportet animaduere eas in qualibet, re, materialiter, aut spiritualiter, seu methaphorice inueniri. Sic eas applicâdo ad hominem interiorē, consideramus formam humanam, qualis est anima, in qua principia nostræ artis notamus, eâ scilicet esse bonam, magnam, durabilem, potentem, sapientem, appetitiuam cœli, operantem cum virtute; veram & inclinam ad gloriam; ob idq; iam poterimus de figura corporis, quod anima actuat & disponit, enunciare; inclinari scilicet ad cœlum, & ideo rectam habere figuram exteriorē, inter reliqua animalia; eò enim inclinatur naturaliter corpus, quo inclinatur forma corporis, & de hac figura recta in homine, possumus philosophari, dicendo esse bonam, magnam, durabilem, potentem, bene ordinatam, pulchram, & ita per alia principia procedendo; considerando in quolibet attributo, & principio, modos quærendi generales & speciales scilicet,

Utrum

Utrum sit figura corporis in homine bona? quid sit bonitas talis figuræ? de quo sit primitiue, deriuatiue, possessiue, in quo cōsistat formaliter, vel finaliter? & ita de alijs regulis, & speciebus regularum, cōsiderandis & applicandis cuiuslibet principio, seu attributo, quod figuræ hominis tribuitur. Ex quo ascendimus in homine, ad dispositiones naturales, aut morales, in anima aut corpore: quales sunt ex parte corporis dispositiones, quas habet per vires naturales operando; & in anima inclinationes ad aliqua opera, quasi sibi naturalia. Quo pacto dixit Seneca, omnium virtutum in nobis semina inueniri, quasi affirmaret in anima inueniri dispositiones ad virtutes, quæ quidem dispositiones, quando transeunt ad opus, dicuntur extendi; & tunc appellantur communiter dispositiones. Quando vero immobiliter operatur anima per eas, dicitur habere habitus; & ambæ hæ species qualitatis, considerantur in ista regula Quale, & in corporibus suo modo; nam in corpore naturali hominis, inclinationes,

quæ reperitur respectu prædominantis elementi, aut vitæ animalis; dicimus esse velut dispositiones in eo, per quas inclinatur & disponitur ad operandum. Sic dicimus, sanguineum corpus, inclinari seu disponi, ad ea quæ leta sunt; melancholicū, ad tristitia; colericum ad iurgia; & flegmaticum ad somnum & ingluuiē. Quando vero corpus tale per suas inclinationes stabilitur & firmatur multoties, in operationibus sibi conuenientibus, dicimus iam esse habitum. Et eo modo quo signauimus quatuor prædictas species qualitatis; formam, figuram, dispositionem, & habitum in ipsis corporeis substantijs; possumus modo spiritualibus, intellectualibus quoque substantijs applicare. Ut Angelo in quo consideratur primo, forma Angelica; deinde figura Angeli, tertio dispositiones ipsius ad operandum; & quarto habitus. Quamuis enim huiusmodi species & qualitates, non reperiantur in eo, per modum signatum in materialibus; aduerti possunt modo spirituali. Quo pacto etiam methaphorice considerabimus, eas ni

eas in Deo, notando in eo veluti formā, deitatem infinitā & eternā; inde aduertimus figurā & expressiōne talis deitatis; secūdu quā rationē, dicitur sapientia; quę est in filio imago & figura substantię Patris. Tertio consideramus dispositiones in Deo, seu inclinatio nes, quę tot sunt quot eius attributa; per hęc enim operatur & agit vt per bonitatem, influit bonum; per magnitudinem, magnum; per æternitatem, durationem; per potestatem, potētiam; per sapientiam, lumē ad intelligendū & sentiendū; per voluntatē, appetitū ad volēdū bene; per virtutē influit virtutes naturales, morales, & supernaturales; per veritatē, firmitatē, & stabilitatē; per gloriam, quietē & satietatem. Ita quoq; per alia principia per quę applicata ad hunc modū procedēdi per methodū titulorū, & regularum, fierent in Deo & in quolibet eius attributo, innumerabiles tituli & quęstiones, pertinentes ad notitiā talis attributi, seu inclinationis. Quę attributa in Deo licet sint æqualia, quia infinita & eterna sunt, tamen methaphorico modo possu-

mus aliqua eorum velut habitus appellare, ea scilicet, quę magis ad extra nobis apparēt operari, qualis est misericordia diuina, hęc enim in bonū nostrum, est quasi obfirmata cū fere sēper Deus misereatur; licet non semper puniat in nobis delicta, per suam iustitiā, quę in hoc videtur habere rationem dispositionis, & non habitus. Semper tamen in hoc casu cum de Deo loquimur, imperfectiones dispositionis & habitus, prout accidentia sunt in creaturis, in Deo tollimus, in eo enim totum est substantia, & nihil est ibi accidentis; & quidquid in rebus creatis reperitur perfectio nis, Deo superiori modo est attribuendum. Sicut & nos methaphorico modo attribui mus, quatuor prædictas species qualitatis, per quas possit de eo maior notitia haberi; pro vt consideratur per modū qualitatis; & talis notitia augetur per artē, procedēdo, per prædictas species. Vt si verbi gratia in forma seu deitate firēt tituli de cōmunicatione & actū deitatis: de magnitudine talis actus; de duratione, de potestate, de instinctu, de appe-

appetitū, de virtute, de gloria & quiete; de differētis cū alijs. Et ita cōsequēter applicarētur regulę quærētēs, vtrū talis cōmunicatio deitatis reperiatur in Deo? quid sit? de quo sit? &c. per omnes modos quærēdi generales, & speciales, in quolibet titulo seu principio; & vno principio seu titulo finito, procederemus per eundē modū ad loquēdū & scribēdū de alio. Et hoc ordine exple-

to, secūdu singularitatē principiorū; possunt duplicari principia, triplicari, quadruplicari faciēdo diuersos titulos in sola forma. Quod itidē fieret in figura, in dispositione quoq; & habitu Dei, in quo restat de cetero modus cognoscēdi Deū, & quilibet aliā creaturā quasi infinitus, & abyssus cognitionis & sapientię habēdæ de qualibet re, per doctrinā regulę de qualitate.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM, IN QVO
textus regulę de modalitate, & instrumentalitate seu cū quo, ponitur, & quopactō intellectus per quatuor species, seu cōsiderationes per eas, in quolibet ente discurrere possit ostēditur, quę vēdo modalitates & instrumenta eiusdē entis, quod in naturalibus, moralibus, & artificialibus instrumentis demonstratur.

T E X T V S.

K *Continet duas regulas, videlicet modalē, & instrumentālē. Regula modalitatis habet quatuor species, sicut quando queritur: quomodo est intellectus: & quomodo est pars in parte: & partes in toto, & totum in suis partibus, & quomodo totū trāsmitit extra se suā similitudinē. Ad quod respōdēdū est, quod est subiectiue per illū modū per quē est deductus, per species supradictas, & intelligit per illū modū, quē habet, inueniēdo mediū existens inter subiectū & prædicatū, in figuris designatū: multiplicādo species peregrinas, a sensu & imaginatione abstractas, & in suo proprio intelligibili, sunt characterizata, & intellecta. Secunda regula K. habet quatuor species, videlicet quādo queritur intellectus cū quo est: & cū quo pars est in parte, & partes in toto & totū in partibus suis, & cū quo trāsmitit suam*

suam similitudinem extra. Ad quod respondendum est quod ipse est cum suis correlatiuis, sine quibus non potest esse, nec intelligeres; intelligit enim cum speciebus peregrinis de quibus facit instrumentum ad intelligendum.

EXPOSITIO TEXTVS

QVAMUIS, sapientissimus noster auctor prudenter respiciendo ad esse rerum, posuerit in ordine regularum, septimam & octauam regulam, de tempore & loco, priusquam nonam, in qua etiam duae regulae continentur, quia tamen cognitioni septimae & octavae regulae conducit maxime notitia nonae & decimae regulae; ideo de his suo ordine agimus, quamuis in situatione, quam habent sub literis indicibus, eas modo & semper relinquamus, sub K. Et incipientes a regula quomodo, quae modum cuiusque rei considerat, qualis est limitatio diuinae potentiae efficientis, pro ut modificauit Deus vnquamque rem, sicut ipse voluit: talis modificatio consideratur primo, in partibus rei secundum se ipsas, secundo. in partibus in ordine ad totum, tertio in toto in ordine ad partes, quart-

to in ordine ad suas operationes. Qua propter in praesenti regula, quomodo, ponuntur quatuor species seu modalitates. Prima declarat modum partis singularis. Secunda modum partium in ordine ad totum. Tertia modum totius in suis partibus. Quarta modum operationis totius ad transmittendam in alia similitudinem suam. Sic excitat quaestionem, quomodo intellectus sit? & respondet quod est subiectiue, per illum modum, per quem deductus est per species supra dictas, tamquam per considerationem modi in parte, & intelligit per modum quem habet inueniendo medium existens inter subiectum & praedicatum, in figuris designatum, multiplicando species peregrinas a sensu & imaginatione abstractas; & hoc per considerationem modi, vnus partis ad aliam. Tertio dicit caracte-

racharacterizari species abstractas, in suo proprio intelligibili, in quo primo, docet tertium modum totius in partibus, quatenus sensatis speciebus ab intellectu iam illuminatis, tribuit modum intelligibilitatis: ad hoc ut cognoscantur, & hoc est quartum scilicet modum transmittendi similitudinem suam in alio. Quod vt planius & manifestius fiat, oportet alio exemplo materiali, & magis familiari ostendere, in homine scilicet, in quo consideratur vna pars hominis, anima scilicet aut corpus, aut quaelibet alia particularis; & in ea notamus modum existendi talis partis: vt si in capite hominis quae est vna pars corporis, aduertimus, modum existendi capitis, & limitationem intrinsicam eius perfectionis, magnitudinis, durationis, potestatis, instinctus, appetitus, virtutis, veritatis, quietis, & ita de singulari alius principijs, consideratis in capite, prout est pars corporis hominis. Tunc de tali parte fiunt tituli per principia modo praedicta; vt de actualitate capitis, de magnitudine, de duratione, de po-

testate, de ordine, & ita de singulis alijs, in quibus etiam agitantur & mouentur quaestiones, scilicet vtum caput habeat modum determinatum, in quo non communicet cum alijs membris? quid sit talis modus determinatus? de quo? quare? & ita de alijs regulis & speciebus regularum. Quod idem quaeritur de magnitudine capitis, de duratione, de potestate, & ita in alijs principijs, singulariter, vel pluraliter, faciendo titulos, & in eis mouendo quaestiones. Quo pacto circa vnam solam partem hominis caput scilicet, possent fieri multi tractatus, & excitari circa eos innumera- biles quaestiones, quas non licet modo, calamo profectui.

Considerata vna parte cuiusque rei, singulariter & inferre oportet notare eiusdem modum & rationem cum alijs, & sic est secunda species modi, quae aduertit modum partium inter se ipsas: vt verbi gratia quomodo se habeat caput, in ordine ad collum, brachia, stomachum, cor, epa, lien, tibias, & ad alias quaelibet.

M. libet:

libet partes corporis. In quo modo procedendi multiplicatur, toties methodus data circa cognitionem partis, quoties fit comparatio eiusdem partis ad alias. Vbi apparet, quod cum caput possit referri, ad prænotatas partes & alias multiples, & minimas in corpore hominis existentes; alia & alia erit consideratio capitis, in ordine ad eas. Vt si verbi gratia consideremus caput, quatenus communicat cibos stomacho; quatenus curat illum implere, cibis sustentare, corroborare viribus. Alia erit consideratio istius modi capitis, ab ea, quam habet quatenus communicatur cordi, extenditur ad cor, conseruat cor, ordinat illud per suos spiritus animales, aut vitales qui sunt in corde; tribuit cordi appetitum sentiendi; virtutem quoque & alia. Et sic in tali consideratione habetur diuersa notitia ipsius capitis, quod post comparationem eius, cum qualibet parte singulariter, potest comparari cum omnibus simul partibus iunctis, & sic fierent diuersi tituli, de capite in ordine ad alias partes. Vt de communicatione capi-

ris in ordine ad reliquas omnes partes corporis, de extensione, de sustentatione, & viuificatione; de potestate, de instinctu seu ordine, de appetitu, seu virtute. Et in singulis istis titulis & alijs per principia faciendis, excitarentur, & mouerentur quæstiones, tam generales quam speciales; scilicet, vtrum caput possit communicari omnibus partibus corporis? quid sit talis communicatio? de quo sit? in quo consistat formaliter, & finaliter? quanta sit continue vel discrete? & ita de singulis modis querendi; in quolibet titulo. Quod postea fieret in magnitudine, in duratione, vtrum scilicet se extendat caput ad magnificandas, seu augendas alias partes corporis? ad viuificandum & conseruandum eas; & ita in reliquis titulis & modis querendi. In quo casu methodus istius regulæ, ampliore iam tradit de capite notitiam, pro vt illud cum reliquis partibus corporis comparat: quod idem caput consideratum, pro vt est quodam totum integrum ex multis partibus, habet iam per regulam tertiam modalitatis, alium modum con-

sede-

siderationis; quatenus scilicet influit virtutem suam partibus ex quibus constat: & partes illæ communicant suam vnaquæque virtutem & perfectionem, per quas caput ipsum consistit. In quo apparet quod cum alia sit ratio ipsius totalis capitis, & alia ratio singularum partium componentium illud; dupliciter quoque potest tota ars ad caput applicari, & sic fierent tituli de tali communicatione capitis ad partes ex quibus integratur; de extensione totali capitis, de duratione, de potestate totali capitis; & ita per reliqua principia & titulos faciendos per ea. In quibus per istum modum, excitarentur variæ quæstiones, generales, sine speciales; scilicet vtrum caput totaliter possit communicare suam virtutem singulis partibus in eo existentibus? quid sit talis communicatio? de quo? quare? &c. Et sicut comparatio caput ad partes suas varij possunt componi tituli & quæstiones multiples excitari: ita per eundem ordinem comparando partes capitis, ad ipsum totum caput, sunt tituli de com-

municatione omnium partium ad caput; de extensione partium ad caput; de duratione in ordine ad caput; de potestate & alijs. Et circa quemlibet titulum mouentur quæstiones generales & speciales, querendo modum, quomodo partes existant in toto, qualis est, Vtrum partes possint communicare toti capiti suum esse? quid sit talis communicatio? de quo? & ita de alijs per istam methodum consideradis.

Per quartam autem speciem modalitatis, inquiritur iam quomodo totum caput, transmittat similitudinem suam? quæ cum possit esse naturalis, est substantialis similitudo, qualis est illa quæ apparet in productione, seu generatione, alterius hominis; aut similitudinalis, seu accidentalis, qualis est similitudo, seu imago hominis in speculo apprens. De vtraque posset fieri consideratio, de naturali, & substantiali scilicet, pro vt communicatur aliqua substantia à capite, quæ in virtute continet similitudinem capitis, qualis est pars seminalis ex qua caput in generato formatur. Circa quam applica-

M 2 remus.

remus principia artis, & efficeremus titulos per ea, vt de communicatione similitudinaria & substantiali capitis generantis in generato; de magnitudine talis similitudinis; de duratione in generato, de potestate, de instinctu, de appetitu, de virtute, & ita de alijs. Et per regulas inquireretur, vtrum fieri possit talis communicatio similitudinis capitis? quid sit talis communicatio? de quo? in quo consistat? & ita de alijs modis querendi in priori titulo. A quo successiue intellectus transit ad secundum, per predictam methodum, & ita consequenter applicat illam, circa omnes titulos qui conficiuntur de similitudine substantiali. Quo pacto etiam procedit in similitudine accidentali, quando scilicet caput emittit similitudinem sui, & speciem in aere, & per eam in speculum; quam omnia materialia composita emittunt. De qua etiam specie accidentali agemus, per principia & regulas, faciendo titulos, de communicatione speciei & similitudinis capitis, de magnitudine, de duratione, de potestate, instinctu

tu & appetitu, virtute, veritate, delectatione, differentijs, concordantijs, contrarietatibus, causalitatibus, medijs, fine, maiori, & equalitate, aut minoritate, respectu aliarum similitudinum, applicando in quolibet titulo, omnes modos querendi. Vt si in titulo, de virtute similitudinis accidentariae emissa a capite queramus: vtrum in capite sit virtus, ad emittendam semper similitudinem sui? quid sit talis virtus? de quo? in quo consistat? quanta sit? qualis? & ita per reliquos modos querendi in omnibus titulis. Per quem modum traditur admirabilis notitia de speciebus & similitudinibus emissa, a quolibet corpore; & hoc modo explicatur totius regulæ modalitatis & suarum quatuor specierum doctrina.

Verum quia modus, potest considerari, aut ex parte rerum, aut ex parte medijs cognoscendi, aut ex parte potentiarum; que res ipsas cognoscunt: ideo pro maiori intelligentia modalitatis, attendendum, quod querendo modum ex parte rerum, procedendum est per modum traditum in consideratione capi-

capitis; notando quamque rem, primo secundum partem realem si eam habet, deinde in ordine ad reliquas partes, tertio in ordine partium ad totum, & quarto secundum quod totum emittit similitudinem sui, (vt apparuit supra) & sic debet fieri in consideratione rerum materialium & sensibilibus. Sed quia sunt aliqua entia spiritualia, quæ non habent partes componentes, vt anima & Angelus, ideo in his assignandæ sunt partes considerabiles, secundum quas, debent intelligi, per hanc regulam; tales erunt actus anime & potentie anime substantialis, quia cum anima non sit purus actus, qualis est Deus, est actus mixtus cum potentia; ex qua cum actu anime, resultat tota anima. Et ita ad cognoscendam eam per modum predictum, ageremus prius de actu anime, tamquam de vna parte anime, & considerarem principia in tali actu, qualia sunt: communicatio actualis, extensio actualis, duratio, potestas, instinctus, appetitus, virtus, veritas, & in singulis eorum modo dicto, excitarem quæstiones, quousque consideratio titulo-

rum, & quæstionum circa actum anime finiretur. Et tunc transibit consideratio ab actu anime, in potentiam, tamquam partem metaphysicalem, cum qua componit animam, & ita erit ibi consideratio per secundam speciem modalitatis, prout scilicet pars, respicit aliam partem. Quo modo efficeremus titulos, de communicatione actus in potentia anime substantialis; de magnitudine & comprehensione actus, in ordine ad potentiam; de duratione, de potestate actus in talem potentiam; de ordine, de appetitu, de virtute, de veritate, & ita de alijs consideratis in quolibet titulo. Finita ista consideratione, ascendimus, ad tertiam speciem modalitatis, quomodo scilicet partes istæ, in tota anima contineantur, & tota anima in eis; in qua consideratione applicantur etiam principia artis, per modum titularum, vt de communicatione totius anime ad actum & potentiam in ea; vel de communicatione actus & potentie ad totam animam. Sic fieret titulus, de magnitudine, de duratione, de potestate, & de

reliquis alijs principijs, & in eis excitaretur quaestiones generales & particulares; videlicet Vtrum tota anima comunicetur actui & potetia? Vtrum extendatur ad has partes tamquam principia componetia? Vtrum conseruetur tota anima in eis aut in qualibet earum? quid sit talis conseruatio? de quo, & ita de alijs modis querendi considerandis, circa istam speciem. In quarta autem specie considerabimus, quomodo anima emittat similitudinem suam, non quidem naturalem, cum non generet aliam animam, sed accidentalem per suas potentias operatiuas proprias animae, aut per eas quae communicantur corpori, quales sunt omnes sensationes, vegetationes, per quas ostenditur & manifestatur vita animae in corpore. Sic in ordine cognoscendi manifestatur primo animae similitudo, quatenus intellectus mouetur ad intelligendum; secundo prout mouetur cum corpore ad aestimandum per aestimatiuam; tertio ad imaginandum per imaginatiuam; quarto ad sensandum & communiter recipiendum

omnes rerum species per potentias quinque sensuum receptas, operando in vnoquoque sensu secundum organum & dispositionem talis sensus. Hoc modo, in auditu circa fonos; in visu, circa colores; in olfactu, circa odores; in gustu, circa sapes; in tactu, circa qualitates tangibiles, & in qualibet istarum potentiarum tam intellectualem, quam sensitiuam, considerat methodus tradita, per regulam modalitatis multa ut agatur de tali potentia, prius singulariter de vna parte; deinde de eadem parte in ordine ad alias; mox de toto in ordine ad partes; & quarto quomodo totum transmittat similitudinem sui. Quod ut magis elucescat aduertendum in omnibus his potentijs cognitiuis, reperiri correlatiua supra notata, ut in potentia intellectiua, intellectiuum, intelligibile, & intelligere; in aestimatiua aestimatiuum, aestimabile & aestimare; in imaginatiua, imaginariuum, imaginabile & imaginare; in sensitiuam communi, sensitiuum, sensibile & sentire; in auditiuam, auditiuum, audiibile, & audire; in visuam

visiua visuuum visuile & videre; in odoratiua, odoratiuum, odorabile & odorare; in gustatiua, gustatiuum, gustabile, & gustare; & in tactiua, tactiuum, tangibile & tangere. Et in vnaquaque harum potentiarum, procedit consideratio, primo de vna parte, secundo de diuersis partibus, tertio de partibus in ordine ad totam potentiam, & quarto de modo, quo tota potentia emittit similitudinem sui circa obiectum cognoscendum; & horum omnium notitia habetur faciendo titulos & quaestiones per modum artis multoties assignatum, quo pacto etiam habetur maxima notitia, de quolibet instrumento naturali, morali & artificiali.

Verum quia modus attendi etiam potest circa medium cognoscendi, quale est lumen sensitiuum, in operationibus sensitiuis, (habet enim vnusquisque sensus proprium lumen, circa suas operationes cognoscendas & recte faciendas) & est lumen intellectiuum circa operationes intellectuales formandas: ideo in

hoc consideramus aliud esse lumen naturale, aliud gratiosum, aliud reuelatum, & aliud supernaturale, quale est lumen gloriae. Naturale appellamus quod insitum est a natura; gratiosum quod perfide seu gratiam habetur; reuelatum, quod per aliquam reuelationem traditur viatoribus; supernaturale & gloriosum, id quod traditur in gloria ad cognoscendum Deum. In modo naturalis luminis, quod dicitur lux, seu cognitio quadam sine errore intellectui possibili, impressa; de communi cursu naturae attenditur, quod est proprium omnium hominum, ita ut nascatur cum ipso homine, & cum eo vigeat & augetur, nec se ultra naturalia possit extendere: & restringitur ad substantias & accidentia naturalia. Et per hoc philosophati sunt omnes magistri, & philosophi gentiles quarentes cum illo, Deum in vna parte mundi, ut in elementalibus materia, vel in multis partibus, ut in caelis, plantis, animalibus, & homine; nec sic potuerunt inuenire Deum & euauerunt in cogitationibus

nibus suis. Supra quod lumē, ascenderunt Christiani perfidem, querentes Deum, & inuenerunt eum. Ad huc altius aliqui eorum, habuerunt perreuelationem, maiorem notitiam, & maximam habēt, qui sunt in statu gloriæ. Quorum luminū cognitio, diuersimode habetur per artē, per principia & regulas, ad hæc applicando secundum conditionē & modum cuiusq; eorum. Sic ageretur de lumine naturali per se; de gratuito per se; de reuelato per se; & de glorioso per se; faciendo titulos, de communicatione luminis naturalis, de magnitudine, de duratione, de potestate, & ita de alijs, & in his titulis formarentur quæstiones modo prædicto, Vtrū, quid, de quo. Et finitis titulis & expletis, per quæstiones ascendendo, ad secundam regulam modalitatis, faceremus comparationem, de isto lumine ad alia lumina, per fidem reuelationem & gloriam, comparātes naturale lumen, cum lumine fidei, cum lumine reuelationis, cum lumine gloriæ; sic efficientur tituli de communicatione luminis naturalis

cum fide; de extensione luminis naturalis ad fidem; de conseruatione luminis naturalis cum fide; de potestate luminis naturalis cum lumine fidei; de ordine luminis naturalis ad lumen fidei; de appetitu luminis naturalis ad lumen fidei; de virtute luminis naturalis in fide, de veritate luminis naturalis in fide. Et fierent tituli de communicatione luminis naturalis cum lumine reuelationis; de communicatione luminis naturalis cum lumine gloriæ; an se extendat lumen naturale ad lumen gloriosum cognoscendum? an cōseruetur cū eo? & ita de alijs titulis & quæstionibus in infinitum excogitandis. Et cum existis quatuor luminibus tatis, consurgat lumen quodā generale & velut totale, quod se extendit ad naturalia obiecta cognoscenda, & supernaturalia credenda, ad reuelabilia noranda, & ad gloriosa cognoscenda; de tali totali lumine, fierent tituli videlicet, de communicatione luminis totalis, respectu obiectorum naturaliter cognoscendorum per fidem, reuelationē & lumen gloriæ, attingendorum;

rum; de magnitudine talis luminis, de duratione, de potestate. Et ita in quolibet alio principio efficientur tituli, & agerentur quæstiones, vt an detur lumen quod prædicta omnia compræhēdat? an possit durare & haberi? quid sit? de quo sit? &c. Qua expleta consideratione transit intellectus per quartam regulam modalitatis, ad quærendum, quomodo lumen naturale emittat similitudinem sui in declaratione & manifestatione rerum naturalium; quomodo lumen fidei id faciat in his quæ credit; & lumen reuelatum, in his quæ habet per reuelationem; & lumen gloriæ, in eis quæ per illud cognoscuntur, & pro vt hæc sigillatim lumina emittunt similitudinem propriam, consideratur quomodo lumen compactum & veluti coadunatum ex his quatuor luminibus emittat similitudinem sui. In quo iam aliter intellectus procederet, formando titulos per principia de tali emissionem similitudinis, & faciēdo quæstiones circa eam, vt de communicatione, magnitudine, duratione, potestate talis similitudinis,

Vtrum sit, de quo sit, & in quo consistat talis similitudo?

Secunda pars regulæ de K. agit de instrumentalitate, in qua consideratione comprehendit omnia rerum instrumenta, sine quibus res esse aut operari non possunt, tam in materialibus, quam in moralibus, in quorum vnoquoq; instrumento, considerat author quatuor modos operandi, sicut & in præcedenti regula de modalitate ostēsum est. Prius enim aduertitur operatio instrumenti in aliqua parte determinata; deinde in ordine ad alias partes; tertio in ordine partium ad totum, aut totius ad partes, & ultimo in emissionem similitudinis totius ad extra. De quo ponit author exemplum quærendo cū quo est intellectus in parte, & pars eius in alia parte, & partes in toto, & totum in partibus? ad quod respondet, quod ipse est cum suis correlatiuis, in vno tamquam in parte; in pluribus tamquam pars in parte, & illa correlatiua in toto, intellectu tāquā totum in partibus, & intellectus emittit

similitudinem sui per eadem partes in eo existentes.

Quæ ut magis explicentur, & pateat modus operandi instrumentaliter, oportet. obseruare instrumentum generaliter dici illud, per quod aliquid effici potest, ab aliquo agente coniuncto, aut disiuncto: unde cum reperiuntur agentia naturalia, moralia, & intellectualia, in his oportet obseruare rationem instrumenti. In naturalibus, & materialibus inuenitur, quatenus hæc operantur medijs qualitibus. Sic elementa quasi intrinseca instrumenta habere dicuntur, ad operandum, ut ignis agit cum calore sibi intrinseco & naturali; terra cum siccitate; aqua cum frigiditate; & aer cum humiditate: quibus adinuicem operantibus efficitur mixtum, & componitur ex quatuor elementis. In qua compositione, ut patet, prius ignis consideratur habere in se tamquam pars mixti, calorem seu instrumentum suum; deinde operatur & conuenit per illum, ad mixtionem cum alijs par-

tibus; postea omnes partes adinuicem mixtæ sunt cum suis instrumentis, cum toto mixto; quod etiam quarto modo per eas emittit similitudinem sui secundum omnes qualitates & instrumenta naturalia quæ habet. Et hæc in homine demonstrantur, in quo ignis apparet; in calore, similitudo terræ, in sordibus & excrementis siccis, velut capillis, similitudo aquæ; in sputo & alijs humoribus aqueis; similitudo aeris, in humiditate sanguinis, & halitus, instrumenta enim quæ sunt velut connaturalia ipsis elementis, ad operandum habent tamquam talia operationem instrumentalem propriam, vñ quodque in se, communem in partibus & in toto, prout existit & conseruatur totum & emittit similitudinem sui, quorum cōsideratio per nostram artem habetur, si prius operationem instrumenti partialiter notemus. Et sic aduertimus qualitatem ignis, calorem scilicet, per quem operatur ignis tamquam pars, & in eo applicando artem ad prædictam qualitatem, efficitur titulos

titulos de calore instrumēto in igne, videlicet de cōmunicatione instrumentali caloris in igne; de magnitudine talis instrumēti in igne; de duratione, de potestate, de instinctu, de appetitu, de virtute, & veritate, & alijs. In quibus excitatur quæstiones diuersæ generales & speciales ad cognoscēdū quomodo ignis per calorē tamquā per instrumentū operetur, quod etiam fit & consideratur in terra, aqua, & aere; per quē modum habetur maxima notitia elementorum, & operationum eorū in mixto. A quo ascendit cōsideratio ad ens vegetabile quod habet vitam, in quo consideratur nutritiua, quæ habet quatuor potētias, seu instrumēta, ad operandū; attractiua, per calidū & siccū; retentiua, per frigidū & siccū; digestiua, per calidū & humidum; & expulsiuam, per frigidū & humidū. Secunda potentia instrumentalis vegetatiuæ est, augmentatiua, seu vis augendi, in qua calor naturalis disponit alimētum, ut conuertatur in substantiam aliti, & illud augeat. Tertia est vis generatiua, cuius finis est generare aliquid simile

vegetabile, medio calore & cōcursu aliorum elementorū, quatenus in natura vegetabili reperitur aliqua forma, quæ intendit communicare suam similitudinem, alijs plantæ, quæ est ratio productionis & multiplicationis plantarum & vegetabilium. In quibus modo prædicto, agemus de omnibus instrumentis nutritiua, augmentatiua, & generatiua, potentiarum, quæ reperiuntur in vegetabili, ut verbi gratia, de cōmunicatione virtutis nutritiua; de extensione, de duratione, de potestate, de virtute, & ita de alijs. In quibus titulis excitantur quæstiones, Vtrum, quid, de quo, & ita de alijs, quod fieret in attractiua retentiua, digestiua & expulsiua, quæ sunt velut instrumenta ad nutriendum, quatenus per hæc suas efficit operationes nutritiua. Qua finita cōsideratione ageremus de augmentatiua, postea de generatiua, & in qualibet earum procederemus per modum datum in regula instrumentalitatis, agendo prius de generatiua, prout est in principali parte, deinde de eadē generatiua prout

prout refertur ad alias partes, deinde de actibus & operationibus partiū in tota virtute generatiua, & vltimo per quartā speciem, de eadem generatiua, prout emittit similitudinē sui. Quo pacto relucet iam notitia quasi immensa, de consideratione cuiusque plantæ, vt si verbi gratia in rosa, at- tenderemus compositionem elementalem & eam per artē tractaremus eo modo quo supra egimus de mixto, deinde sub ratione vegetabili, quatenus in ea reperiuntur, nutritiua, augmentatiua, & generatiua alterius rosæ; modo dicto in consideratione vegetabili, haberet intellectus cognitionem profundissimam, & amplissimā, & eodem modo philosopharemur de quolibet alio vegetabili. Vnde ascendit consideratio, ad notandum in homine potentias sensitivas exteriores, quales sunt visus, cuius medium est perspicuum, & instrumentum seu organum oculus; auditus, cuius medium est aer motus, & instrumentum, timpanum auris; olfactus, cuius medium est aer & instrumentum, carūculę descendentes a cerebro,

similes duobus capitibus mammillarum, per quas peruenit species odorabilis. & sensum facit; gustus, cuius medium intrinsecum est, caro spongiosa, & extrinsecum, humiditas saliualis, organum vero & instrumentum nervus per linguam expansus descendens a cerebro; tactus, cuius medium est caro, cooperiens nervos, instrumentum vero est nervus, multipliciter ramificatus, admodum vestis regens totū corpus. Quę quinque potentie sensitivę, habent proprios actus, visus, in colorem & lumē; auditus in sonum, acutū, grauem aut intermediū; olfactus in odorem bonum aut malū; gustus in sapes. amaros, dulces, aut intermedios; tactus in caliditatem, frigiditatem, durum, mollitiem, asperitatem, lenitatem, & alias qualitates inde sequentes. Et sic per artem in qualibet istarū quinque potentiarum fieret consideratio, per principia faciendos titulos, vt verbi gratia de actu, seu communicatione tactus, de magnitudine tactus, & ad quę se extendat, de duratione tactus, de potestate, & ita de alijs principijs.

An.

In quibus & in vnoquoque eorum, excitantur quęstiones generales & speciales; verbi gratia, Vtrum tactus possit communicari omnib⁹ tāgibilibus? quid sit tactus? quid sit in se tactus? quid habeat in se tactus? quid sit materialis tactus? quid habeat in animali tactus? & sic consequenter per omnia principia, & modos quęrendi artis considerata & applicata per artem. Et sicut datum est breue & summarium exemplum in tactu, potest quoque in gustu, olfactu, visu, & auditu fieri, componendo innumerabile tractatus & quęstiones de istis potentijs sensitivis exterioribus. A quibus ascendit intellectus ad superiores & interiores potentias sensitivas: quales sunt apprehensiva & motiua in animali, & in apprehensiva considerat sensum communem, cui redduntur omnia sensata, & est centrum aliorum sensuum, a quo deriuantur tamquam rami, cuius organum est prima concavitas cerebri maxime humida, obiectum vero est sensibile seu sensatum, vt cognoscibile, cuius actus sunt distinguere inter propria sensata,

vt inter colorem & sonū, percipere communia sensata, sicut motum, quietem, magnitudinem, figuram, numerum, percipere sensationes exteriores, quatenus scilicet sentio me sentire & video me videre. Inde proceditur ad phantasiam, seu imaginationem, secundam potentiam interiorem quę est motus factus a sensu, secundum actum quę habet pro organo, secundam concavitate cerebri minus humidam, & sequentem præcedentem dictam concavitatem, quę habet pro obiecto, sensibile sensatum vt reseruable in ea, cuius actus est retinere speciem vel similitudinem insensibilem, quam accipit a sensu in absentia ipsius sensibilis. Tertia potentia est æstimatiua, quę dicitur cogitatiua virtus, quę apprehendit de sensato, id quod non est sensatum, sicut intentiones: quę potentia in brutis situatur in posteriori parte capitis; in hominibus vero in media cellula cerebri vel in summo eius, & dicitur fillogistica; & eius obiectum est intentio bonitatis & malevolentię, conuenientię, disconuenientię, vtilitatis vel nocenti,

cumentis, vt elicibilis à forma imaginatiua; & actus eius est apprehendere intentiones sensibilium, per quam potentiam ouis cognoscit inimicitias lupi, & gallina naturaliter fugit vulpem. Quarta potentia sensitua interior est virtus memoratiua, quæ proprie nõ est apprehensiuua & cognoscitiua, sed conseruatiua intentionũ, quas apprehendit æstimatiua; & in hominibus, est reminiscẽtia, cuius organum est postrema concauitas cerebri, obiectum vero intentio elicitã ab æstimatiua, in quantum est reseruabilis: actus vero eiusdem potentia est retinere de intentionibus sensibilium, id quod apprehendit æstimatiua. Et hæc quæ norantur de potentia apprehensiuua, seu sensitua natura interiorum sensuum, dilatantur per artem faciendõ titulos per eam, de communi potentia apprehensiuua, & sensitua, vel de sensu communi; de phantasia, de æstimatiua, & memoratiua.

Vt si in ista posteriori efficeremustitulos, de actu, seu communicatione memoratiua; de magnitudine memoratiua; de duratione, & con-

seruatione memoriæ; de potestate memoriæ; de ordine memoriæ; de appetitu memoriæ; de virtute memoriæ; de firmitate memoriæ; de quiete & delectatione memoriæ; de differentijs memoriæ; de conuenientibus memoriæ; de contrarijs memoriæ; de causis memoriæ; de medijs memoriæ; de fine memoriæ; de maioriã memoriæ; de æqualitate memoriæ; de minoritate memoriæ; & in vnoquoque istorum titulorum, & aliorum, hæc possunt multiplicari per duo tria & maiori numero sumpta principia. Circa quæ agitantur diuersæ quæstiones, tam generales quam speciales, vt si in titulo de maioriã memoriæ, excitaretur quæstio, vtrũ possit esse in vno maior memoria quam in alio? quid sit illa maioriã? de quo aut vnũ de proueniat, in quo consistat? & ita de alijs quæstionibus formandis in quolibet titulo, quæ nequirent modo præ multitudinem recenseri, in sola potentia memoratiua, quarta parte potentia apprehensiuæ.

Postquam aduertimus secundam

cundam potentiam generalem animæ sensitua, quæ dicitur potentia motiua, cui per modum dirigentis, deseruiunt phantasia, seu sensus communis, ostendendo formas sensibilium prosequendorum vel fugiendorum, vt colorem, saporem, odorem, figuram, numerum & huiusmodi; & æstimatiua præsentando intentiones sensibilium sequendorum vel fugiendorum sicut utilitatem, nocentiam, conuenientiam, vel disconuenientiam, delectabilitatem, vel tristitiam eorum. Vel est potentia motiua per modum imperantis, quæ à phisicis dicitur appetitiua, à Theologis sensualitas, quæ est duplex, alia dicitur concupiscibilis, & alia irascibilis; concupiscibilis est vis imperans motum ad ea quæ æstimantur necessaria & utilia appetitui delectandi, cuius obiectum est bonum simpliciter & absolute: & eius actus sunt respectu prosecutionis boni, concupiscere, desiderare, gaudere, letari, amare, & diligere; respectu autem mali quod est contra bonum amatum, fugere, abominari, dolere, tri-

stari, odisse, contemnere, quæ propria sunt ipsius potentia concupiscibilis.

Irascibilis vero est vis imperans moueri ad repellendum a se quod existimat nocuum, aut corrumpens appetitum vincendi, cuius obiectum est bonum arduum, & expediens, & talis potentia est velut defensatrix potentia concupiscibilis secundum duplicem dispositionem, quæ in ea potest reperiri, scilicet corroborando ipsam concupiscibilem in bono appetito, & comprehenso, aut defendendo eandem concupiscibilem, ab imminente malo, aut ab eo, quod illum debilitat. Per modum exequentis consideratur virtus motiua pro vt exequitur affectus animæ, per motionem potentiarum, aut membrorum; & hæc est duplex alia generalis & alia particularis.

Generalis est virtus motiua situata in postrema parte cerebri, in qua est ordo & instrumentum ad mouendum, a quo oriuntur nerui motiui scilicet ab interiori neruo sensitiuo ramificato per totum corpus, & hæc

hæc dicitur generalis vis motiua, quæ diffunditur per totum corpus. Particularis vero est in singulis membris, seu quædam determinata vis motiua, originata a generali virtute; & hæc est quadruplex, alia contractiua, ex qua non procedit motus aliquis de loco ad locum, sed in eodem loco existens, animal contrahit & extendit membra, vt apparet in cochilibus. Alia est vis progressiua, vel principium transeundi de loco ad locum, a qua procedit virtus gressiua in animalibus: terrestribus gradientibus, volatiua posita in alis auium; reptatiua, in costis & ventre serpentium, & natatiua in piscibus. Tertia autem particularis vis motiua, dicitur principium operandi cuiuscumque organi, qualis est ea, quæ reperitur in manibus, brachijs, pedibus, & ita de alijs membris. Quarta particularis vis motiua, dicitur vocatiua, quæ est principium emittendi vocem secundum apprehensionem, & hæc est indicatiua affectionum, cuius organum est pulmo & vitalis arteria, quæ proinde solum in animalibus reperitur.

De qua parte scilicet vocatiua, vt sit in exemplum aliarum potentiarum, quæ reperiuntur in parte motiua animæ sensitivæ, applicabimus artem, faciendos titulos, de communicatione seu actiue vocis; de magnitudine vocis; de conseruatione vocis; de potestate vocis; de ordine vocis; de amabilitate vocis; de virtute vocis; de veritate, de gloria, seu suauitate vocis; de differentijs; de harmonia & concordantia vocum; de contrarijs voci & potentiæ vocatiue; de causis, de medijs, de fine, de maiori tate, æqualitate aut minoritate. Et in singulis titulis agerentur quæstiones, vtrum sit vis vocatiua? quid sit? de quo, in quo consistat? & ita de alijs quæstionibus, tam generalibus quam specialibus considerandis in potentijs apprehensiuis animæ sensitivæ, & in potentijs motiuis eiusdem, a qua ascendit intellectus ad consideranda instrumenta naturalia animæ intellectivæ.

Sicut hætenus docuimus, modum considerandi instrumenta naturalia, elementorum, & mixtorum vegetabilium, & animalium sensitiuorum, ita

pro-

procedendo vterius, consideranda sunt in potentijs animæ intellectivæ, quæ (vt supra diximus de sensitiva) ita etiam duplicem habet rationem apprehensiuam, scilicet seu appetitiuam & motiuam. Apprehensiuæ est vis intellectiua, quæ est incorruptibilis & non vitur organo corporeo, quæ diuiditur secundum varias considerationes naturæ ordinis & exercitij, & sic diuiditur secundum ordinem naturæ, anima intellectiua, in intellectum agentem, qui illuminat formas, vel species sensibiles existentes in imaginatione vel estimatione, & illuminando abstrahit eas & abstractas copulat, cuius obiectum est quidditas rei materialis; & in intellectum possibilem qui est velut tabula nuda picturarum, nullam habens speciem actu, potentia tamen susceptiua est omnium specierum.

Et sic talis intellectus, habet quatuor nomina; materialis enim dicitur quando solum est in potentia, nullam habens formam vel speciem intelligibilem dispositus intellectus appellatur, quando habet in se principia & propositiones,

quæ non aliunde sed perse sunt notæ, vt omne totum est maius sua parte, de quolibet est vera affirmatio vel negatio, si ab æqualibus æqualia adimas, quæ remanent sunt æqualia; dicitur etiam quandoque adeptus vel perfectus intellectus, quando habet conclusiones, quæ sequuntur ad principia, sed non est conuersus ad illa, per actualem considerationem & accommodatus intellectus vocatur vel in actu, quando hæc actu considerat; respectu autem exercitij quando intellectus exercet suas operationes, dicitur habere quatuor alias potentias, seu instrumenta per quæ operatur.

Prima dicitur potentia inuentiua vel inuestigatiua, quæ est inquisitio veri perse, vel experientia per modum compositionis vel resolutionis, vel per modum cognitionis causæ ad effectum vel e contra; ad quam requiruntur ingenium, quod est extensio intellectus ad intellectorum cognitionem. Experientia quæ est rerum certitudo facta per sensum; apprehensio quæ est simplex acceptio rei intelligibilis, vt hominis vel bouis; conceptio quæ

N. est

est complexa intellectualis acceptio, vel compositiua, vt homo est animal; vel diuisiua vt homo non est lapis; ratiocinatio quæ est discursus intellectus ab vno in aliud, a principio ad conclusiones, vt in silogismis & consequentijs.

Secunda dicitur potentia iudicatiua, seu actus intellectus, quo discernitur vnum ab alio, & verum à falso; quæ secundum se considerata habet perfectiones proprias, ingenium, experientiam, apprehensionem, conceptionem, & ratiocinationem, quæ pertinent ad iudicatiuam, vt sunt ab alio; ad inuentiuam vero vt sunt à se. In quantum vero talis iudicatiua iungitur sensibili, habet quinque actus, discretionem, dubitationem, opinionem, fidem, & scientiam. Tertia potentia exercitatiua intellectus, est interpretatiua, quæ dicitur ex cogitatio, vel configuratio, seu confirmatio cogitationis, ad exprimendum exterius conceptum quem habemus interius, ad quam sequitur significatio, quæ est demonstratio ex cogitationis formata, per signa vel verba, & fit potissime per loquutionem,

seu vocalem prolationem, cum intentione significandi vel proferendi, & talis non potest conuenire irrationalibus.

Quarta potentia animæ intellectualiæ exercitatiua, dicitur potentia memoratiua, quæ est thesaurus specierum intellectarum; cuius actus sunt retinere species intellectas, vel conceptas, representare re-rentas, reparare ex alio deperditas, ex loco, ex tempore, & alijs signis, quæ per artem memoratiuam traduntur, ad bene memorandum. Et sicut in potentia apprehensiuâ & generali animæ, possumus applicare per artem principia, faciendos titulos generales; de communicatione potentiæ apprehensiuæ intellectualiæ; de magnitudine, de duratione, de potestate, de instinctu, de appetitu, de virtute, de veritate, de quiete, de differentijs ab alijs particularibus potentijs, de conuenientia cum illis, & ita de reliquis principijs; & generales circa tales titulos excitantur quæstiones, vtrum scilicet, de quo, quare, & ita in alijs; sic possumus de intellectu agentis, possibili, de inuentiuâ, de iudicatiua, de inter-

interpretatiua, & de memoratiua & de his quæ circa eas notata sunt philosophari, vt verbi gratia si de iudicatiua ageremus applicarem principia artis, per modum titulorum dicendo, de actu, seu communicatione iudicandi intellectus; de magnitudine iudicij intellectus; de duratione intellectus in iudicando; de potestate, de sapientia, de libertate, de virtute, de veritate & ita de alijs principijs positus, per modum titulorum. In quibus excitarentur quæstiones generales & speciales scilicet vtrum sit vis iudicatiua in intellectu? quid sit talis vis? quid habeat in se? quid sit in homine? quid habeat in homine. Et ita per reliquos modos quærendi procederemus in quolibet titulo, & præsertim in nostro proposito per regulam instrumentalitatis, quærendo quid sit instrumentum concurrentis cum alijs partialibus instrumentis? quod sit instrumentum totale iudicij? & quod sit instrumentum quod emittit & facit veram similitudinem iudicij. Quod itidem considerandum est in generalibus &

particularibus potentijs animæ intellectualiæ, in qua vt in principio considerationis eius notauimus, præter generalem potentiam apprehensiuam, datur quoque appetitiua, seu motiua potentia in voluntate situata, cuius obiectum est bonum verum, vel bonum apprehensum sub ratione boni, cuius actus sunt vel elicit respectu finis velle contedere, frui; respectu eorum, quæ sunt ad finem eligere consentire, vt; vel sunt imperati actus voluntatis, rationis & appetitus sensibilis, in concupiscibilivt amare, odisse, concupiscere, fugere, vel abominari, delectari, tristari vel dolere; in irascibilis sperare, desperare, timere, audere, & irasci.

Alij etiã actus imperati, deprehenduntur in membris animalibus, prout deseruiunt appetitui sensitivo, rationi aut voluntati. In quibus & circa omnia quæ dicta sunt de potentia appetitiua seu motiua animæ, qualis est voluntas, applicanda sunt principia artis, per modum titulorum, quærendo de instrumento partiali voluntatis, rationis aut appetitus; de partialibus instrumentis concurrentibus ad operationem voluntatis, rationis,

tionis, aut appetitus; de totali instrumento in qualibet istarū triū potentiarum & de modo quo, instrumentū totale emit tit in qualibet earum similitudinem sui ad extra. Et hoc idē deprehenditur, factis titulis, per principia, vt de actu seu cōmunicacione voluntatis de magnitudine voluntatis ad omnia desiderabilia; de duracione voluntatis, de potestate, ordine, appetitu, virtute, veritate, gloria, differentijs, cōcordantijs, & ita de alijs, in quibus singulis titulis agitantur decem modi quærendi generales, & alij speciales, qui sunt in regulis secundum ordinem titularum. Per quem modum, haberetur maxima notitia de voluntate, quæ cū libera sit potentia, libere quoque exercet actus virtutū, iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis, tēperantiæ, fidei, spei, & charitatis, & aliarū virtutū, quæ ad prædicta, referuntur, quæ dicuntur instrumenta moralia, per quæ anima iusti meretur consequi coronā, tali quoq; nomine appellatur gratia, dona Spiritus sancti, beatitudines, & fructus spiritus; alia etiam charismata spiritualia, siue pertineant ad

intellectum, siue ad volūtate quatenus hæc sunt velut instrumenta, per quæ homo operatur (diuino auxilio præsupposito) propriam salutem & mores suos componit, a quibus denominatur instrumenta moralia. Præter quæ datur quoq; artificialia instrumenta ordinata ad operationes hominū, tam intellectuales, quam voluntarias, respectu vitæ & commoditatis hominum.

Alia enim sunt instrumenta artificialia, quæ deseruiunt pro conseruatione naturali hominis respectu nutrimenti corporis, qualia sunt pistorum instrumenta ad faciendum panes & instrumenta eorum qui vinū conficiunt, vineas, & agros colunt, & alia efficiunt & quibus nutrimur. Alia sunt, quæ requiruntur ad conseruationem vitæ, qualia sunt vestes, & ea quæ hominem protegunt, & liberare possunt eum a qualibet inclementia aeris, aut alterius mali imminentis ab alio. Alia sunt quæ respiciunt ordinationē hominum & quietem eorum in republica, vel regno, qualia sunt arma bellica, vel ea instrumenta, quæ deseruiunt in pace conseruanda.

Alia

Alia sunt instrumenta quæ deseruiunt delectationi corporis vel animæ, vt apparet in omnibus artibus, quæ ad recreandos & delectandos homines inuēre sunt; habet enim quæq; ars propria & determinata instrumenta. artificialia ad suum finem determinata; intellectus quoque habet sua intellectualia instrumenta, per quæ agit operationes suas, quales sunt diffinitiones, diuisiones, & argumentationes, quæ possunt appellari, notionalia instrumenta; artes quoq; intellectum dirigentes (qualis est nostra) instrumenta vocantur.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM, IN quo traditur textus regulæ de quando, quæ durationem rerum querit & in eius explicatione quomodo temporalia, æterna, & eterna, nostro modo cognoscantur durare, aduertitur.

TEXTVS.

Septima regula, querit de tempore, & habet quindecim species, vt patet in arte magna, per regulas C. D. K. significatas: sed quia hæc ars est breuis, ideo sub breuibus verbis tradimus ipsam regulam, sicut quando queritur, per quem modum intellectus est in tempore, cum ipse non sit punctualis, neque linealis: Ad quod respondendum est, quod intellectus est in tempore, quia est inceptus & nouus, & consistit in tempore successiue, mediante motu corporis, cum quo est coniunctus.

N 3. EX.

EXPOSITIO TEXTVS

IAM nunc apparet ex textu, ratio seu causa propter quam, explicamus primo regulam modalitatis & instrumentalitatis; cum dicat author in explicatione septimæ regulæ, in qua de tempore, seu duratione rerum agit, quod hæc regula habeat quindecim species, per C. D. K. significatas; hoc est per regulam quid, de quo, quo modo, & cum quo, secundum quas oportet nos respondere ad omnia quæ sita per hanc regulam quando; siue per vnâ speciem earum; siue per plures. Ponit author quasi breue exemplum ad intelligendam methodum in intellectu, sed quia non est satis explicatum & manifestum ali quibus & illud posuit in arte magna, inde trahimus illud desumptum ex regulis notatis secunda, tertia, nona, & decima. Vt si quærat de intellectu quando sit? respōdebimus per primam speciem regulæ Quid, quod tunc est quando suum esse est; per secundam quod tunc est, quando habet suas partes sibi essentialis, intellectiuum, intelligibile, &

intelligere; per tertiam dicitur esse tūc, quando est in alio tamquam in subiecto; & per quartam speciem tunc dicitur esse, quando intelligit similitudinem alicuius rei.

Per primam speciem regulæ de quo, dicitur intellectū, esse in tempore, quando est sua primitiuitas, seu origo in tempore; quando est deriuatio suarum partium intellectualium per secundam speciē; & per tertiam quando possidetur ab aliquo. Per regulam K, prout pertinet ad modum; tunc est intellectus, quando est pars modificata & determinata in aliquo ente; quando vt pars concurrat cum alijs partibus eiusdem entis; quando totus intellectus resultat ex suis partibus essentialibus; & continetur in eis; quando emittit similitudinem sui, quæ sunt quatuor species regulæ modalitatis.

Per alias quatuor species regulæ instrumentalitatis, dicitur esse in tempore; verbi gratia quando est instrumentum partiale, respectu vnus partis intellectus vt intellectiuum.

Secundo

Secundo quando concurrat tale partiale instrumentū cū alijs partibus intellectus, ad intelligendum. Tertio quando totus intellectus consistit, tamquam totale instrumentum ad intelligendū. Quarto, quando emittit similitudinem sui per aliquam operationem intellectualem, qualis est loquutio, discursus, ratio cinatio, & alia huiusmodi, quæ intellectum manifestant esse.

Verum vt hæc magis explicemus & rationem durationis, per hanc regulam explicandam generaliter aduertamus, tam in temporalibus & materialibus rebus, quam in spiritualibus, æternis scilicet & eternis, necesse est vt adducamus exemplum de his naturis. Et quia temporalia sunt nobis manifestiora, in his, quaremus primo de homine, quantum ad esse temporale, corporale, temporaneum. Pro quo notandum primo tempus dupliciter distingui; sumitur enim vno modo pro mensura durationis creatæ, seu finitæ, & ita includit euiternitatē; quo pacto S. Bonauent. q. 4. dist. 2. lib. 2. cum Beda D. Thom. dicunt quod quatuor primo fuerunt

creata, Angelica natura, materia informis, cœlū empireū, & tempus. Alio modo accipitur strictè pro mēsurâ durationis motus, vel rei permanētis generabilis, & corruptibilis, & sic nō est mēsurâ rerū perpetuarū, vt Angelorum; & diffinitur ab Aristotele numerus motus secūdū prius & posterius; seu mēsurâ discretiua & determinatiua durationis motus, secūdū quod iste per prius & posterius correspondet mēsuræ, seu durationi, quæ motū mēsurat secundum prius & posterius; & hoc tēpus seu mēsurâ dicitur esse tāquam in subiecto in primo motu, cœli, qui est veluti mēsurâ reliquorū morū & actionū tēporaliū, quæ sunt in rebus corporalibus. Taleq; autem tempus secūdū rationē formale dicitur esse ratio discretiua animæ, qua animaduertit prius aut posterius in motu & in quibusuis alijs operationibus; secundum vero rationem materiale dicitur esse motus; quia motus est materia super quā, & in qua demonstratur duratio tēporis. Vt verbi gratia in motu seu defluxu arenæ in horologio vitreo mensurat & discernit anima

N 4 horam

horā, quam non posset aduertere, neq; durationem comprehendere, nisi fuisset motus arene. Sic diffinit Ricardus in 2. sententiarum distinctione 2. q. 1. tempus esse durationē, seu moram motus, ab anima numerante, quæ mediāte motu mensurat continuationes, vel durationes aliorum; quo pacto secundum prius & posterius, quod consideratur in motu primi mobilis, considerantur instantia & momenta temporis, minuta seu momenta.

In quibus in præsentī oportet obseruare, quod ad vnū pūctū motus in cælo, dātur decem momenta; & vnum minutum horæ, habet quindecim minuta vnus gradus in cælo, secundum quod mēsuratur motus cæli. Inde considerantur quarta pars horæ, dimidia hora, partes diei, mane, meridies, occassus, media nox, & ex his integratur dies, qui dicitur spatium durationis motus per viginti quatuor horas. A diebus procedunt septimanæ, quasi septem dies, & mane; à septimanis, menses à mēsis; ver, & æstas, autumnus, hiems, quæ sunt spatium

trium mensū; ab his quatuor partib' iūctis procedit annus, qui est spatium, duodecim mensium, indictiones, lustra, iubilei, & seculum, quod est spatium & duratio centum annorum.

Per quas partes & alias durationis & temporis, mensuratur res temporaneæ & corporales: quarum tractationem si velimus per artem facere, applicaremur principia & quæstiones. Vt verbi gratia in cōsideratione diei, agentes de actu, seu de communicatione diei; de magnitudine diei; de duratione diei; de potestate. Ita quoque de anno consideraremur, ordinem anni per sapientiam; partem anni magis amabilem, per voluntatē, virtutem anni, veritatē, quietem. Tractaretur quoque de differentijs annorum; de conuenientijs anni, de contrarietibus anni. Ita de septimana ageremus, considerando causas septimanæ; medietatē septimanæ; finem septimanæ; maioritatem, aut æqualitatē, vel minoritatem. Sic etiam de seculo, de lustro, indictione, iubileo, & alijs mensuris temporis, determinaremus per

per artem applicando principia, primo ad tempus, deinde ad omnes partes temporis modo dicto.

Et ita in quolibet titulo, excitaremur quæstiones videlicet, vtrum sit seculū? quid habeat in se? quid sit in alio? & quid habeat in alio? de quo sit primitiue, deriuatiue & possessiue; in quo consistat formaliter & ita de alijs regulis & principijs applicandis, in partibus seu in toto tempore. Cuius rationem inquirendo in rebus materialibus, per septimam regulam quando, dicimus per tres literas. C. D. K. tempus esse, vbi est absolutū esse rei materialis; vbi sunt partes componentes rei materialis; vbi sunt inclinationes rei materialis; vbi sunt actus rei materialis; vbi originantur res materiales; vbi deriuantur a suis causis res materiales; vbi possidentur res materiales aut aliquid possident; vbi est pars rei materialis; vbi pars rei materialis concurrat cum alia parte; vbi partes materiales componunt totū; vbi totum emittit similitudinem; vbi est instrumentum parziale intrinsecum rei materialis;

vbi sunt partialia instrumenta coniūcta; vbi est torale instrumentū rei materialis; vbi instrumentum totale rei materialis emittit similitudinem sui.

Per quos quindecim modos respondendi per regulā, quando, dicimus hominem tunc esse per primam speciem regulæ Quid, quando est totū esse corporale & spirituale absolutum hominis; & per secundam speciem regulæ Quid, tūc esse, quando sunt forma naturalis corporeitatis & materiæ in eo; & per tertiam speciem eiusdem regulæ tunc esse, quando sunt inclinationes corporales hominis, & per quartam speciem tunc esse, quando corpus habet aliquam actionem in alio.

Item per regulam De quo, tunc esse hominē quo ad corpus, quando causatur & originatur ab alio; quando partes deriuantur & vniuntur in eo; quando corpus hominis possidetur ab alio, vel ipsum possidet aliquid, & hoc per tres species regule de quo, primitiuam, deriuatiuam, & possessiuam. Item per regulā modalitatis, tunc esse hominem quoad corpus, quando

pars hominis modificatur & determinatur; tunc quādo vna pars ordinatur ad alias; tunc quando totum esse corporale hominis integratū est, ex suis partibus; tunc quando emittit similitudinē sui, quæ sunt quatuor species regulæ modalitatis: quas etiam considerando in eodem numero in regula instrumentalitatis, dicimus tūc esse hominem quo ad corpus, quando est instrumentum parziale corporis hominis, quando sunt plura instrumenta tãquam partes instrumentales corporis hominis; quando totale instrumentum corporis hominis, emittit similitudinem sui in alio.

Per quas species consideratas in regulis C. D. K. deprehēditur ratio tēporis, per essentialitatem rei, in regula quid; per materialitatem in regula de quo; per modalitatem in prima parte regulę K. & in secūda per modum instrumenti. Vbi enim aliqua reperiuntur & durant materialiter necesse est vt tēpus inueniatur, per quod ipsa durant. Et in vnaquaque harum specierū possumus adhibere, totam artē applicare, vt si dicamus de ac-

tu & communicatione temporis in esse absoluto corporis hominis; de magnitudine temporis; de conseruatione temporis in eo; de potestate temporis in tali esse absoluto; de appetitu temporis, de veritate; de gloria temporis, de differentijs, de concordantijs, de contrarijs, & ita de alijs principijs.

In quibus consideratis, secundū modum titulorū excitabuntur quæstiones scilicet vtrū actus & forma temporis sit in absoluto esse corporis hominis? quid sit talis actus temporis? de quo sit? in quo consistat? & ita de alijs modis quærendi, quousq; expleantur omnes tituli facti vel faciendi, in prima specie regulæ quid; deinde transimus ad secundam speciem, & ita ad omnes species eiusdem regulæ & aliarum notionū quæ reperiuntur in regulis de quo, de modo & instrumentalitate, per quas fieret in mensa consideratio, de formalitate temporis & de modo existendi & essendi in tempore, quod est propria ratio & formalitas quam regula quando inten-

dit

dit declarare. A quibus modis essendi per regulam quando, materialia & temporalia cognoscentes ascendimus ad modum cognoscendi illa quæ sunt, æterna, qualia sunt ea quæ habuerūt principiū sui esse, non tamē habuerūt finem, quod accidit ecōtrario in temporalibus, quæ cū habuerint principiū & durationē tēporalem, ita quoq; finem & tēporalem terminum habitura sunt.

Æterna dicuntur semper stabilia, postquam semel habuerunt esse, & sic diffinitur æternitas mēsuradurationis rerū creaturarum incorruptibiliū; quomodo Angeli dicuntur esse in aliqua duratione seu quādo, quatenus attēdūtur per eadē quindecim species supra notatas, esse scilicet absolutū Angeli, partes cōponentes essentialia Angeli, inclinationes Angeli, actus exteriores Angeli, originatio & creatio Angeli; deriuatio, seu constitutio ex partibus; possessio quatenus scilicet possidetur ab alio, vel ipse aliud possidet. Item per modalitatem notamus partes Angeli; per concursum vnius partis ad aliam; per totalitatem determinatam; per

emissionem similitudinis a tali totalitate. Item per viam instrumentalem, quatenus est parziale instrumentum Angeli, vt intellectus & voluntas. Item quatenus sunt partialia instrumenta concurrētia in eo, quatenus est vnum totale instrumentum operandi in eo, & vltimo quatenus operatur totaliter, & emittit sui similitudinem. Per quos modos intelligitur multipliciter posse esse Angelum in æternitate & mensurari ab ea, sicut factū est per quindecim prædictas species supra. In quarum vnaquaque poterit intellectus applicare principia & regulas faciendo diuerfos titulos, de ratione seu mensura æternitatis; scilicet, de communicatione & actu æternitatis in esse absoluto Angeli, de magnitudine æternitatis in eo; de duratione æternitatis in eo; de potestate æternitatis in eo; de ordine, de appetitu, de virtute, de veritate, & gloria æternitatis; de differentijs æternitatis; de concordantijs cū æternitate; de contrarijs æternitati; de causis æternitatis, de medijs, de fine perfectionis

in

in æuiternitate, de maiortate, equalitate, & minoritate.

Et ita in prima specie regulæ Quid, per istos titulos, & alios faciendos, per principia consideraremus æuiternitatē, & durationem Angelorū, applicādo regulas ad principia, per modū quæstionum. Vtrū scilicet possit æuiternitas mēsurare esse Angelicum & communicari illi? quid sit talis cōmunicatio, & mensuratio? de quo sit? quare? & ita de alijs regulis & modis quærendi generalibus & specialibus, in quolibet titulo vsq; ad finem titulorum.

Quibus expletis transit cōsideratio ad secundam speciē regulæ Quid, tertio ad tertiā, quarto ad quartam, quinto ad primā speciem regulæ de quo, sexto ad secundam speciē de quo, septimo ad tertiam speciem regulæ de quo, & ita consequenter procedēdo per octo species, quatuor desumptas ex regula modalitatis, & quatuor ex regula instrumentalitatis. Vbi iam repræsentatur velut abyssus quidam modi cognoscendi, quomodo Angeli & omnes spirituales substantiæ finitæ sint in quan-

do; non quidem per modum & mensuram temporis, sed alio superiori modo, inferiori tamen respectu æuiternitatis; de qua etiam erit agendum eo modo quo sequitur.

Quem admodum supra, explicantes regulam de quo, aduertimus perfectiones rerū creatarum, deseruire ad cognoscendas Dei perfectiones: ita quoq; seruantes eandem methodum, possumus obseruare mensuras rerum temporalium deseruire, non quidem ad mensurandam Dei æuiternitatem, cum sit ipsa infinita, iuuare tamen posse ad cognoscendum eam & perfectiones, quæ æuiternitati conueniūt. Sic notantes tempus & diuisiones eius, siue in præteritum, siue in futurum, siue in præsens, siue in instantia & momenta, seu minuta, quartam partē horæ, dimidiā & horam, siue per reliquas alias partes procedendo, quidquid perfectionis in eis reperiat, id totum in ratione durationis tribuendum est Deo.

Et quemadmodum in materialibus, & in æuiternis, philosophati sumus, & quæsiuimus modum, quo prima in-

tem-

tempore & alia in æuiternitate sint, per considerationē, & methodū regularum C.D.K. Ita modo per eandem regulas videndum erit quomodo Deus sit in æuiternitate sua, quæ est interminabilis vitæ possessio, tota simul & perfecta; seu duratio quædam inefficiēs & omnino immutabilis, cuius esse est semper totū, quod quidem licet inre non sit diuisibile cum sit simplicissimum, per cōsiderationem tamen artis & regularū prædictarum, diuersas possumus de eo humiliter & fideliter formare notiones; aliam secundum esse totale æuiternitatis, æuiternificatiuum, æuiternificabile & æuiternificare; aliam per inclinationes seu attributa æuiternitatis; aliam per actus æuiternitatis, aliam per primitiuitatem sine aliquo principio æuiternitatis; aliam per deriuationem eorum quæ ab æuiternitate dependent; aliam per possessionem æuiternitatis; aliā per modum partis in æuiternitate; aliam per modum partium in æuiternitate, nostro modo considerabilium; aliam per modū instrumenti partialis in æuiternitate; aliam per modū concur-

sus instrumenti partialis ad aliam partem in æuiternitate; aliam per modum instrumentalem totalem in æuiternitate; aliam per modum emissionis similitudinis in æuiternitate.

Quæ considerationes quauis vt iacent & apparent realiter & non debeant simpliciter & non debeant simplici enti, qualis est Deus attribui, in vno tamen simplicissimo, & infinito considerantur, quatenus id quod est infinitum in sua vnitate infinita perfecta compræhendit, quidquid perfectionis est & reperitur in entibus creatis.

Secundum quem modum per regulam, quando, aduertimus quindecim modos essendi in æuiternitate, & dicimus tunc esse in æuiternitate, quādo est esse totale essentiale infinitum; quando dantur perfectiones essentielles considerabiles infinitæ in Deo; quando considerantur inclinationes, seu attributa Dei sine termino; quando sunt actus attributorum Dei, sine aliqua limitatione; quando ipse Deus est in sua primitiuitate sine aliquo principio; quando cum attributis operatur in æuiternitate; quādo possidet totalem & in-

& interminabilem vitam; quādo vnum attributum Dei est infinitū in sua perfectione; quādo diuersa attributa concurrunt & sunt in vno Deo; quādo totus Deus existit cum suis attributis; quando emittit similitudinem sui esse & attributorum. Sic per regulam instrumentalitatis, quando vñ attributum in eternitate est velut instrumentum partiale ad operandum aliquid, secundum propriam formalitatem; quando plura attributa suas dant formalitates in eternitate. Item quando esse totale Dei velut instrumentum totale concurrat cum predictis attributis; item quando emittit similitudinem sui. Per quos modos consideramus durationem æternam, abstrahentes & reiciētes ab ea quamcumque imperfectionē, quæ nullatenus in Deo reperiri potest, solumq; predicti modi considerandi modificant & ordināt, cognitionem nostram admirādam & scrutandum cum ea reuerentia & humilitate qua decet, quomodo Deus sit in sua eternitate.

Quam considerantes per artem possumus applicare princi-

pia, faciendo titulos in ea, vt de communicatione & actu eternitatis; de infinitate eternitatis; de duratione eternitatis; de potestate eternitatis, de instinctu, de appetitu, de veritate, de virtute & gloria; de differentijs eternitatis, ab æternitate & tempore; de concordantia cum istis; de oppositione ad ista; de principio sine principio in æternitate, & ita de singulis alijs titulis faciendis. In quibus & in vnoquoq; eorum agitarētur quæstiones, videlicet, Vtrū sit actus & communicatio eternitatis, respectu æternitatis & temporis? vtrum se extendat eternitas secundum aliquem modum ad æterna & temporalia? vtrum duratio eternitatis possit inueniri in re æterna & temporali? quærentes etiam per regulā quid, de quo, & per alias in quolibet titulo; quod possumus quoq; efficere in quolibet modo ex quindecim, quid, de quo, modalitatis & instrumentalitatis.

Quo pacto adorantes primum, eandem sapientiam, durationem seu eternitatem, haberetur maxima notitia de ea, de qua secundū quod cognoscibilis

cibilis est per artem, hætenus egimus, explicantes & declarantes, methodum traditam per septimam regulam, quæ di-

citur quando; in qua dedimus exēpla ad cognoscendū, quomodo materialia sensibilia, æterna quoq; & æterna durēt

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM, IN quo adducitur textus regula octaua, qua tractat de modo cognoscendi locum omnium rerum, & in eius explicatione afferuntur exempla demonstrantia quo pacto materialia & immaterialia sint in loco.

TEXTVS.

Octaua regula, querit de loco, & habet quindecim species per regulas C.D.K. significatas, vt patet in arte magna, sicut quādo queritur intellectus vbi est. Ad hoc breuiter respondendum est, quod ipse est in subiecto in quo est sicut pars in suo toto, non autem conclusus sed diffusus est in illo: intellectus enim, non habet essentiam punctualem, nec linealem, nec superficiem.

EXPOSITIO TEXTVS

In explicatione regulæ quādo, ostēdimus supra modū quo entia materialia & æterna durent, aliquo etiā modo, quasi balbutiēdo misterium eternitatis, & quomodo Deus sit in sua eternitate per nostrū infimū modum cognoscendi, innuimus. Quæ tria, sicut per quindecim species regularum C.D.K. exēplificamus: ita hæc eadē per hanc regulā quæ tractat de loco & per quindecim species in ea inclusas, erunt

breuissime iterum tractanda, per modum localitatis, seu per modum essendi in loco.

Hoc pacto dicitur Deus esse in loco repletive, quia omnem locum replet, ita quod non est possibilis locus, quem non repleat, & sic non continetur a loco; quia immēsiue videlicet est, infra mundū sustentans eū; supra mundum regens; intra mundum, conseruans; extra mundum sua virtute ambiens; vt ait

Cre

Gregorius, Hieronymus quoque in epistolis dicit, quod Deus excelsior est cælo, profundior inferno, longior terra; immensitas eius latior est mari, qui cælum & terram implet.

Vnde cum non detur mensura externa aliqua, quæ Deum possit continere, non dicitur esse in loco, eo modo quo materialia in loco esse dicuntur per superficiem, nec diffinitive in aliquo loco determinato, ut sunt Angeli, in tali loco existentes, quod simul & eodem instanti non sunt in alio; quæ ratio loci quæterris competit; locus vero corporum & materialium rerum dicitur superficies corporis aliud continentis immediate, & diuisa a corpore contento.

Ex quo patet, quod non totum corpus locans, est locus, sed immediata superficies tangens, & ambiens locatum. Sic totus orbis spheræ ignis, secundum suam grossitiem corporis non dicitur locus aeris; sed sola superficies ambiens aerem immediate, & diuisa ab eo. Quo pacto conueniunt tali superficiem proprietates loci, quæ principaliter sunt

tres, continere, mensurare, & conseruare locatum, siue esse in loco circumscriptione, occupatione, commensuratione, dimensione, & quantitate, idem enim sunt; nec hic de loco quo Christus est in Sacramento, præsens alicui signo sensibili & sacramentaliter, loquimur, quia ista ratio locandi alterius est considerationis; generaliter tamē prout pertinet locus ad octauam regulam, dicitur id quod continet locatum. Quod dupliciter potest contingere, aut generaliter, aut particulariter; generalis quidem locus appellatur, qui multa locata simul continet; particularis ille, qui aliquod determinatum locatum circumdat. Sic concava superficies cæli empirei, est locus generalis omnium corporum, quia omnia inferiora circumdat, mensurat & conseruat, locus vero particularis ignis, dicitur concava superficies lunæ, quæ immediate ignem circumdat.

Ad cognoscendum autem, communem aut particularem locum, adducit author hanc regulam de localitate, & per quindecim species, docet nos inue-

inuenire & cognoscere locum rerum; quas applicabimus primo ad locum communem, & deinde ad particularem. In loco autem communi dicitur aliquid esse, quando esse absolutum rei est sub aliqua communi superficie circumdante tale esse & alia; quando partes componentes & essentielles alicuius entis, sunt sub tali superficie; quando inclinationes & propensiones entis, sunt ab ea inclusæ; quando ens operatur intra eandem superficiem; quando esse primitiuum entis verificatur sub ea; quando deriuatur & construatur ex suis partibus componentibus intra eam; quando possidetur a tali superficie; quando est pars locata intra talē superficiem; quando simul concurrunt in collocatione cum alijs partibus; quando in sua totalitate circumscribitur ab ea; quando extra se intra eandem superficiem communem emittit similitudinem sui; quando in tali loco, ens singulare est velut parziale instrumentum operationum materialium aut quando simul cum alijs concurrunt; quando secundum generalitatem suæ totalitatis, ambitur à loco communi; quando instrumentaliter intra eam

emittit similitudinem sui.

Quo pacto per quindecim species regularum C. D. K. inuenimus, quomodo aliquid sit in loco communi & generali, de quo si nobis agendum esset, diffineremus primum locum & superficiem communem, deinde per artem applicaremus principia & componeremus titulos, dicendo de communicatione loci communis; de magnitudine loci communis; de duratione aut potestate loci communis; de differentijs a locis particularibus; de concordantijs cum eis; de contrarietatibus; de causalitate loci communis.

Et ita consequenter procederemus, loquendo de loco communi, excitando titulos & quæstiones generales & particulares, Ut verbi gratia per differentiam, Vtrum locus communis differat à particulari in communicatione? in extensione? in duratione? in potestate? in ordine? & ita de alijs attributis per principia considerandis. Et per alias regulas quæremus, quæ sit differentia loci communis à particulari? quid habet in se talis differentia? quid sit in alio loco communi.

muni? quid agat in eo? de quo sit? in quo consistat? quotuplex? vel quanta? & ita per alias regulas applicatas titulo differentiae & alijs.

Quo pacto expleta consideratione titularum & regularum in loco communi, agetur de loco particulari, cuius notitia habebitur per eandem quindecim species, applicatas alicui particulari enti existenti in loco particulari. Vt verbi gratia, Petrus dicitur esse tanquam in loco insuperficie particulari aeris ambientis eius: quod probatur quia esse absolutum Petri & essentiale, est intra eam superficiem & non alibi; per primam regulam C. quia partes componentes Petrum, sunt in ea; per secundam regulam C. quia inclinationes & propensiones seu habitus Petri, sunt intra eandem superficiem; per tertiam regulam C. quia actus immediatus contingendi talem superficiem particularem, est intra eam; per quartam speciem regulam C. seu quid; quia primitiuitas Petri, seu eius independentia ab alio corpore, est in tali loco; per primam speciem regulam de quo quia partes constituentes, ex quibus derivatur esse compo-

siti in Petro, sunt intra talem locum per secundam speciem regulam de quo; quia Petrus possetur a loco & includitur in eo, per tertiam speciem regulam de quo, quia pars Petri determinata vivens est in tali loco, & vere operatur in eo per primam speciem regulam modalitatis; quia partes Petri essentielles & integrantes, conservantur in tali superficie; per secundam speciem regulam modalitatis; quia totus Petrus ambitur a tali loco particulari; per tertiam speciem regulam modalitatis; quia totus Petrus emittit intra talem superficiem similitudinem sui; per quartam speciem modalitatis. Sic per regulam instrumentalitatis, Petrus dicitur esse in loco, particulari, quando aliquod eius instrumentum particulare, operatur immediate intra talem locum per speciem primam instrumentalitatis; quando partialia eius instrumenta, concurrunt ad invicem in operatione intra particularem superficiem; per secundam speciem regulam instrumentalitatis; quando tale, instrumentum, quod potest esse totius operationis Petri, est aut operatur

ratur intra particularem superficiem, per tertiam regulam instrumentalitatis; quando totale instrumentum Petri, emittit similitudinem sui, intra particularem locum.

Hoc pacto visum est per quindecim species, qua ratione sit Petrus in loco particulari aut communi, cuius consideratio tam generalis quam particularis de loco generali aut speciali, habebitur per artem quando eam applicabimus, ad generalem locum siue ad particularem, Vt si verbi gratia in particulari loco Petri, per omnes quindecim modos essendi in loco applicaremus principia, faciendo titulos per ea, Vt de communicatione loci particularis ad Petrum; de extensione & ambitu loci particularis ad Petrum, de duratione loci particularis in Petro, de potestate, de ordine, de appetitu, de virtute, de veritate, & ita de alijs titulis fingendis, in quibus excitantur quaestiones Vtrum locus particularis communicetur Petro? quid sit illa communicatio? de quo? in quo formaliter consistat? quanta sit? qualis? quando? ubi?

quomodo? cum quo? Et ita procederemus per omnes species quae in praedictis regulis continentur, per quas veniamur cognitionem vel notitiam loci particularis in Petro.

Et quemadmodum dedimus exemplum, in loco corporali seu superficie ambiente generali aut particulari, ita quoque ad eundem modum possumus applicare principia & regulas, ad locum immensuum Dei, & repletivum totius loci, & ad locum definitivum Angelorum existentium, in aliquo determinato loco, sine aliqua superficie, circumdante. Et sic facimus titulos, de communicatione repletiva ipsius Dei; de infinita eius repletione; de aeterna repletione; de omnipotenti repletione, omnium locorum; de sapienti, & ordinata repletione; de amabili & suavi repletione; de virtuosa repletione; de vera repletione; de gloriosa repletione; de differentibus repletionibus Dei; de concordanti repletione Dei cum rebus quas replet; de contraria repletione Dei ex-

pellente malum; de causalitate repletionis Dei; & ita per alia principia singulariter vel pluraliter sumpta, effingerentur tituli de loco immensiuo seu repletio Dei.

Et in quolibet titulo excitaretur quæstiones, Vtrū, quid, de quo, quare, quantum, & ita de alijs, Vtrum scilicet Deus repleat omnem locum? quid sit replere omnem locum; unde seu de quo proueniat Deū replere omnem locum? quare repleat omnem locū; quotupliciter possit replere? qualis sit talis repletio? & ita de alijs quæstionibus excitādis in quolibet titulo de loco immensiuo seu repletio Dei.

Quo pacto quoque ageremus de loco diffinitiuo Angelorū, qualiter scilicet sint in loco, de communicatione Angeli ad locum; de extensione Angeli ad locum diffinitiuum; de duratione, de potestate in eo loco; de ordine ad eum locum; de appetitu ad eū locū; de virtute, veritate & gloria in tali loco, & ita de alijs titulis. In quibus quoque excitarentur quæstiones, Vtrum Angelus communicetur loco diffinitiuo? quid sit talis cō-

municatio aut extētio ad eū? de quo sit? quare extendatur? quotupliciter, qualiter, & ita de alijs modis quærendi, qui circa quemlibet titulum de loco diffinitiuo Angeli excitari possunt. Et hoc idem fiet de modo existēdi Christi sub Sacramento, sub tali signo & speciebus Sacramentalibus, Vbi agetur de communicatione corporis Christi ad species; de extensione eius ad species Sacramentales; de conseruatione sub talibus speciebus, & ita de alijs faciendis, per principia. In quibus excitantur quæstiones Vtrū scilicet Christus conseruetur sub talibus speciebus tāquā in loco? quid sit talis conseruatio? de quo sit? in quo cōsistat? quotuplex sit? qualis sit talis conseruatio? quando cōseruetur, vbi? quo modo, & cum quo?

Quas omnes regulas & modos quærendi hætenus explicuimus applicādo diuersa exempla, vt per eorū notionē, vnusquisque queat in qualibet regula notare artificium particulare eiusdē regulæ, & procedendo generaliter per omnes admirabilē & generalem earum methodum agnoscat.

CA-

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM, IN QVO ostenditur præter particulares vsus cuiusq; regulæ, esse alios generales per omnes regulas, & in particulari quæstione de necessitate ministrorū Ecclesie, aduertitur quomodo omnis quæstio per regulas multiplicetur, & declaratur, titulus etiā quæstionis per species regularum deducatur, cui coniunguntur alij quinque vsus generales regularum, & modus interpretandi omnes libros.

TEXTVS.

Diximus de regulis, cum quibus intellectus soluit quæstiones, deducendo eas per regulas, respiciendo quid significat regulæ & eius species subiectiuæ; deducendo quæstionē per principia & regulas, intellectu obiectante illam quæstionem dubitabilem, cum diffinitionibus principiorum, eligendo, intelligendo, intelligibiliter, affirmatiuam aut negatiuam, & quod ipse intellectus sit a dubitatione separatus.

EXPOSITIO TEXTVS.

PER discursum hætenus factum, in varia interpretatione regularum, ostendimus quoque variam in quaque earum methodum & rationē, ad loquendum, aut scribendū de quaque re (si bene proposita exempla notentur) processimus; in eis quasi per partes interpretando & declarando artificium cuiusq; regulæ, non tamen demonstrauius vsum earum totalem per omnes regulas in quolibet pro-

posito applicandas, quod author noster fieri debere innuit in præcedentibus verbis textus, vbi ait, diximus de regulis cum quibus intellectus soluit quæstiones, deducendo eas per regulas, respiciendo quid significant regulæ & eius species subiectiuæ, deducendo quæstionem per principia & regulas; quæ verba indicāt generalem posse fieri applicationem omnium regularum, ad particularem propositū, deducendo illud

O 3 per

per regulas, & respiciendo significata regularum & inqualibet earum, per quæ omnis quæstio facta soluitur.

Et quia hoc intelligitur & percipitur magis per aliquod exemplum, quàm per solam theoreticam noticiam regularum, oportet in præsen-

Quæstio, Vtrum necessarij sint in qualibet republica, ministri seu Sacerdotes, ad seruiendum Deo, & orandum pro populo.

Secundum rationem, & methodum procedendi sapienter ostensam, in tractatione cuiusq; regulæ à nobis hæcenus explicitæ; oportet quæstionem præsentem tractare, quæ proprie inquæsit, habet locum in primo modo & regula quærendi quæ est, Vtrum, in qua ostendimus septem obseruari debere, reducendam esse quæstionem ad literas, vel declarandos esse primo terminos quæstionis; applicari debere principia in vtramque partem; eligendam fore veriorum partem, & ex ea deducendam conclusionem; sexto confirmandam rationibus à principijs desumptis, cõ-

ti, quæstionem particularem mouere, deducendo eam per omnes regulas quamuis, sumarie tractatâ, quæ posset ut videbimus in infinitum multiplicari postquam ageretur de quintuplici generali vsu regularum ad hunc textum pertinente, quæstio vero talis est.

sectaria inde inferendo; septimo respondendum esse argumentis contra conclusionem positis.

Quæ ut eodem ordine quo posita sunt, in quæstione proposita tractentur & fiant; primo reducitur quæstio ad literas, seu indices artis. Sic prima pars quæstionis, Vtrum necessarii sint, reducitur ad B. sub qua sunt, Vtrum & necessarii; quia in ea ut diximus continentur, necesse, contingens, possibile, & impossibile. Verba illa, in qualibet republica, seu cõmunitate, reducitur ad literam C. & perinde ad concordantiam, quia concordat ciues in una intentione com-

communi. Verba quæ sequuntur, ministri & Sacerdotes ad seruiendum Deo, & orandum pro populo, reducenda sunt, quatenus pertinet ministerium eorum ad sapientiam, sub litera F. orare enim & seruire Deo, & sacrificare, actus sunt sapientiæ, & sic erunt tres littere B. C. F. Vnde iam secundum poterit obseruari, quod est explicare terminos quæstionis, eo ordine quo sunt in quæstione positi. Vtrum, est terminus, quærens cum dubitatione, Vtrum scilicet aliquid sit nec ne; Necessarii, terminus est qui ostendit utilitatem, congruitatem, ad huc etiam magis necessitatem; Respublica, dicitur cõmunitas, seu congregatio populi, simul vnita siue in ciuitate siue in regno, siue in prouincia, siue in aliqua religione, per varias mundi partes dispersam.

Quo pacto dicimus rempublicam Christianam existere quasi in toto mundo; Ministri dicuntur quasi munus aliquod innientes; Sacerdotes, qui sacra & diuina docent ignorant, sacrificant & administrant sacramenta, conferuntq; per ea gratiam Dei populo; Serui-

re Deo est eidem, in signum gratitudinis, gratias repêdere, & eum eo modo quo possibile, est hominibus colere & celebrare; Orare vero pro populo, est mentem ad Deum pro eo leuare gratiasq; ei pro beneficijs acceptis agere, pro peccatoribus veniam petere, pro iustis maiores perfectiones & augmentationes gratiæ postulare. Modo sequitur tertium applicanda esse principia in vtrâq; partem, scilicet necessarios esse Sacerdotes in republica, ad prædicta faciendâ, vel non esse necessarios.

Pro hac vltima parte, nõ esse necessarios Sacerdotes in republica, probatur per discursum principiorum.

Primo, quia illæ personæ non videntur necessariae in republica, quæ non laborant pro acquisitione bonorum temporalium, quæ sunt vtilia & necessaria in republica: tales sunt Sacerdotes & ministri Ecclesiastici, qui neque agros colunt neque artes mechanicas exercent, neque mercaturam aut aliud munus vtile reipublicæ exercent: ergo non sunt necessarii Sacerdotes & ministri Ecclesiastici.

2 Secundo, quia ille personæ non videntur necessariae in republica, quæ non augent & magnificant eam, maiori multiplicatione bonorum temporalium: tales sunt ministri & Sacerdotes & personæ Ecclesiasticae, quia nec de acquisitione eorum curât, nec animum ad eam intendunt, sed potius ab his se abstrahunt: ergo nõ sunt necessariae tales personæ in republica.

3 Tertio, illæ personæ non sunt necessariae in republica, quæ inutiles sunt in pace & bello, ad conseruandam rempublicam: sed tales sunt personæ Ecclesiasticae, ministri, & Sacerdotes Ecclesiæ, cum in pace nec pro temporalibus bonis laborent, ad conseruandam rempublicam: nec nubât, ad multiplicandum genus humanum, necessarium in republica, nec in bello, quia ab armis se abstinunt, nec pugnant defendendo rempublicam ab inimicis, nec de nouo adquirunt aliquod dominium super alias gentes, in commodum & vtilitatem reipublicæ: ergo non sunt necessariae personæ Ecclesiasticae, nec ministri Ecclesiæ, & Sacerdotes, in repu-

blica. Hoc modo per omnia principia, singulariter, aut pluraliter sumpta, possemus in immensum partem negatiuam astruere; & etiam innumerabilibus argumentis & rationibus confirmare; sat sit hæc tria pro demonstratione artificij innuisse, aliaq; etiam tria eodem fine in confirmatione partis affirmatiuæ adducemus.

1 Primo, quod sint necessarij Sacerdotes & personæ Ecclesiasticae, seu ministri Ecclesiæ in republica, probatur; quia illæ personæ sunt necessariae in republica, quæ laborant pro acquirendis bonis spiritualibus & temporalibus necessarijs ipsi reipublicæ: tales sunt Sacerdotes, qui à Deo continuo, & quasi semper preces fundendo & orando impetrant gratiam, remissionem peccatorum & veniam eis, qui sunt in republica, & postulat bona temporalia ab eo, necessaria reipublicæ: ergo tales personæ seu ministri sunt necessarij in republica.

2 Secundo, illæ personæ sunt necessariae in republica, quæ magis illam ampliant, & augustam reddunt, cum mulan-

do

do eam maioribus & altioribus bonis, quam sint ista temporalia, quæ etiam augent & multiplicant: sed tales sunt Sacerdotes & personæ Ecclesiasticae, quæ suis orationibus & precibus Deo supplicant, vt tribuat gratiam, charismata, & omnia spiritualia, per quæ respublica magis apud Deum augetur: & in ea administrat Sacramenta, per quorum subscriptionem existentes in republica personæ, acceptiores Deo fiunt, & in maioribus bonis temporalibus & spiritualibus ditantur: ergo Sacerdotes & ministri Ecclesiæ, sunt necessarij, in republica.

3 Tertio, illæ personæ sunt necessariae in republica, quæ maiora bona reipublicæ conseruant: sed tales sunt Sacerdotes & ministri Ecclesiæ, qui fidem & religionem tuentur & aduersus hereticos & infideles, rationibus & orationibus

bus pugnant, scientiasq; quibus homines instruuntur in bono docent, & explicant: ergo tales personæ & Sacerdotes sunt necessarij in republica.

Quæ rationes adductæ in confirmationem partis affirmatiuæ, demonstrant, necessarios esse vt vtilis Sacerdotes, & ministros Ecclesiasticos in republica; quam partem sicut possumus probare, per omnia principia artis, singulariter, aut pluraliter sumpta, ita quoq; per modum datum in alphabeto & quatuor figuris & diffinitionibus, fieri potest in infinitum.

Ex prædictis rationibus, in vtramq; partem, negatiuam, & affirmatiuam deductis; aduertitur quartum in quæstione obseruandum, deducendam scilicet esse partem veriorem & ex ea conclusionem ponendam, quæ in isto casu erit.

Sacerdotes & ministri Ecclesiæ, necessarij sunt in Republica.

Ista conclusio probari poterit, vel simpliciter procedendo per vnumquodq; prin-

cipiorum, faciendo vnam rationem in quolibet, sicut demonstrauimus in probatione

O 5 partis

partis affirmatiuæ & negatiuæ, proxime superius; vel duplicando eadem principia, triplicando, aut alio maiori numero multiplicando, sicut apparet in alphabeto & figuris, sed modo fieri debet, per principia ad quæ reducta fuit quæstio in literis; quæ secundum ordinem quartæ figuræ B.C.F. probabitur hoc modo

Illæ personæ sunt necessariæ in republica, quæ communicant eidem magnam sapientiam & doctrinam secundum quam instruuntur ciues ad regendum & gubernandum bene rempublicam, & ad actiones suas melius dirigendum in gloriam Dei: tales sunt Sacerdotes qui addiscendo scientias vtilis, & proficuas, præcipue, diuinâ scripturam, vnde trahunt doctrinam, per quam instruunt & docent populum, vtilia ad commodum corporale & spirituale animæ: ergo ipsi sunt necessarii in republica.

2 Secunda ratio probans conclusionem, desumitur ex eadē quarta figura ex B.C.G. quæ talis est, illæ personæ sunt necessariæ in republica, quæ magis præciosa & amabiliora bona causant in ea: tales sunt

Sacerdotes & ministri Ecclesiæ qui amorem Dei, acceptationem populi apud Deum, suis precibus & orationibus impetrant populo: qui amor & acceptatio præponderant magis, & antecellunt omnes diuitias & thesauros temporales: ergo Sacerdotes & ministri Ecclesiæ, sunt necessarii in republica.

3 Tertia ratio, desumitur ex B.C.H. quæ talis est, illæ personæ sunt necessariæ in republica, quæ eam magis augent virtutibus, quæ sunt necessariæ ad bonum regimen reipublicæ, & ad placendum & feruendum Deo: hoc faciunt Sacerdotes & personæ Ecclesiasticæ, dum suo exemplo doctrina & exhortationibus, ignorantibus & peccatores arguunt & trahunt ad obedientiam Dei & Principum secularium, & spiritualium potestatum; quod non contingit illis, qui degunt vitam inter malos & ignorantibus seculares, in quibus nec exemplum bonum, nec doctrinam veram, nec exhortatio, ad bonum solet reperiri: ergo sunt necessarii in republica Sacerdotes & ministri Ecclesiastici.

4 Quar-

4 Quarta ratio desumitur ex B.C.I. quæ talis est, illæ personæ sunt necessariæ in republica, quæ magis eam augent & custodiunt in veritate fidei, & religionis sanctæ & traditionum Ecclesiasticarum, quæ à Christo & ab Apostolis incæperunt: sed hoc faciunt Sacerdotes, & ministri Ecclesiæ, in hac re occupati, in qua nequirent qui tractant negotia secularia, & intendunt acquisitioni bonorum temporalium occupari, propter seculares curas & occupationes: ergo ad hoc vt conseruetur veritas fidei & doctrinæ veræ religionis oportet & necessarium est, vt sint Sacerdotes & personæ Ecclesiasticæ in republica.

5 Quinta ratio desumitur ex B.C.K. quæ talis est, illæ personæ sunt necessariæ in republica, quæ ei causant maiorem quietem, & procurant maiorem honorem & gloriam: sed tales sunt Sacerdotes qui suo exemplo & doctrina, inquietos in republica homines & peccantes corrigunt, & ad pacem & unitatem reducunt, & suis confessionibus & alijs administrationibus Sacramentorum, ad supremam beatitudinem,

& gloriam & ad maiorem honorem filiationem scilicet Dei, eos dirigunt: ergo Sacerdotes & personæ Ecclesiasticæ sunt necessarii in republica.

6 Quia tamen facta est comparatio in quarta figura ex B.C. cum sequentibus literis vsque ad K. debet modo fieri comparatio ex B.D. cum alijs, successiue sumptis; & prima ratio erit ex B.D.E. quæ talis est. Illæ personæ quæ causant, & comunicant maiora bona, ad conseruandum principatum in republica, sunt necessariæ in ea: tales sunt Sacerdotes, & personæ Ecclesiasticæ, quæ dum gratiam hominibus, & felicitatem in dominio & gubernatione à Deo ex postulat & impetrant, rempublicam magis conseruant, & principatum in ea stabiliunt: ergo Sacerdotes, & personæ Ecclesiasticæ, sunt necessarii in republica.

7 Septima ratio deducitur ex B.D.F. quæ talis est, illæ personæ sunt necessariæ in republica, quæ magis conseruant regimen temporale & spirituale eiusdem reipublicæ: tales sunt Sacerdotes & ministri

Eccles.

Ecclesiæ, qui instructi in sacris doctrinis & misterijs diuinis, maiora vident in regimine tēporali (cum spiritualis homo omnia iudicet) maiora quoq; & altiora intelligant, ad regimen spirituale animæ, per quod homines liberantur à peccato & saluantur, quæ non possunt intelligere seculares, & Principes, seu Rectores tēporales, in republica, terrenis curis & occupationibus detēti: ergo personæ Ecclesiasticæ & Sacerdotes sunt necessarij in republica.

Similiter ex B.D.G. B.D.H. B.D.I. B.D.K. & in alijs reuolutionibus in quarta figura vt B.E.F. B.E.G. & ita consequenter de alijs, possunt fieri innumerabiles rationes ad confirmandam prædictam cōclusionem, quas non licet modo recensere, vt ad alia transeamus. Aduertamus tamen oportet quod vnaquæq; prædictarum septem rationum; quas adduximus ad probandam cōclusionem propositā affirmatiuam, extendi potest per methodum tabulæ in alias decē & nouē rationes, quæ sub qualibet earum sunt (vt apparbit in explicatione tabulæ)

Verum quia ex doctrina prædicta, in explicatione regularum seu quæstionum dictū est, principalem quæstionem, seu cōclusionem ex ea deductā posse multiplicari per species aliarum regularum, sicut & poterat per eas probari facilius, id ostendetur modo in præsentī cōclusionē, scilicet Clericos & ministros Ecclesiæ esse necessarios in republica. Quod quamuis recte sentientibus & prudentibus notum sit, vt facilius ignorantes & insipientes, id percipiant, oportet cōclusionem prædictam, ad alias regularum species accommodare.

Et sic in prima specie regulæ quid, dicimus Clericos & ministros Ecclesiæ necessarios esse, ad totum statum reipublicæ cōseruandum. Et per secundam speciem eiusdem regulæ, esse necessarios, ad cōseruandas partes reipublicæ, temporales & spirituales, Ecclesiasticas siue seculares. In tertia specie regulæ quid, dicimus necessarios esse Clericos seu Sacerdotes ad reprehendas, malas inclinationes & propensiones impiorum, & ad dirigendas bonas hominū iusto.

iustorum intentiones. In quarta specie regulæ quid, dicimus necessarios esse Sacerdotes in republica ad hoc vt spirituales homines, & sensuales, recte operentur.

In prima specie regulæ de quo, dicimus Sacerdotes necessarios esse in republica, ad hoc vt prima eiusdem reipublicæ religio & institutio bona recte cōseruetur: quia hi sunt qui legendo & scribēdo, & concionando, imprimunt eam in mentibus hominum, à generatione in generationē.

In secunda specie regulæ de quo, dicimus Clericos & Sacerdotes esse necessarios in republica, quia ab eis tamquā a quibusdam fontibus, deriuatur semper notitia & cognitio Dei, & rectæ prudentiæ. In tertia specie regulæ de quo, dicimus Sacerdotes esse necessarios in republica, quia ipsi sunt qui possident veram sapiētiam præciosiorē cunctis opibus.

Item in prima specie regulæ de quare, dicimus Sacerdotes esse necessarios in republica, quia ipsi sunt norma & forma recte viuendi secularibus: vnde appellantur lux mū-

di, sal terræ, ciuitas in monte posita. In secunda specie regulæ quare, dicimus Sacerdotes esse necessarios in republica, quia in ea cōseruāt finem seu quietem reipublicæ, & dirigunt ciues ad supernaturalē finem qui est Deus.

In prima specie regulæ quātum, dicimus Sacerdotes esse necessarios in republica, ad cōseruandam cōtinuitatem & vnitatem partium in ea. In secunda specie eiusdem regulæ, dicimus Sacerdotes esse necessarios in republica, ad discontinuatas eius partes & interse diuisas, in vnū reducēdū.

Item in prima specie regulæ quale, dicimus Sacerdotes esse necessarios in republica ad cōseruandas libertates, & proprias condiciones eiusdem, quia ipsi plura legunt & animaduertunt. Per secundam speciem, dicimus, Sacerdotes esse necessarios ad bene cōformandū rempublicam cum alijs & cum suis consilijs & bonis directionibus.

Item in regula quando, quæ significat durationē temporis & esse in tempore, dicimus Sacerdotes necessarios esse in republica, ad impetrā-

dum longos dies & annos cum pace & quiete, ipsi statui reipublicæ à Deo, in qua propter longitudinem non applicamus conclusionē, ad quindecim suas species, nec ad quindecim earum quæ sunt in regula ubi; sat sit dicere in formalitate regulæ ubi, Sacerdotes esse necessarios in republica ad conseruandum locum reipublicæ; multæ enim ciuitates & loca diruta sunt, quia non erant in eis Sacerdotes & ministri Dei sapientes, & boni.

Item per regulā quomodo ampliatur eadē conclusio, dicendo Sacerdotes esse necessarios in republica, quia modificant seu moderantur & regunt vnā partem, vel plures in ea, vel totam, vel quia emittunt a se quādam similitudinem diuinitatis, ita vt in eis dē appareat & reluceat ipse Deus; quod multum est necessarium reipublicæ. Item in regula instrumentalitatis dicimus necessarios esse Sacerdotes in republica, quia in vna parte, vel pluribus eiusdem, vel in tota republica, sunt velut plura instrumenta ad bonum, vel totale instrumentum suæ direc-

tionis in Deum, & per sua opera, tam docendo quam operando assimilatur Deo & alios eidē assimilari continuo procurant.

Quæ conclusio in singulis speciebus regularū per quas extensa & ampliata est, poterit probari, sicut ipsa probata est, & demonstrauimus in ea posse applicari vniuersum artificium artis; in qua quia post confirmationem conclusionis propositæ, debent inferri cōfectaria, quæ ex tali conclusione deducuntur, ideo in præfenti aliqua per eadem principia, erunt inferenda & notanda.

1 Primum cōfectarium, iuste & sancte institutum esse in qualibet republica, tribuenda fore aliqua bona temporalia, qualia sunt decimæ in sustentationem Sacerdotum, & ministrorum Dei: quia si vt probatum est maiora bona inferunt & adducunt reipublicæ, quam alij seculares, afferre & communicare possunt: sicut isti procurantes bonum publicum, iuste accipiunt à republica salarium & præmium pro labore; ita quoque Sacerdotes & ministri

stri Ecclesiæ debent à republica sustentari, & decimas tam a iure diuino præscriptas esse & dari, indeq; etiam inferitur, primitias fore dandas Ecclesijs, ad sustentationem earum, & prouisionem rerum necessariarum ad cultum diuinum.

2 Secundo inferitur, auctoritatem ministrorum Ecclesiæ, maiorem esse, quam sit temporalis & secularis, quia sicut hi qui præsunt regimini temporali & seculari, ex eo maiestatem quandam, & auctoritatem in republica repræsentant: ita quoque Sacerdotes præidentes regimini, bonorum spirituum, quæ maiora & potiora bona sunt quam secularia, repræsentabunt in eo maiorem auctoritatem & maiestatem.

3 Tertio inferitur, prius natura & ordine perfectionis, fuisse & esse, statum Ecclesiasticum, quam secularem, quia sicut bona spiritualia potiora & priora sunt temporalibus & secularibus; ita quoque status Ecclesiasticus, qui in bonis potioribus consistit, prior natura & per-

fectione erit.

4 Quarto inferitur, potestatem & iurisdictionem Ecclesiasticam in Sacerdotibus, præeminere & esse altioris & maioris ordinis, quā sit secularis potestas, & ex eo aduertitur quod non possunt Sacerdotes & ministri Ecclesiæ puniri à seculari iudice, cum inferior potestas non possit agere in superiorem.

5 Quinto inferitur, in dubijs determinationibus causarum, quæ non possint per leges humanas determinari, recurrendum esse ad Sacerdotes & ministros Ecclesiæ, in quibus est notitia, legum superiorum, quales sunt, lex naturalis & diuina, & eorum determinationi, & censuræ subiici debere personas seculares.

6 Sexto inferitur, libertatem Ecclesiasticam tantæ præminentia & excellentiæ esse, vt nequeat vllomodo a potestate seculari rationabiliter impediri; quia sicut inferior persona iniuste contradicit, & impedit libertatem sui superioris: ita quoque secularis potestas inferior existens, quā Ecclesiastica,

tica, nequit iuste eius libertatem impedire aut aliquo modo violare.

7 Septimo, infertur maiorem & excellentiorem virtutem ad operandum & agendum munus suum, esse in republica, in Sacerdotibus & ministris Ecclesie, quam sit in personis & potestatibus secularibus: & si aliquando se offerat occasio exercendi munus suum personę Ecclesiasticę & seculari, simul tempore: secularem personam debere cedere, Ecclesiasticę personę, & Sacerdoti, tamquam digniori, & intendenti maioribus bonis, quia talia bona, magis possunt prodesse reipublicę.

8 Octavo infertur, maiorem veritatem inueniri in statu Ecclesiastico, quam in seculari, quia altioribus doctrinis & legibus est institutus, & continuo eruditur, ac proinde in eo debere reperiri supremam aliquam potestatem, qualis est in Summo Pontifice, seu Papa, ad determinandum & iudicandum de omnibus, cuius determinationi standum est.

9 Nono infertur, maiorem honorem & reuerentiam de-

beri Sacerdotibus & personis Ecclesiasticis, quam cuilibet potestati & Principi seculari, quia status Sacerdotum & ministrorum Ecclesię, altioris ordinis est, & altiora habet fundamenta, & maiora cumulat & adducit bona ipsi reipublicę, & in se ipso dignitatem maiorem & excellentiorem habet.

Hęc nouem consecutaria, intulimus ex conclusione, per nouem principia absoluta artis, poterantq; alia nouem principia respectiua singulariter sumpta inferri, & alia plura coniungendo vnum principium, cum alio binatim, triplatum aut maiori numero sumptis principijs, & probari poterunt hęc & alia consecutaria per modum datum supra in probatione conclusionis propositę; quę talis fuit (Clericos & ministros Ecclesię necessarios esse in republica.)

Contra quam quia, in principio exempli causa tres rationes seu argumeta adduximus, oportebit ad hęc suo ordine respondere.

Ad primum dicitur, quod quamuis Sacerdotes & personę Ecclesiasticę, non intendunt,

dant, acquisitionem bonorum temporalium nec artes mechanicas exercent, aut munera secularia non obeant: non inde infertur recte, non esse necessarios in republica, in quę maiorum bonorum acquisitioni spiritualium scilicet, in commodum & utilitatem reipublicę intendunt, maioraque munera obeunt dum legationibus pro populo ad Deum continuo & semper funguntur.

Ad secundum respondetur, maioribus bonis & excellentioribus cumulare & augere reipublicam Sacerdotes, & personas Ecclesiasticas; quę possint seculares personę cumulare aut augere, quia si hęc posteriores, bonis temporalibus augent, personę Ecclesiasticę & Sacerdotes spiritualibus bonis in eternum dura-

turis dirant, & cumulant: dum scientias & virtutes, personas in republica viuentes docent.

Ad tertium respondetur, in pace & bello necessarios esse Sacerdotes in republica, quia licet eam non defendant temporalibus & materialibus armis: spiritualibus tamen (quę sunt orationes & preces) recte eam defendunt: & iram Dei auertunt & eum protectionem reipublicę accipere procurant, qui licet non intendant generationi & multiplicationi hominum, cum huic muneri innumerum in republica intendunt, multiplicationem meritorum eorum qui in republica degunt curant, ita ut acceptiores Deo reddantur, & fiant veri Filij Dei: qui dicit meliorem esse vnum prudentem filium, mille imprudentibus.

De vsu dilatandi & ampliandi titulum quęstionis per notiones principiorum.

HActenus, ostēdimus vsum & modum dilatandi & tractandi quęstionem quamlibet, per ea quę in titulo quęstionis velut expręse continentur in ordine primę regulę, & aliarum prout ad ipsam ap-

plicari possunt omnes modi quęrendi generales & speciales, diciturq; talis dilatatio & multiplicatio quęstionis fieri, per ea quę intra eam sunt, per methodum regularum. Restat modo secundus vsus in eisde-

R: regu-

regulis manifestāndus, quomodo scilicet titulus factus in aliqua quæstione possit per principia dilatari, multiplicando per eandem quæstionem, ut verbi gratia proposita quæstio, vtrum Sacerdotes & ministri Dei necessarij sint in republica; dilatatur & ampliatur, dicendo vtrū sint necessarij malis & bonis? magnis & parvis? senibus & iuuenibus? dominis & seruis? ignorantibus & sapientibus? amatoribus Dei, & oblitis in obsequio & amore Dei? virtutem profitentibus & vitia sectantibus? fidelibus & veris aut fal-

sis? honoratis & inhonoratis? patientibus tribulationes vel gaudentibus? differentibus inter se? concordantibus? contrariantibus? incipientibus? proficientibus & perfectis? maioribus? equalibus? & minoribus. Quo pacto etiam extenderetur consideratio, duplicando principia, vtrum scilicet sint necessarij Sacerdotes ad bonos magnos, & ad malos magnos? & ita consequenter per tria aut plura alia principia, fieret discursus & ampliatio quæstionis, dilatando eundem titulum per principia.

De vsu multiplicandi titulum quæstionis propositæ per regulas.

Adhuc etiā, consideratur & regularum: quando scilicet in prædictis titulis factis per principia, species regularū & modi earū applicantur, ut verbi gratia in illo titulo vtrū Sacerdotes sint necessarij in republica bonis aut malis, quæreremus per regulā quid, quæ nā sit talis necessitas? an sit absoluta vel conditionata? quid habeat in se inclusum talis necessitas? quæ inclinationes &

munera eam consequantur? quos actus habeat? & per regulam de quo, vtrum sit primaria & principalis necessitas? vtrum deriuetur ab alia priori necessitate? vtrū possideat aliquam obligationem? & per regulam quare, in quo consistat formalitas talis necessitatis? item respectu cuius finis, introducta sit talis necessitas? quanta sit? aut vna respectu totius communitatis? aut multiplex respectu partium? qualis

qualis sit propria aut appropriata? quando? vbi? quomodo & cum quo? cum speciebus istarum regularum; per quæ fit in quolibet titulo tam principali, quam in alijs deductis ex principali, maxima & amplissima consideratio quasi nūquam scriptura, aut verbis finienda.

Ex prædicta agitatione quæstionis, multiplicata per modos & vsus significatos, apparet methodus clara, & eiusdem ad probandum necessitatem omnium officiorū & numerum, quæ in Ecclesia sunt: tam respectu ordinum, quæ in mystica vnitatem corporis eius, quæ in exteriori eius hierarchia necessaria sūt, quomodo, necessitas cuiusque ordinis probaretur à minori vsque ad summum, vel à maiori vsque ad minorem per gradus suos; item officia & dignitates

totius Ecclesiæ, à maiori vsque ad minorem aduertendo cuiusque præheminentias, & excellentias respectu aliorum.

Quo etiam pacto probatur & manifestatur necessitas, gradū, officiorum, & potestatum seculariū, in regimine regni, ciuitatis, aut loci cuiusque; seu domus. Item probaretur necessitas mediolorum necessariorum in republica nempe iurisperitorum, magistrorum, consiliariorum, militum & mercatorum & agricultorum, & aliorum profitentium quolibet aliam artem, quæ ad necessitatem corporis & animæ, vel ad delectationem eorundem pertinere possunt; & sic de qualibet alia necessitate ex cogitanda, & secundū modum in hac quæstione datum poterit quælibet alia quæstio dilatari & ampliari in quolibet proposito.

De vsu triplici diuidendi, diffiniendi, & argumentandi per regulas & species earum.

Quartus vsus & triplicatus in quolibet proposito, deducitur ex consideratione regularum, ad diuidendum, diffiniendum & argumentandum, per regulas &

earum species; procedendo scilicet per modos decem generales, & formalitates eorum, quæ sunt, existentia, in regula vtrum; essentia, in regula quid; materialitas;

in regula de quo; formalitas, in regula quare; quantitas, in regula quantum; qualitas, in regula quale; duratio, in regula quando; locus, in regula vbi; modus, in regula quomodo; instrumentalitas, in regula cum quo.

Per quos decem modos generales, res diuidenda esset, vt verbi gratia, si diuideremus iustitiam in existentem perse, qualis est ea, quæ in Deo reperitur, & in existentem in alio, scilicet in voluntate hominis, deinde in eam quæ essentialiter est iustitia; & eam quæ accidentaliter est iustitia, vt patet etiam in prædicto exemplo. Item alia est iustitia materialis, quæ in rebus materialibus seu iustitia declaratis, apparet; alia formalis qualis est habitus intra animam, vel ea quæ est in spiritibus intellectualibus; alia est quanta quæ conseruatur inter partes quantitativas incorporeas, qualis est quæ reperitur inter potentias & operationes anime rationalis se cõseruantes intra proprium districtum & iurisdictione; alia quæ in corporeis partibus quantitatiuis reperitur; alia est iu-

stitia propria secundum qualitates intrinsecas; alia secundum qualitates extrinsecas; alia est iustitia temporalis in materialibus; alia æterna in Angelis & spiritibus; alia æterna in Deo; alia est iustitia superior in cœlo præmians bonos; alia inferior reprimens malos; alia est iustitia adextremis in prosperitate; alia est iustitia à sinistris in aduersitatibus; alia est anterior iustitia, quam habet aliquis in bona intentione; alia posterior quam habebit per eandem continuatam ad posteriora opera; alia est iustitia interior considerata in anima; alia exterior que apparet in dispositione exteriorum rerum; alia est iustitia quæ modificat animam; alia quæ modificat corpus; alia est iustitia quæ est velut instrumentum rerum corporalium; alia velut instrumentum rerum spiritualium.

Et eomodo quo diuissimus iustitiã, per decem modos generales, possumus eandem, per species regularum diuidere, vt alia est iustitia necessaria; alia possibilis; alia impossibilis; alia contingens, per regu-

regulam Vtrum, alia absoluta & totalis, alia partialis essentialiter; alia habitualis, & alia actualis; per regulã quid; alia primitiua, alia quæ deriuatur ab alio; alia possessiua, per regulam de quo; alia formalis, & alia finalis, per regulã quare; alia continua, alia discontinua, per regulam quantum; & ita per omnes species regularum, considerando earum methodum in qualibet occasione, quæ se offert ad diuidendum aliquid.

Sed quia coniunctus est vsus diuissius, vsui diffiniendi qui ei succedit: ideo per decem modos & species regularum, erit demonstrandus, quod fiet in præsentem sumendo vnam partem seu membrum iustitiæ (superius diuisa) per generales modos & speciales regularum, diffiniendo sic iustitiam perse existẽtem, quam in primo membro diuisionis innuimus superius, & diffiniemus esse ens necessarium existens tribuens, vnicuique quod suum est. Item per regulã quid esse essentialẽ & liberam inclinationem, ad tribuendum vnicuique quod suum est; per regulam de quo, esse primam ra-

dicem & originem, vnde procedit iustitia creata; per regulam quare, esse formam simplicissimam tribuentem vnicuique ea quæ sibi debentur; per regulam quantum, esse mensuram totius distributiue & commutatiue iustitiæ creatæ; per regulam quale, esse propriã Dei inclinationem & intrinsecam, per quam Deus dat vnicuique quod suum est; per regulam quando, esse velut habitualem & perseverantem excellentiã per quam Deus tribuit cuique; proportionatam perfectionẽ; per regulã vbi esse ens quod vbilibet distribuit debitum, secundum merita vel dispositiones rerum; per regulam modalitatis, esse id quod modificat & disponit res secundum quod eis conuenit; secundum regulã instrumentalitatis esse veluti instrumentum intrinsecum Dei secundum nostram considerationẽ, quo ipse Deus operatur iuste.

Et quemadmodum, iustitiã perse existentem in Deo, per decem modos generales diffiniuimus: poterit per species regularum diffiniri: dicendo per regulam vtrum, in quadruplici materia, esse ens necessa-

rium, quod libere disponit & iudicat de omnibus; esse ens cui solum est possibile omnia distribuere; esse ens quod omnibus contingentibus legem ponit; item esse ens cui non est impossibile, etiam futura ante quam sint ordinare; per primam speciem regulæ quid, esse rationē absolutam, quæ libere iudicat & disponit de omnibus; per secundam speciem, esse attributū Dei, quod cum misericordia misericorditer; cum sapientia, sapienter; cum fortitudine, fortiter; cum libertate, libere concurrat ad iudicandum. Et sic hoc ordine procedendo, per species omnium regularum fierent diuersæ diffinitiones, seu declarationes & descriptiones iustitiæ Dei: per quas ipsa iustitia perse existens manifestaretur. Quod sicut factum est modo, in prædicto attributo & primo membro diuisionis, poterit in quolibet alio proposito, & membro diuiso fieri per modum signatum in regulis, in quibus post prædictos vsus diuisiuum, & diffinitiuum, succedit vsus argumentatiuus, qui talis est.

Postquam rem aliquam diuisimus, & in membra diuersa distribuimus, & quodlibet membrum, aut saltem illud de quo agendum est, diffiniuimus, mouemus & excitamus quæstiones & dubitationes circa illud, vnam aut plures; & in vnaquaque quæstione, seu dubitatione, conclusionem ponimus & determinamus, per modum datum supra, de necessitate Sacerdotum in republica, vbi generaliter eam probauimus. Specialiter tamen demonstratur iste modus, agitando quæstionē in primo membro diuisionis iustitiæ Dei, quærendo vtrum in Deo detur iustitia perse existens, quam quia dari necesse est, cum omnia quæ in Deo sunt perse existant, probanda esset veritas, constituendo decem locos probationis, per decem generales modos quærendi & per quinquaginta quinque alias notiones, quæ considerantur in speciebus regularum quales sunt in regula vtrum, necesse, contingens, possibile, impossibile in regula quid, quid est in se, quid habet in se, quid est in alio,

alio, quid habet in alio; per regulam de quo, de quo est iustitia primitiue, deriuatiue, possessiue, per regulam quare, formaliter & finaliter; per regulam quantum continuè & discrete; per regulam quale, proprie & appropriate; per regulam quando, per quindecim species ei assignatas; per regulam vbi, per alias quindecim eidem attributas; per regulam modalitatis, per modum in vna parte, in diuersis partibus, in esse totali, in emissione similitudinis talis esse; per regulam instrumentalitatis in vna parte, in pluribus partibus, in esse totali instrumentali, & in emissione similitudinis per tale instrumentum.

Vnde constat in regulis assignari sexaginta quinque loca, ad deducenda argumenta, per quæ probetur iustitiam existentem esse in Deo, & in quolibet loco poterunt fieri tot rationes, quotupliciter possint principia artis singulariter, combinata applicari, & ita fiet in quolibet alio proposito seu membro diuisionis, tam in præfata diuisione facta, quam in qua-

uis alia occasione facienda.

De vsu ad interpretandum auctores.

EX prædicto immediato & quarto vsu regularum, ad diuidendum, diffiniendum & argumentandum per regulas, resultat & apparet alius quintus vsus, qui est ad interpretandum aliquam scripturam seu librum, quæ interpretatio duplex potest esse; alia generalis, qua generaliter interpretamur, totum aliquem librum, diuidendo illum in partes siue tractatus generales; alia est particularis interpretatio, secundum quam, partes ipsas siue tractatus in alias minores partes distribuimus aut in qualibet earum minorum methodum nostram applicamus, Verbi gratia totus liber sacre scripturæ, diuiditur in duas partes, in testamentum vetus, & testamentum nouum; qualibet aurem harum partium diuiditur adhuc in alias quatuor partes minores, in libros scilicet legales, historiales, sapientiales, & prophetales. Vnaquaque harum

partium adhuc habet libros diuerfos, vt apparet in Pentatheuco Moyſi, qui eſt pars legalis teſtamenti veteris, in quo continentur quinque libri; & in parte legali noui teſtamenti ſunt quatuor libri, qui continentur quatuor Euangelia; & in quolibet libro & Euangelio ſunt multa capita.

Adhuc etiam in vnoquoque capite, ſunt partes diuerſæ in quas diſtribuitur, quæ omnia apertiſſima & viſibili methodo in tabulis & ſpeculo vtriuſque teſtamenti à nobis artiſcioſe iam tradita & excuſa ſunt; per quem modum diuidendi, diuerſa eſt facienda interpretatio. Et vt gratia exempli appareat id in aliqua parte ſacræ ſcripturæ, applicabimus methodum in prioribus verſiculis, Pſalmi Davidis qui talis eſt. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum nõ ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege Domini volũtas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Quæ verba vt recte declarentur, & manifeſtentur oportet referre ad primam conſidera-

tionem, nempe eſſe verba ſacræ ſcripturæ, ac proinde dictata à Deo vero & bono, vnde affirmandum & concludendum eſt eſſe ſalubria & proficua ſaluti animæ.

Et quia adhuc eſt alia ſubdiuiſio ſacræ ſcripturæ, in teſtamentum vetus & nouum; inde deducimus dicta fuiſſe primo, antiquioribus Patribus & profitentibus verum cultum Iudeis in teſtamento veteri; deinde nobis, qui in hereditatem eorum, fidem ſcilicet & cætera dona per gratiam Dei introiuimus. Et quia poſtea fit alia diuiſio teſtamenti veteris, in libros legales, hiftoriales, ſapientiales, & prophetales; in ſapientialibus inuenimus, priorem partem eorum eſſe Pſalterium Davidis vas infinitæ ſapientiæ in quo continetur infinita miſteria, quod diuiditur adhuc in centum & quinquaginta Pſalmos, factos ad manifeſtationem operum mirabilium Dei; qui licet in eo omnes conueniant, differunt tamen, quia diuerſam tractant materiam, & ob diuerſum finem compoſiti ſunt.

Primus omnium iſtorum Pſalmorum eſt ille qui incipit Beatus

vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Quæ verba ſeu verſiculi ommiſſis alijs, quæ in toto Pſalmo primo continentur, erunt à nobis declaranda methodo tradita in regulis: ſecundum quam, perſpecto prius ſine Pſalmi, qui eſt declarare veram felicitatem hominis, erunt primum in partes maiores, deinde in minores diuidenda. Maiores partes ſunt, duo prædicti verſiculi, qui diuerſam rationem felicitatis oſtendunt. Prior enim verſiculus, in tribus ponit felicitatem, ſcilicet quod homo non diſtrahatur & alliciat, nec accedat ad conſilia impiorum; ſecundo quod non ſtet & detineatur in via peccatorum; tertio quod non ſedeat in cathedra peſtilentiæ: docendo alios mala exempla & doctrinam peruerſam. Secundus verſiculus ponit felicitatem in duobus, in applicatione ſcilicet voluntatis ad perficiendum & operandum ea quæ in lege Domini præcipiuntur aut con-

ſiliaantur; & in applicatione intellectus ad meditando in lege die ac nocte.

Vnde apparet, quinque eſſe partes maiores iſtorum verſiculorum, quæ adhuc ſubdiuiduntur in alias partes minores; verba ſcilicet ſingula quæ in vnaquaque earum quinque partium continentur; in quibus tripliciter procedemus interpretando primo has poſteriores partes tanquam ſimpliciores; deinde referemus eas ad quinque partes præſignatas; & tertio ad duos verſiculos; quarto ſi volumus ad Pſalmum, Pſalmum; ad Pſalterium; Pſalterium & has ad partes ſapientiales, ad teſtamentum vetus; & iſtud ad librum Bibliæ ſeu ſacræ ſcripturæ; quæ quia longiſſima & latiſſima explanatione indigent, qua hunc & alios libros implere poſſemus inuite omittimus, ſolum inexhauſtible artiſcium innuendo. Et ita incipientes primo, à verbis in priori parte verſiculi primi poſitis, quæ ſunt, Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. Primum verbum eorum quod eſt, Beatus, dicimus quod eſt nomen adiectiuum, deriuatum à beatitudine:

tudine: quæ dicitur status omnium bonorum; & cum beatitudo per ordinem diuisionis, alia sit existens & vera qualis est possessio & operatio virtutum in via, & possessio gloriæ in cælo; alia falsa & non existens, sed solum in opinione hominum, vt ea quam ipsi ponunt in diuitijs, voluptatibus fama & nomine; facta diuisione per regulam vtrum, alia sit essentialiter talis in qua omnia bona includuntur, qualis est in Deo, per regulam quid; alia primitiua & prima omnium, vt eadem prout ab ea descendit omne bonum; alia formaliter talis, & alia secundum diuersos fines hominum; per regulam quare; alia infinita, & alia finita; alia bona iustorum & alia mala impiorum, per regulam quale; alia in tempore & alia in eternitate; per regulam quando; alia in terra & alia in cælo; per regulam vbi; alia modificata & determinata ad certa bona corruptibilia, vt ad honores & gaudia temporalia; alia includens omnia bona sine aliqua determinatione in eternitate, per regulam quo modo; alia quæ est ve-

lut instrumentum temporale ad æternam requiem, vt est gaudium & virtus sanctorum in via impellens eos ad cælum; alia est ipsa requies & beatitudo per visionem Dei in cælo.

Inde & non amplius per species regularum diuidendo prædictum nomen beatus; videmus varias & diuersas habere significationes, quas oporteret modo diffinire per modum datum in regulis si id liceret (quod modo facere non possumus, ne infinitum interpretationem protrahamus) dicimus tamen, beatum appellari hoc casu hominem iustum qui non abiit in consilio impiorum. Secundum verbum est, VIR, qui dicitur à virendo, quasi pollens viribus, & cum alius dicatur vir necessario secundum substantiam qualis est homo; alius per similitudinem per regulam vtrum; videndum de quo in præsentem intelligatur; cumque alius sit vir essentialiter talis, siue per vires corporis, & proprias animæ naturales; alius per supernaturales virtutes per regulam quid. De hoc loquitur propheta in præsentem; quia item per regulam

gulam de quo, alius est vir primus, qualis est Christus homo; alius secundarius & quasi deriuatus ab eo per sanctitatem inde acceptam quales fuerunt Apostoli & sancti alterius temporis; alius præsens in hoc tempore iustus, qui possidet iustitiam & notandum de quo viro propheta, hic sentiat. Item quia per regulam quare, alius est vir forma naturali talis; alius forma supernaturali gratia scilicet formatus (de quo id intelligat est videndum. Hoc modo per regulam quale inuenimus virum vnum esse finitum & limitatum intra terminos naturales finitos; alium quasi infinitum per gratiam. Item per regulam quando intelligimus, alium virum præteritum præsentem & futurum aut in lege naturali in lege scripta, & in lege gratiæ; per regulam quoque vbi, notamus, alium virum inclinatum ad terrena temporalia; alium quasi semper conuersando in cælo. Item alium moderatum; alium intemperatum & immoderatum; per regulam quo modo, alium veluti instrumentum Dei, per quod Deus demonstrat mi-

rabilia sua, in sanctitate, in doctrina, & bonis operationibus; alium veluti instrumentum diaboli, qui mala cogitat, loquitur & agit.

Inter has differentias viri, aduertendum de quo viro loquatur Propheta, quod nomen in qualibet differentia notata, aut per species regularum notanda, poterit diffiniri per easdem regulas, quod item fiet in nomine illo relatiuo, QVI, refferri enim potest ad easdem differentias virorum, quas annotauimus; deinde sequitur particula, NON, quæ est aduerbium negandi, referibile ad omnes viros per variam diuisionem factam, per regulas designatas; sequitur verbum, ABIT, quod multiplicabitur per diuisionem in recessum, per operationem intellectus, ita quod abeat ab vno loco in alium, à sancto in prophanum; à naturali & proprio hominis sine ad accidentalem & proprium animalium sensibilem; ab spiritualibus exercitijs bonis, ad mala & peruersa exercitia, per regulam de quo, in bona intentione & fine ad malum finem &

peruersam intentionem; per regulam quare. Item per regulam quantum, aliud est abire ab infinito, aliud ad infinitum; per regulam quale, aliud est abire per proprias & intrinsecas potētiās a Deo; aliud abire per extrinsecas potētiās sensuum; aliud quoq; est abire per aliquod determinatum tēpus; aliud semper abire & recedere; per regulā quādo; aliud est abire in loco Ecclesiæ seu religionis Christianæ; aliud abire in loco infidelium & hereticorum; per regulam ubi; aliud est abire per aliquem modum particularē per determinatum scilicet vitium; aliud per modum generalem & per omnia vitia; per regulam quomodo; aliud est abire per aliquod instrumentū recessus, qualis est obliuio incuria & negligentia; aliud abire per omnia instrumenta recessus; qualia sunt cūmulatio & congeries omnium peccatorum.

Quæ diuisio facta de verbo abiit, indigeret expositione & declaratione facta per modū diffiniendi datum in regulis, si ea modo vti liceret; facilis tamen est cuique aduertenti ter-

minos diuisionis. Sequitur præpositio illa, I N, quæ per se non determinat actum, determinat tamen casum ablatiui in præsentī, prout apparet in nomine illo, CONSILIO, quod dicitur quasi consilium seu congregatio multorum, ad determinandum & quærendum de rebus sibi placitis; quod nomen iterum diuidendum est, per regulas & decem modos quærendi seu vtrū, & dicimus aliud esse consilium necessariū animæ; aliud corporaliud. ad conseruandū esse essentialē; aliud ad singulas partes essentialis, ad habituales quoque inclinationes & actus potentiarum, per regulam quid, aliud est consilium circa principalia bona, qualis est beatitudo; aliud circa media. qualis est virtus; aliud circa infima, qualia sunt bona temporalia. per regulā de quo; aliud propter finem bonū, vt Deus colatur; aliud propter finem malum, vt hæresis recipiatur; per regulam quare aliud est continuum & ordinatum inter conformes consiliantes; aliud discontinuum & inordinatum, propter contrarietatem & discō-

tinuā-

tinuatiōnem; per regulā quantum, aliud vtile; aliud inutile; aliud magnum; aliud parū; aliud durabile & stabile; aliud inconstans & variabile; aliud potens & forte; aliud impotēs & debile; aliud ignorās; aliud sapiens, & ita de alijs principijs in regula quale consideratis; aliud successiuum de vno tempore in aliud; aliud in aliquo tempore determinate factū quod præcipue aduertitur per regulam quādo; aliud in loco inferiori & cum hominibus inferioribus; aliud in loco superiori cum hominibus superioribus; per regulam ubi, aliud determinando de partibus; aliud de toto; per regulā quomodo; aliud inquirens instrumenta necessaria & vtilia; aliud inutilia; per regulam cū quo est, seu per modum quærendi instrumentalitatis. Quod verbum consilium, diffiniendum quoq; esset secundum omnes terminos, in quos diuisum est, & videndum pro quo consilio in præsentī accipiatur. Sed quia vsus diffinitionis multoties est traditus modo omittimus. Cui succedit genitius ille, IMPIORVM, impius autem dicitur quasi nō pius, nec pro-

pensus ad reuerendum Deum & ei debitum cultum tribuendum & quasi deuiarus à vera pietate in proximum, non faciendo ei bonum nec debitū auxilium impendendo. Quo pacto impij dicuntur homines negantes reuerentiam Deo & auxilium proximo; ac proinde charitate priuari & peccatis multis obnoxij; mala agentes; sic impij per regulā vtrū, diuiduntur in homines necessitados per suam voluntariam malitiam ad recedendum a Deo, & in homines impossibilitatos ex suis viribus ad bene operandum; per regulam quid diffinimus impios esse homines, qui totum suum esse constituunt & ponunt in perpetua inobediētia ad Deū, & qui memoriam intellectū & voluntatem applicant ad malum.

Per regulam de quo, impios esse homines qui à prima ætate & per alias vsque ad vltimum vitæ viuunt in peccatis; per regulam quare impios esse quorum vita est forma & regula malarum atque prauarum operationum, & intētio peruersa. Item per regulam quantum, impios esse qui com-

muni-

munitates & particulares perfonas inficiunt & in periculis & neceffitibus sine debito auxilio relinquunt; per regulam quale, impios eoseffe quibus radicata est consuetudo peccandi vt vix queant a peccatis discedere; per regulam quando impios esse, qui omnes dies & annos occupantur in rebus pessimis; per regulam vbi, impios esse, qui intra se mala contra omnes cogitantes, extra se ea in alios operantur; per regulam quomodo, impios esse qui non solum vnā sui partem sed omnes quas habent applicant ad faciendum malum; per regulam cum quo, impios esse qui sunt in isto mundo instrumentum diaboli, ad multiplicandum peccata.

Et quia hoc nomen impius, dilatatum est & expositum per methodum diuidendi regularum, per easdem quoque poterit diffiniri dicendo, impius dicitur neceffitatus ad malum, applicans suas potentias ad peccandum; occupans totam vitam in peccatis; exemplar malorum; & ita consequenter, per alios modos diffinendi regularum poterit

diffiniri. Qui modus interpretandi per diuisionem siue definitionem potest adhuc etiā intra idem nomen aut verbū applicari, quando (scilicet nomen impiorū, aut quodlibet aliud diuidimus, in literas & sillabas & totalem dictionem ex literis & sillabis constantē; quam postea modo prædicto per regulas diuidimus & diffinimus; quod item factū fuisset in ipsa nostra interpretatione, nisi de literis applicandis ad significata numerorū, aut literarum Hebræarum facilis esset comparatio á nobis super Artem magnam iam paratā tradenda. Item de sillaba ad sillabam, ac perinde de vna dictione ad aliā sibi similit. Prædictis verbis in priorī parte versiculi primi, sic diuisis & diffinitis; oportet eadem simul vnire ac perinde totum sensum eorum in vnum enūciare, nēpe beatū esse virū iustū, qui nō recessit à Deo, nec transiit ad consilia impiorū. Circa quē sensum procedēdo per methodū regularū excitāda & mouēda est quæstio, vt eadem veritas quę foeliciter creditur suauiter magis intelligatur quæ talis est.

Vtrum

Vtrum sit beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.

HANC quæstionem credibilem, per verba sacre scripturæ faciemus, mediante fide, per methodum regularum intelligibilem, obseruādo eadē quæ superius in quæstione agitata de neceffitate Sacerdotum obseruauimus, & ita reducenda est ad literas, Vtrū ad B. vbi posita est in alphabeto, Beatus ad K. sub qua litera continetur gloria; Vir ad E. sub qua est homo; Abijt ad I. quia ibi est locus; In consilio ad F. quia consiliari est actus sapientiæ sub F. contenta. Quę verba licet multa sint, reducenda sunt ad tria principalia; nempe E. in qua est vir, F. in qua est consilium, K. in qua est beatitudo, & ita erunt simul coniuncta E, F, K. Declaratio terminorum quęstionis iam est facta, & si oportet fieri possemus eam facere modo supra tradito in alijs quæstionibus. Modo vero pro vtraque parte debent poni argumenta, scilicet beatum esse virum, qui non abiit in consilio impiorum, & non esse beatū. Et hæc argumenta,

intra doctrinam regularū seu ordinem ad alias partes artis, desumuntur ex formalitate regularum, vel speciebus earum vt prædiximus.

Sic pro parte negatiua arguemur ex regula vtrū nō esse beatū virū, qui non abiit in consilio impiorū, quia non est beatus ille qui etiā si non consentiat consilio & intētiōni impiorum, neceffitatur ad multas miseras & aduersitates cōtrarias beatitudini, quibus cum subiiciatur quilibet vir etiam iustus in hoc mundo, non poterit dici beatus.

Secundo non dicetur beatus ille, cui impossibile est ad locum beatitudinis ascendere: sed cuiuslibet viro impossibile est in hac vita talis ascensio: ergo impossibile est quod sit beatus vir qui in hac vita nō abiit in consilio impiorū. Per quem modum, in ista regula vtrum, & in speciebus aliarum regularum, poterunt inueniri multa argumenta, ad probandam partem negatiuā vt patebit experiēti.

Partem vero affirmatiuam, nempe

nempe beatū esse virum, qui non abiit in consilio impiorū, probabimus per alias duas species quæ sunt possibile & contingens, dicentes. Ille est beatus vir qui potest cū Deo summo omnium bono communicare & vniri: sed qui non abiit in consilio impiorum & gratiam & iustitiam possidet, est talis, quia gratia iustificat, & facit acceptum hominem Deo: ergo beatus erit vir, qui non abiit in consilio impiorum.

Item ille erit beatus vir,

qui contingit à Deo amari & eligi, ad fruendum eo in vita beata: sed talis est qui non abiit in consilio impiorum, nec acquiescit peccatis, præditus & ornatus gratia: ergo beatus erit vir qui non abiit in consilio impiorum. Ita procederemus probando & desumendo argumenta ex formalitatibus quæstionū generalibus & speciebus earū. Verū quia ex his argumentis postremis verior apparet pars affirmatiua, deducitur talis conclusio.

CONCLUSIO.

Beatus est vir, qui non abiit, in consilio impiorum.

HANC conclusionē possumus secundum doctrinam supra positam, per totā artem, alphabetum scilicet, figuras & diffinitiones, & per literas in ea contentas dissoluere. Verum quia in præsentī, intentio nostra, est methodū regularum ad diuidendū, diffiniendum, & argumentandū per eas demonstrare, per easdem regulas & argumenta ex

locis signatis, in eis desumpta eā confirmabimus hoc modo. Is qui se obligat & subdit voluntarie ad seruiendū Deo intra possessionem gratiæ quæ est ius ad omnia spiritalia bona quæ desiderari possunt, est beatus: talis est qui non abiit in consilio impiorū, per quod deperditur gratia & ius necessarium ad beatitudinē æternam, a qua tali modo voluntas

ras hominis auertitur: ergo talis vir est beatus.

Sicut fecimus hanc rationem solam in regula vtrum, poterit fieri altera per regulā quid, in secunda specie, dicendo, is est beatus qui potentias animæ quas habet implet donis spiritalibus & charismatibus diuinis, quæ præponderant omnibus rebus mundi: sed talis est, qui non abiit in consilio impiorum quia tunc se conseruat in tali possessione: ergo is vir erit beatus.

Item, per tertiam speciem regulæ de quo, confirmatur conclusio, dicendo: is qui possidet Deum infinitum bonū, & ab eo possidetur, est beatus: talis est qui semel suscepta gratia, non abiit in consilio impiorum, & Deum possidet & ab eo possidetur, cum is qui manet in charitate in Deo maneat & Deus in eo: ergo talis erit beatus. In qua specie & loco, & in qualibet specie & loco aliarum regularum possunt applicari principia confirmando eandem conclusionem, vt qui possidet communicationē bonorum omnium, est beatus; qui possidet:

thesauros æternos, est beatus; qui possidet omnem sapientiam, est beatus; qui possidet omne amabile, est beatus; qui possidet omnes virtutes, est beatus; qui possidet omnem veritatem, est beatus; qui possidet omne gaudium & gloriam, est beatus: sed talis est qui existens in gratia, nō abiit in consilio impiorum: ergo is vir erit beatus. Et sicut probauimus per has species regularum & in ipsa postrema per principia artis, in vna specie conclusionem propositā: ita quoque poterit per alias species probari, eodem modo conclusio.

Qui autem amplius adhuc, artem & methodum regularum velit exercere, applicet ad vnam speciem regularum, notiones aliarum specierum, & efficiet innumerabiles rationes: vt si in prædicta tertia specie regulæ de quo, applicet necessarium, contingens, impossibile, possibile, efficiet multas rationes hoc modo confirmando conclusionem dicendo. Qui possidet ens necessarium & perse, ens, cui impossibile est deficere; ens cui possibile est totum quod

est:

est factibile; ens cui numquā contingit in aliquo variari, est beatus: talis est qui gratia informatus, non abiit in consilio impiorum: ergo is vir erit beatus. Item per regulā quid, probatur eadem conclusio dicendo. Is qui possidet totale & absolutū bonū; is qui possidet correlatiua totius bonitatis; is qui possidet inclinationes & propensiones attributorum Dei; is qui possidet influentiam perfectionū Dei, est beatus: talis est qui degens vitam in gratia, non abiit in consilio impiorum per quod hæc omnia relegantur & perduntur: ergo talis vir est beatus.

Et hoc modo, quo hanc conclusionem probari per regulas & species ostendimus, poterimus probare quamcūque aliam conclusionem, in quacumque professione seu arte & scientia. Conclusionē tamen propositam, ampliare possumus per omnes species regularum, scilicet beatum esse virum, qui se obligat ad seruiendum Deo; qui ponit obstacula & impedimenta ad seruiendum diabolo; qui omnem potentiam suam appli-

cat ad bonum; qui contingetia mala aduertit & præuidet, ne in illa incidat, qui totum suum esse refert ad Deum; qui potentias suas occupat bonis actionibus; qui attendit ad adquirendum habitus omnium virtutum; qui se disponit ad agendum bene, in omnibus occasionebus & temporibus. Et sicut per has octo species regularum vtrum, & quid, facta est extensio conclusionis, octupliciter, ita quoque fieri potest per alias species regularum quando opportuerit. Ex prædicta conclusione, & eiusdem facta dilatatione, inferuntur varia consecratoria.

1. Primum est, non dici beatos illos, qui acquisitionem bonorum temporalium, nimia cura intendunt & per eorum augmentum, quod per fas & nefas procurant diuites in talibus bonis fieri cupiunt: quia eorum nimia sollicitudo tollit ab anima bonas cogitationes, & desideria nociua eorū; repellunt desideria cœlestium bonorū, per quæ iustus diues efficitur & beatus.

2. Secundum consecrariū, eos non dici beatos qui fastū mundi & ea quæ in eo alta & supre-

suprema videntur, nimis appetunt: quia talis status nimis periculosus est, & multis secularibus curis plenus, negotijs varijs terrenis occupatus, quæ animam distrahunt a Deo, in quo vera felicitas consistit, & innumeris turbatur successibus.

3. Tertium consecrarium, illos non dici beatos qui nimio desiderio, & inordinato appetitu viuendi in isto mundo, palatia, domos aut alia superba edificia, quibus hic delectetur curiose & sumptuose edificant: quia talium hominum intentio vana est, & impedit cogitationem iustam, de vita & habitatione perpetua in cœlo.

4. Quartum consecrarium, illos non dici beatos qui oblitī supræmæ Dei potestatis, quæ cuncta sibi subiecta habet; cupiunt cōtra eius voluntatem & potentiam, multa habere & possidere: & se ipsos a tali potentia & iurisdictione stulte & superbe subtrahere, facientes quæ non licet in possessione & acquisitione bonorum temporalium, omnes vires suas ad hoc solum applicantes.

5. Quintum consecrarium, non dici eos vere beatos, qui terreno sine magna negotia tractant, & circa curam & regimen magnorum regnorum occupantur, varijsque cogitationibus terrenis animam replent & onerant: quia hi nimis impediti & distracti, minus possunt Deo vacare, in cuius contemplatione & vera cognitione, maxima pars verę beatitudinis consistit.

6. Sextum consecrarium, non dici beatos illos, qui voluntatem suam applicant totaliter ad hæc bona temporalia visibilia, ea nimis amando & diligendo, cum talis amor sit mundanus & à Deo reprobat, quia repellit a se charitatem & verum amorem cum Deo; amor enim mundi nimius, non compatitur secū amicitiam cum Deo.

7. Septimum consecrarium, non dici beatos, immo maxime infelices, eos qui vitijs in hoc mundo se dedunt, nec virtutibus & sanctitati seu obsequio Dei se tradunt: quia tales fundamentum totius beatitudinis quæ est gratia, omnino a se expellunt.

8 Octauum consecrarium, nō dici beatos illos, qui quacumq; scientia & cognitione veritatis polleant, carent tamen cognitione veritatis & religionis à Deo datę, in qua consistit maxima pars felicitatis quia per eam homo religatur & vnitur Deo, à quo separantur, qui falsa religione decipiuntur.

9 Nonum consecrarium, nō dici beatos illos, qui gloriam & honorem proprium seu laudem & exaltationem temporalem quærunt, oblitos laudis, honoris & exaltationis glorię Dei: quia tales turbantur & concutiuntur varijs successibus, pacę animę & quietę verã exterminantibus.

10 Decimum cōsecrarium, nō dici eos beatos qui se à cōmunionē humiliū & sanctorum hominum deuiant, & superbis solis mundanis communicant, quia tales superbiam inimicã Deo induūt, & stulti extra viã Dei efficiūtur.

11 Vndecimum consecrarium, nō dici beatos illos qui dolis & technis, quibus vtuntur mūdani ad decipiēdos proximos consentiunt, vt inde aliquã tēporalē cōmoditatem,

aut estimationē & honorē accipiāt: quia tales sunt inimici Dei, & non possunt cum eo in tali statu concordare.

12 Duodecimū consecrariū nō dici beatos illos, qui sibi ipsi blandientes, carnis delectationem sequuntur & bonū in carne quærunt, quia non sunt debitores carnis, vt secūdam carnem viuāt, a qua nullū verum bonum spirituale procedere potest: nec inde tale possunt homines sperare; ac proinde nec isti nec alij quos in supra dictis cōsecrarijs notauimus posūt dici beati, quia tales abierūt in consiliū impiorū.

13 Decimum tertiu cōsecrariū, illos esse beatos qui in hoc mundo cum ipsi obsequantur Deo sunt causa & instrumenta multorū bonorum operū, multosq; ad Dei cognitionē & obsequium tradunt.

14 Decimū quartū consecrariū, illos esse beatos qui in hoc mundo subditi totaliter Deo, multa media inueniunt & excogitant ad saluādas animas: siue prædicando siue consiliādo, siue monasteria & regulas instituendo, dissidia & inimicitias componendo, & diuisas inter se gentes vniendo.

15 De-

5 Decimum quintum consecrarium, illos dici beatos qui gratiã Dei possidētes, se ipsos euacuant curis temporalibus & negotijs secularibus, totosque se ad Deum dirigūt & referunt, curando parum de bonis terrenis, proximisq; intentione seruiendi magis Deo, connātur varijs modis illuminare & dirigere ad eundem finem.

16 Decimum sextum cōsecrarium, illos dici beatos, qui omni cura & diligentia, intēdunt in hoc mundo, imaginē Dei in eis existentem, purã & sine aliqua macula custodire; maioremq; procurare cū Deo similitudinem, per quam homines iusti & beati efficiūtur.

17 Decimum septimum cōsecrariū, illos dici beatos qui totis viribus, se Angelis equare procurāt per bona opera; immaculatos se custodiendo ab hoc seculo, ad Dei obsequium quotidie magis, ac magis anhelantes.

18 Decimum octauum consecrariū, illos dici beatos qui voluntariam eligentes paupertatem & humilem statum procurantes, bona temporalia, honores, potestates, & quæ

alta videntur in mundo despicūt, seque totos amori & cōtemplationi Dei, virtutibusq; omnibus se tradunt: quia omnes qui signati sunt in sex vltimis consecrarijs, non abierunt in consilio impiorum, ac proinde beatos esse iudicauimus & intulimus.

Eo modo quo hæc cōsecraria educta sunt ex supraprobata cōclusionē, poterāt quoq; & alia multa inferri & deduci, vt appareat, ad quã multos casus, poterat applicari intelligentia illorum verborū, (Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.) Sed ne nimis sermonem protrahamus, hæc solum obseruare voluimus, quanta potuimus breuitate, in sola priori parte versiculi primi Psalmi quam interpretandam suscepimus, vt ad eius normam & methodum alias, partes quæ restant & omnem sacram scripturam, quęcumq; etiam librum, sacrum aut profanum interpretari quilibet possit.

Respondendo modo ad argumenta in principio posita, pro negatiua parte quæstionis, dicimus quod quamuis vir aliquis bonus, subicia-

tur pœnalitatibus & aduerfitatibus quæ in hoc mundo reperiuntur, non ideo non erit beatus quia tales aduerfitates & pœnæ in hoc seculo, maiorem gloriam parant ei in cœlo, & dum corpus animale in hac vita, sentit maiores pœnas, disponitur magis ad subiiciendum se animæ, & ita magis afficitur ad Deum in quo eius gloria & beatitudo consistit.

Ad secundum respondemus, quod quamuis ascensio actualis corporaliter, ex hoc loco inferiori mundi ad cœlum, non sit possibilis suis viribus homini iusto, dum uiuit, quia ponderositate corporis detinetur: tamen quia possidet ius beatitudinis per gratiam dicitur beatus, sicuti & dicitur Rex alicuius Regnū ille, qui habet ius ad regnū quamuis actualiter illud non possideat.


Restat post prædictam tractationem agitatæ quæstionis, utrum sit beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, eādem quæstionem per species quæstionū multiplicare, Vtrū scilicet talis sit necessario beatus? vtrū possibiliter sit beatus?

utrum contingenter? utrum impossibiliter? utrum essentialiter? per regulam quid? utrum per esse absolutum? utrum per potentias animæ? utrum per habitus adquisitos? utrum per actus factos aut faciendos? utrum sit beatus per originationem beatitudinis? utrum per deriuationem eiusdem à Deo? utrum per possessionem beatitudinis? Et ita consequenter procedendo per omnes species regularum, applicando in eis, si libuerit principia, ut utrum sit beatus, cum possessione totius boni? totius magnitudinis? totius eternitatis? & ita de alijs, & in qualibet harum quæstionum & aliarum, quæ fieri possunt seruaremus methodum supra datam.

Obserua tamen, quod sicut particulam istam priorem Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, interpretati sumus: ita quoque alias quæ sequuntur & proposuimus, possumus interpretari & declarare. Et ne res in immensum iret omittimus earum explanationem & illam, quæ antea præmitenda erat de libro

de libro Bibliæ, generaliter de Testamento veteri; de partibus Sapientialibus Testamenti veteris; de Psalterio & Psalmis, quia horum notitia & declaratio conducere maxime ad declarationem & interpretationem factam, quod poterat videri si ageremus titulos de libro Bibliæ, de perfectione, de ma-

gnitudine, de duratione & alijs. Item de Testamento veteri, de partibus Sapientialibus, de Psalterio & Psalmis. Et inde descenderemus ad verba iam interpretata, in quibus remanent aperti & manifestati quinque vsus regularū.
(??)



CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM, IN quo agitur de tabula generali seu modo extrahēdi viginti rationes viginti quæstiones & totidem solutiones exqualibet camera quarta figuræ, & quomodo hæ multiplicentur & dilatentur intra & extra principalem quæstionē, & inquadā deiure agitata & motu exemplariter demonstratur.

TEXTVS.

TABVLA GENERALIS.

BCDT	CDET	DEFT	EFGT	FGHT	GHIT	HIKT
BCTB	CDTE	DETD	EFTF	FGTF	GHTG	HITH
BCTC	CDTD	DETE	EFTF	FGTG	GHTH	HITI
BCTD	CDTE	DETF	EFTG	FGTH	GHTI	HITK
BDBT	CETC	DFTD	EGTE	FHTF	GITG	HKTH
BDBC	CETD	DFTD	EGTF	FHTG	GITH	HKTI
BDDT	CETE	DFTF	EGTG	FHTH	GITI	HKTK
BTBC	CTCD	DTDE	ETEF	FTFG	GTGH	HTHI
BTBD	CTCE	DTDF	ETEG	ETFH	GTGI	HTHK
BTCB	CTDE	DTEF	ETFG	FTGH	GTHI	HTIK
CDTB	DETC	EFTD	FGTE	GHTF	HITG	IKTH
CDTC	DETD	EFTF	FGTF	GHTG	HITH	IKTI
CDTD	DETE	EFTF	FGTG	GHTH	HITI	IKTK
CTBC	DTCD	ETDE	FTEF	GTFG	HTGH	ITHI
CTBD	DTCE	ETDF	FTEG	GTFH	HTGI	ITHK
CTCD	DTDE	ETEF	FTFG	GTGH	HTHI	ITIK
DTBC	ETCD	FTDE	GTEF	HTFG	ITGH	KTHI
DTBD	ETCE	FTDF	GTEG	HTFH	ITGI	KTHK
DTCD	ETDE	FTEF	GTFG	HTGH	ITHI	KTIK
TBCD	TCDE	TDEF	TEFG	TFGH	TGHI	THIK

DE

DE QVINTA PARTE QVÆ EST DE TABVLA.

TABVLA ista, est subiectum in quo intellectus se facit vniuersalem, eo quia intelligit & abstrahit ab ipsa, multa particularia, omnium materierum, discurrendop principia per particularia obiectiue & regulas subiectiue, applicado cuiuslibet quæstioni, viginti rationes, declarando ipsam quæstionem. Et a qualibet camera ipsius columnæ, abstrahitur vna ratio. Tabula hæc habet septem columnas vt patet, in quibus implicatur, octuaginta quatuor columnæ explicatæ in arte magna. In ipsa tabula T. significat quod literæ quæ sunt a parte ante, T. sunt de prima figuræ; & quæ sunt post T. sunt secunda figuræ. Per tabulam ipsam intellectus est ascensiuus & descensiuus; ascensiuus est quia ascendit ad priora & generaliora; & est descensiuus quia descendit ad posteriora & particularia. Abuc est copulatiuus, eo quia copulat colūnas: sicut columna B.C.D. copulatur cum columna C.D.E. & sic de alijs.

EXPOSITIO TEXTVS

TAbula generalis, est generale instrumentum intellectui nostro, per quod ipse in omnibus, quæ se offerunt, multiplicat ad vnam rationē factam per modum artis vel inuētam in quolibet authore, decem & nouem alias rationes: quo pacto intellectus se facit generalem & sapientem,

tam in notitia indiuiduorum, quam in gradibus intermedijs specierum & generū, vsq; ad vltimum gradum obiectiuum & supremū. Taliter quidem vt ad vnam solam rationem formaliter, factam circa quæstionem alicuius gradus superioris, aut inferioris, multiplicentur aliæ decem & nouem,

Q5

nem, vt patet quasi ad sensum in delineatione facta per literas, per septem columnas tabule desumptas, ex prima circulatione seu primo circulo quartę figurę. Quarum prima est BCD. secunda CDE. tertia DEF. quarta EFG. quinta FGH. sexta GHI. septima HIK. In qua vt apparet per reuolutiones secundi & tertij circuli quartę figurę applicatas ad literas primi circuli, nequeunt directe fieri plures generales circulationes. In quolibet tamē earum tot sūt quotupliciter literę secundi circuli, cum literis primi comparari possunt: vt post BCD. continentur, sub eadem B. prima BCE. BCF. BCG. BCH. BCI. BCK. Deinde posita litera D. sub B. circuli maioris, fiunt alię comparationes sub B. scilicet BDE. BDF. BDG. BDH. BDI. BDK. Postea ponendo E. circuli mediocris, sub B. circuli maioris, fiunt alię comparationes, videlicet BEG. BEH. BEI. BEK. Deinde mutado F. circuli mediocris, & ponēdo illud sub B. circuli maioris, fiunt de nouo alię, scilicet BFG. BFH. BFI. BFK. Item mutato G. circuli

mediocris sub B. circuli maioris, resultāt tres cōbinationes BGH. BGI. BGK. Mutato H. circuli mediocris sub B. circuli maioris, fiunt duę cōparationes, nēpe BHI. BHK. Deinde mutato I. circuli mediocris, sub B. circuli maioris, fit rātū vna comparatio, scilicet BIK.

Et in ista circulatione est absoluta & completa, tota vis & extensio primę columnę in tabula, extracta vt dicemus ex prima comparatione, qua comparantur in quarta figura tres literę sibi succedētes, vsque quo omnes literę circuli inferioris & mediocris, sint cū ipso B. cōparatę.

Et sicut exemplum dedimus in B. primi circuli, quę continet alias comparationes, quas demonstrauimus sub se: ita fieri potest in secunda columna CDE. comparato C. cum literis aliorum duorum circulorum, quoties comparari poterit; idem fiet in tertia colūna & in alijs, quod per methodū & circulos quartę figurę facile apparebit.

Obserua tamē, quod in qualibet columna in prima assitua tione literarum, ponitur litera T. post tres literas, vt verbi gratia

gratia BCDT. CDET. & ita in alijs ad variandam considerationem & multiplicandum rationes per decem & nouem modos. Quia cum sub tribus literis contineantur sex principia, duo, sub qualibet litera, nēpe sub BCD. bonitas magnitudo, duratio, differentia, concordantia, contrarietas; hęc si adinuicem triplicata comparentur, inuenientur decem & nouem comparationes post primam, vt si facta ista prima, bonitas, magnitudo, duratio, BCDT. comparetur bonitas cum magnitudine, & differentia BCTB. bonitas cum magnitudine & concordantia BCTC. bonitas cum magnitudine & contrarietate BCTD. deinde bonitas & duratio cū differentia BDTB. bonitas duratio & concordantia BDTC. bonitas duratio cum contrarietate BDTD. Deinde comparatur bonitas cum differentia & concordantia BTBC. cum differentia & contrarietate BTBD. & vltimo comparatur bonitas cum concordantia & contrarietate BTCD.

Vbi apparet quod bonitas decem cum alijs efficit ratio-

nes. Comparata bonitate, incipit comparatio magnitudinis cum reliquis, magnitudo, duratio, & differētia CDTB. magnitudo duratio, & cōcordantia CDTC. magnitudo duratio & contrarietas CDTD. magnitudo differens concordans CTBC. magnitudo differens contrariens CTBD. magnitudo concordans contrariens CTCD. Deinde comparatur D. seu duratio cum alijs tribus principijs, respectiuis, vt duratio differens concordans DTBC. duratio differens contrariens DTBD. duratio concordans contrariens DTCD. Postea fit vigesima comparatio inter tria principia, respectiua post T. vt differentia, concordantia, contrarietas TBCD.

Et eo modo quo cōparatę sunt literę in prima, columna cōparantur illę quę reperiuntur in secunda, & in tertia, & in qualibet alia ex septē, & in quibuslibet alijs tribus literis sub eis cōtētis, quod ita fit & cōtingit, quādo admodū columnarum tabulę, fiunt rationes multiplicando eas, ad declarandam seu confirmandam aliquam quæstionem.

Prædicto modo, sicut extrahuntur viginti rationes, per variationem literarum, ita quoque viginti excitantur quaestiones, quarum decem & novem sunt velut filiae procreatae à prima, & principali quaestione: tali tamen methodo excitandae ut modus quaerendi, qui continetur sub qualibet prima litera, efficiat quaestionem; ut verbi gratia, quando novem vicibus comparatur. B. seu bonitas cum alijs literis, & principijs, semper agitur quaestio per regulam utrum, quae est sub B. sic dicimus in primis duabus comparationibus. B C D T. B C T D. utrum bonitas sit infinita & aeterna? utrum bonitas sit infinite differens? & ita contingit in alijs octo comparationibus ipsius B. cum alijs.

Verum quia finita comparatione ipsius B. incipit comparatio ipsius C. cum alijs ut apparet in C D T B. C D T C. & alijs quatuor comparationibus, ut magnitudo, duratio & differentia; magnitudo duratio & concordantia; iam non quaerimus per regulam utrum sed per regulam quid, existentem sub C. ut quid est magni-

tudo durans differens? quid est magnitudo durans concordans? & ita de alijs. Quando vero D. seu duratio, comparatur cum alijs respectu principijs, quaerimus per regulam de quo, ut de quo est duratio differens contrarius? de quo est duratio concordans contrarius? & sic per tres regulas contentas sub tribus literis facimus viginti quaestiones. Ita in quolibet proposito litera quae praecedit alias, quaerit per suam regulam de alijs.

Observandum tamen, quod sicut per istum modum excitantur viginti quaestiones, una principalis & maior, quae est prima & reliquae decem & novem, quae ab ea procedunt; ita quoque solutiones earundem quaestionum extrahuntur, ex significatis quae continentur sub literis, inter quas fit comparatio: ut verbi gratia, si quaestio esset, utrum sit bonitas, magna, durans? extrahitur solutio ex contentis in eisdem literis, scilicet esse aliquam bonitatem magnam & durantem, quia est differentia communicationis magnae multorum entium durantium. Item quia est bonum necessarium infinitum

nitum & eternum se communicans; & ita per reliqua contenta sub praedictis literis, in quibus potest multiplicari solutio.

Et quod fit in ista quaestione, sic & contingit in reliquis agitandis per modum columnarum; quae methodus multum valet ad lectiones quae fiunt propter ostentationem, ne loquatur aliquis extra rem (ut saepius contingit) deducta enim conclusione ex textu, & confirmata per multas rationes (ut supradictum est) tractanda erit per modum quaestionis, observando in ea, quae annotauimus in agitatione quaestionum principalium (quas haecenus tractauimus) Deinde per modum dubitationum, descendit discursus lectionis, dubitando per singulas camelas columnarum usque ad vigesimam, & soluendo easdem dubitationes & quaestiones. Quo pacto dicitur intellectus descensus, quatenus a prioribus comparationibus literarum, descendit ad inferiores; & ascensus quando postquam excitauerit modo contrario quaestiones aut eas soluerit iam propositas, ascendit excitando

aut dissolvendo quaestiones aut dubitationes factas, per posteriores comparationes literarum.

Et quia intellectus tali modo ascendit & descendit, pro ut modus se habet ex parte istius methodi, per quam docetur descendere a priori quaestione in vicinam, & ascendere a posteriori in primam, ita quoque (ut ostendimus in regula de quo) intellectus ascendit a posterioribus & infimis gradibus, ad primos & generales, ut a Petro, per hominem, vegetativam, animal, corpus, substantiam, in ipsum ens, a quo ente iterum descendit usque; ad Petrum, faciendo quaestiones & dubitationes, per modum tabulae, in quolibet gradu, combinando, & comparando principia, & advertendo semper quod literae quae sunt a parte ante T. sunt de prima figura, ut author innuit & quae sunt post T. sunt de secunda figura.

His cognitis, quia intellectus, ut dicit author est copulativus per tabulam, intelligendum id est, quatenus finita comparatione trium literarum, mutatur consideratio ad alias,

ut si

vt si verbi gratia in præfenti BCD. finita esset & completa per modum dictum in prima colūna, quæ in ea erat, media litera incipit fieri prima in secunda columna, dicēdo C D E. copulat enim & attrahit illa litera D. sequentē quæ est E. & incipit tunc nouus modus faciendi rationes, alias scilicet viginti quæstiones & viginti solutiones. Sic in tertia colūna quæ est DEF. illud E. copulat & trahit ad se ipsum F. & fiunt de nouo totidem rationes, totidē quæstiones, totidem solutiones. Et eodem ordine procedendo & copulante vltima litera aliam sequentem, fiunt innumerabiles rationes, innumera biles quæstiones & innumera biles solutiones, in quolibet proposito.

Sed vt hæc, quæ circa decla

Vtrum qui sentit commodum, debeat sentire damnum.

ISTA quæstio applicata ad methodum suprapositam, reducenda est ad literas artis, quæ sunt B. propter terminū illum Vtrum & terminum Cō

rationem textus tabulæ anno tauimus manifestiora fiant, aliquo exemplo necesse erit comprobare, quod quia factum est ab authore exemplo Theologico, in arte magna, per literas primæ columnæ, fiet modo in legali facultate, vt aduertatur hęc artem profitentibus scientiam legū, mixime vtilem & necessariam esse: & hoc quidem per alias literas, vt artificium magis percipiatur, eritq; quæstio circa regulam illam iuris, qui sentit commodū, debet sentire damnum, quia si prima principia iuris prudentiæ possunt probari per artem, specialia quæ ex principijs deducuntur, melius & euidentius probabuntur, (quod iā supra factū est in quæstione d̄ serēte in agro alie no triticū ab alio mutuo accipium) talis ergo est quæstio.

modum & Damnum, quæ ad literam B. propter bonitatē & eius contrarium reducuntur; termin⁹ ille, Qui, reducitur ad E. scilicet hominem, Sentire, quod

quod hic est pati, ad I. sub qua est patientia seu ratio susceptiua boni aut mali applicatur, vnde literæ erunt tres scilicet BEI. Secundo explicandi sunt termini quæstionis, scilicet Commodum, quod in præfenti bonum significat, & Damnum, quod significat malum & nocuum contrarium bonitati, Sētere vero est suscipere aut pati bonum aut malum, terminus Qui, est relatiuus & refertur ad hominem, qui sentit commodum & damnum. Tertio pro vtraque parte ponenda sunt argumenta, nempe pro parte negatiua, non debere eum sentire damnum, qui sentit commodum.

Pro prima parte seu negatiua, fiunt tales rationes, non est iustum eum sentire damnum qui iure suo vititur, potest enim procurare sibi bonum immo & damnum vitare, & quodammodo tenetur id facere: ergo qui sentit commodum non debet sentire damnum.

Secundo id debet vnusquisque sentire, quod magis concordat proprię naturæ: sed cōmodum & bonum magis cōueniunt & concordant, cū na-

tura hominis, quam damnum quod eidem contrariatur: ergo qui sentit commodum, nō debet sentire damnum. Et sicut per duo principia simplicia facta sunt hæc duo argumenta, ita per alia principia simplicia aut duplicata possunt fieri multæ aliæ rationes in fauorem partis negatiuæ.

Pro parte affirmatiua possent quoque adduci rationes per eadem principia, vt tamē artificium arguendi per regulas suprapositum applicemus ex regulis desumenda sunt argumenta.

Primum est, id est necesse vt sentiat aliquis, quod necessario concupiro & desiderato cōmodo coniunctum est: sed damnum tēporale quales sunt obligationes aut seruitutes, cōiunctum est necessario quādoq; bono seu commodo desiderato & appetito, vt domui, agro aut loco, quod quis procurat sibi acquirere: ergo qui sentit commodum debet sentire damnum, quod argumentum desumitur ex regula vtrum seu necesse ibi contento.

Secundum argumentum, id quod essentialiter identificatur

catur, cum commodo seu desiderato bono sentiendum est ab eo, qui tale commodum procurat: sed damnum identificatur essentialiter quandoque ipsi commodo ut apparet in sumentibus potiones, in quibus suaue & amarum sunt essentialiter coniuncta; salubre quoque & pœnale: ergo qui sentit commodum, debet dā-

num & pœnam sentire; quod argumentum desumitur de regula quid, quæ de essentia agit.

His pro vtraque parte adductis argumentis, apparet iam regulam iuris veram esse, scilicet quod qui sentit commodum sentiat & damnum, proinde eadem regula ponenda est tamquam conclusio scilicet.

Qui sentit commodum debet sentire damnum.

ISTA conclusio probatur per artificium tabule per principia scilicet, quæ continentur in literis, ad quas quæstio reducta fuit, quæ sunt BEL. sub quibus sunt tria principia absoluta, bonitas, potestas, veritas, tria quoque principia relativa, differentia, principium, æqualitas; quæ ut patet ex declaratione tabule, possunt inducere viginti rationes (quod & nos in præsentis quæstione faciemus.)

BEIT. Prima est ex BEIT. seu ex bonitate, potestate & veritate tali modo. Quando-

bono quod quis potest vere apprehendere & possidere, necessarium est, ut qui primum affectat secundum etiam debeat sentire, cum in eodem sint coniuncta: sed hoc contingit ei, qui hæreditatem bonam sibi procurat, in qua sunt obligationes & aliqua pœnalia onera: ergo qui in ea sentit & appetit commodum debet sentire malum seu dānum.

BETB. Secunda ratio sumitur ex BETB. siue ex bonitate, potestate & differentia, tali modo. Is qui affectat & apprehendit commodum, in quo possunt differentes rationes commoditatis aut incommoditatis

debet necessario apprehendere commodum, apprehendere etiam & damnum eidem rei & bono coniunctum: sed in casu, in quo reperiuntur, commoditas, & incommoditas in eadem re inseparabiliter, istud contingit, cum nequeat utile ab inutili & damno separari, nec econtra: ergo qui sentit commodum, debet & damnum sentire.

BETE. Tertia ratio, sumitur ex BETE. siue ex bonitate, potestate & principio tali modo. Quicumque appetit aliquod bonum, in quo sunt potentes causæ ad damnandum, aut perficiendum illud, necesse est utrumque apprehendat: sed quando damnum & commodum sunt simul indivisibiliter in aliqua re, id succedit, cum non detur locus eligendi unum sine alio, sed utrumque simul: ergo qui sentit in ea commodum, debet & sentire damnum.

BETI. Quarta ratio, sumitur ex BETI. siue ex bonitate, potestate, & æqualitate, tali modo. Vbi commodum & incommodum, possunt æqualiter operari in aliqua re, qui illam appetit necessario debet utrius-

que operationem admittere, aliter rem non posset capere: sed hoc contingit quando commodum & damnum inveniuntur inseparabilia in aliqua substantia, seu operatione: ergo qui appetit talem substantiam, aut operationem, sentiendo commodum debet sentire incommodum, seu damnum.

BITB. Quinta ratio, sumitur ex BITB. siue ex bonitate veritate, & differentia, tali modo. Quodcumque in aliqua re communicant differentes rationes & iura diversa vere & inseparabiliter, impossibile est quod qui rem in qua sunt illa cupit, non teneatur ad obligationes talium differentium iurium, cum res semper obligata teneant: sed qui recipit commodum in aliqua re, cui est coniunctum incommodum, capit id, in quo sunt diversa iura & differentes rationes commoditatis, & incommoditatis: ergo in tali casu, qui sentit commodum debet & sentire damnum, seu incommodum.

BITE. Sexta ratio, sumitur ex BITE, siue ex bonitate, veritate, & principio tali modo, ubi vere & realiter bonum & malum operantur, & habet

R. pro-

propriam causalitatem; necesse fariū est, vt qui re in qua hęc inueniūtur affectat, vtrūq; etiā sentiat (quia illam consequūtur): sed quodcumque commodum, & incommodum, sunt vere & inseparabiliter coniūcta in aliqua re, id accidit: ergo is qui talem rem accipit, & apprehēdit, debet commodum, & incommodū seu damnum sentire.

BITI Septima ratio, sumitur ex BITI. siue ex bonitate, veritate, & equalitate, tali modo. Quodcumq; bonum & malū, vere & equaliter in aliquo communicant, necesse est vt qui vnum eorum apprehendit, alterum quoq; apprehendat, & capiat (cum in re indiuisibiliter inueniantur): sed id cōtingit in ea re, in qua commodum & damnum reperiuntur vere & equaliter: ergo qui commodum sentit & accipit debet quoq; damnum & incommodum sentire.

BTBE Octaua ratio, sumitur ex BTBE. siue ex bonitate differentia & principio tali modo, Vbi bonum & malum, differenter causant inseparabiliter in aliqua re, necesse est vt qui vnum acceptat, alterū

admitat, aliter numquam rem ipsam capiet: sed id contingit quando commodū, & incommodum, seu damnum; inueniuntur in aliqua re: ergo qui illam accipit debet commodum & damnum sentire.

BTBI Nona ratio, sumitur ex BTBI. siue ex bonitate differentia, & equalitate, tali modo. Quando bonum & malum licet differant inter se, conueniunt equaliter in aliquo tertio, necesse est vt qui tertium illud accipit, bonum & malum recipiat, quia semper in illo tertio diuersimode operantur: sed quando commodum seu vtile, & damnum, seu inutile sunt equaliter in eodem tertio, id contingit, (cum nullum eorum possit a tali tertio separari) ergo qui sentit & recipit in eo commodum, debet quoque damnum, & incommodum sentire.

BTEI Decima ratio, desumitur ex BTEI. siue ex bonitate principio & equalitate, tali modo. Vbi bonum & malum causant equaliter operationes secundum formalitates suas; necesse est, vt qui illud in quo ista causantur receperit

ceperit, vtrumque etiam accipiat (aliter numquam rem ipsam in qua inseparabiliter sunt capturus): sed cum commodum, seu vtile & damnum seu seruitutes & obligationes in aliqua re reperiuntur, id cōtingit, quia seruitus rei est mala & fructificatio eiusdem stabilis & commoda: ergo necesse est, vt qui in tali re accipit vtilitatem seu commodū, sentiat damnum, seu incommodum.

EITB Vndecima ratio, sumitur ex EITB seu ex potestate, veritate, & differentia, tali modo. Quando aliqua possunt vere reperiri, & firmari in aliquo realiter & differenti modo, necesse est vt qui vnum eorum acceperit, alterum quoque acceptet, (cum nequeant adiuicem separari): sed quodcumque commodum, & incommodum, seu damnum inueniuntur, & firmantur in vna & eadem re, seu hereditate obligata ad pensionem, seu censum, & fructificante cum magno prouentu quolibet anno, nequeunt ad iuicem separari: ergo qui sentit in ea commodum, debet & sentire

damnum.

EITE Duodecima ratio, sumitur ex EITE. siue ex potestate, & principio, tali modo. Quando aliqua quæ sunt diuersa, possunt verificari in eodem subiecto, & substantia, & causare diuersos effectus in eo, necesse est vt qui tale subiectum, seu rem accipit tales effectus, quoq; accipiat, & admittat (non enim sine eis res in vsum cadit): sed quando in vna re sunt commodum, & incommodum id accidit, quia numquam producitur fructus in ea sine obligatione census, pensionis, aut seruitutis positæ: ergo qui tunc sentit commodum, debet & damnum sentire.

EITI Decima tertia ratio, sumitur ex EITI. siue ex potestate, veritate, & equalitate, tali modo. Quæ possunt vere & equaliter in eodem subiecto inueniri, habere quale ius & actiones in eo: sed quando commodum vtilitas, & incommodum seu damnum, reperiuntur inseparabiliter & equaliter in vna re, habent in ea equaliter ius, & actiones, equaliter re quali

ficâtes: ergo qui illâ accipit, debet cōmodū & dānū sentire.

ETBE. Decimaquarta ratio sumitur ex ETBE. seu ex potestate, differētia, & principio, tali modo. Quæ possunt differenti modo causare suos effectus in vna & eadem re adinuicem, necessario quoq; est vt qui eam accipit tales effectus quoq; admittat (si res non potest priuari & spoliari eis:) sed id accidit quando adinuicem coniunguntur in eodem, cōmodū, & incōmodū quæ semper rem sequuntur & afficiūt: ergo quando quis accipit tale commodum, debet incommodum, seu damnum sentire.

ETBI. Decimaquinta ratio sumitur ex literis ETBI. siue ex potestate, differentia, & equalitate, tali modo, Quando existunt cum suis differentijs essentialibus equaliter, cōmodū & incommodū in aliqua re, equaliter debent acceptari & sentiri (cū nullo alio modo res transeat in alterius dominium sine talibus conditionibus): sed in casu in quo sūt aliqua seruitutes & cōmoda in ea, sunt equaliter cōmodum & incommodum, cū res ipsa fructificās commodā sit & utilis, seruitus vero in ea

sit damnosa & incommoda: ergo qui accipit eam, sentiendo commodum, debet incommodum & damnum sentire:

ETEI. Decima sexta ratio, sumitur ex ETEI. siue ex potestate, principio & equalitate, tali modo. Quando sunt duo, quæ equalē causant effectum in aliquo, necesse est, vt qui accipit illud vtriusque effectum (cum res ab vtroque simul conditionata & affecta existat & currat) sentiat: sed quando cōmodū, & incommodum, vtile & damnosum, inueniuntur in aliqua re, causant in ea equaliter effectus; cum dum res fructificat, pēsionem quoq; & obligationē ad soluendum pro eo tēpore inducat: ergo qui in ea sentit cōmodū, debet & sentire dānū.

ITBE. Decima septima ratio, desumitur ex literis ITBE siue ex veritate differentia & principio, tali modo. Quando in aliquo sunt vere differētes causæ ad producēdum differētes effectus, necesse est vt qui illud acceptat & recipit, accipiat & sentiat tales differētes effectus, cū ab eadem re necessario, & cōsequēter proueniāt: sed quādo cōmodū & incōmodū veldānū, reperiūtur in ali-

in aliqua re, sunt ibi vere differentes causæ, producentes differentes effectus, cum damnum aliud dānū inducat & commodum seu vtile bonum trahat: ergo qui in ea acceptat & sentit commodum, debet & sentire damnum.

ITBI. Decima octaua ratio sumitur ex literis ITBI. siue ex veritate differentia, & equalitate, tali modo, vbi est veritas formalis & conditio differens equaliter, necesse est vt qui rem talem accipit, vtramque veritatem & conditionē accipiat, & sentiat, quia talis veritas & conditio, numquam rem desunt, & semper eam comitantur: sed quando commodum & damnum sunt in vna & eadem re, ibi est veritas obligationis & seruitutis cōmodi & fructificationis, & conditio equaliter: ergo qui recipit & sentit commodum debet & sentire damnum.

ITEI. Decima nona ratio, sumitur ex literis ITEI. siue ex veritate principio & equalitate, tali modo, vbi vere existunt causæ equalēs, causabūt & producent veros & equalēs effectus, & qui aliquē eorū

sentit in tali loco & re, debet & alterum sentire, quia vnaqueq; causa secundum propriam rationem & formalitatem producit: sed quando cōmodum seu vtilitas & damnum, seu incommoditas sunt in aliqua re, sunt in ea tamquam veræ causæ, aut conditiones equalēs eiusdē rei per quas commoda seu vtilis, & inutilis, seu damnosa dicitur: ergo qui in tali re sentit commodum, debet & sentire damnum.

TBEI. Vigesima ratio, sumitur ex TBEI. siue ex differētia principio & equalitate, tali modo, vbi sunt differentes causæ & equalēs conditiones in aliqua re, oportet vt qui vnā acceptat, aliam quoque ei coniunctam necessario & indiuisibiliter sentiat, cum vna nequeat ab alia separari: sed quando commodum & incommodum, reperiuntur in eadem re, sunt tales differentes causæ & conditiones in ea; quia commodum trahit secum vtilitatem; incōmodum vero damnum semper infert: ergo qui sentit cōmodum, quæ est vna eius conditio, debet damnum sentire,

quæ est alia causa & diuersa conditio.

Ex discursu facto, per tres literas variatas, modo signato, constat, & apparet confirmatio conclusionis & regulæ suprapositæ (Qui sentit commodum, debet & sentire damnum) Ex qua methodo rationandi, resultant aliæ duæ, quæ istam consequuntur, secū dū doctrinam datam in explanatione tabulæ; prima est excitare aliquas quæstiones seu dubitationes in eodem numero rationum; secunda erit totidem solutiones earum adhibere.

1 Prima quæstio, seu dubitatio, erit (per easdem literas semper procedendo) vtrum commodum & damnum, possint vere inueniri in aliqua re? Ad quod respondetur affirmatiue, quia in vna & eadem hereditate, quæ est utilis accipiēti, est in utilitas & damnum in seruitutibus & alijs obligationibus damnosis quæ in eadem re reperiuntur, vt apparet in tributis & censibus impositis, supra aliquam hereditatem vtilem.

2 Secunda quæstio, est vtrum commodum & damnum, cum

sint differentia in formalitate & effectu cōtrario, possint simul in vno subiecto inueniri? Respondetur affirmatiue quia nullum est inconueniēs, differentes & contrarias condiciones in aliquo effectu, in eadem re apponere, sicuti qui supra eundem agrum, ponit & concedit seruitutem transeundi per illum, & habet tributum seu redditum annuum alicuius pensionis in eo.

3 Tertia quæstio, vtrum commodum & damnum possint causare in eodem subiecto diuersos effectus formales simul & eodem tempore? Respondetur affirmatiue quia cū differentia, cōmodū & damnum formaliter, possint (vt supradictum est) simul inueniri in eodem, causabunt ibi diuersum effectum commoditatis & damni.

4 Quæstio quarta, vtrum commodum & damnum secundum suas differentias, possint esse æqualiter in aliqua re? Respondetur affirmatiue, quia cum ibi sint secundū suas formalitates & condiciones æqualiter: erunt quoq; secundum suas differentias in ea æqualiter.

5 quinta

5 Quinta quæstio, vtrum commodum & damnum, faciant vere & realiter differentes effectus in aliqua re? Respondetur affirmatiue, quia cum vere & realiter in eadem re inueniantur, efficient & causabunt diuersos effectus, vt patet in domo utili domino ad habitandum, & inutili & damnosa propter tributum in ea impositum.

6 Sexta quæstio, vtrum damnum & cōmodum vere possint esse secundū formas suas in eadem re? Respondetur affirmatiue, quia cum æqualiter operentur in ea, signū est ibi, formaliter esse condiciones & formalitates commodi & damni.

7 Septima quæstio, vtrum commodum & damnum vere possint vniri & coæquari? Respondetur affirmatiue, quia cum æquale habeant ius, ad existendū in aliqua re, poterunt quoq; in ea vniri & coæquari: tantaque poterit esse in commoditas, quāta est utilitas, vt apparet in locatione domus vel agri, tanto pretio quanta est utilitas quæ ex eis resultat.

8 Octaua quæstio, vtrum

commodum & damnum differentes producant effectus, in eadem re? Respondetur affirmatiue, quia commodum in domo producit effectum vtile habitacionis, & damnum causat effectū dānosū solutionis

9 Nona quæstio, vtrum cōmodum & damnum, differenter debeant sentiri, ab eis qui habent equalia iura in eadem re? Respondetur affirmatiue, quia cum in quolibet iure eorum reperiatur æqualis differentia cōmodi & incōmodi, æqualiter debēt quoq; sentiri.

10 Decima quæstio, vtrum damnum & commodum possint secundum suas formalitates & condiciones æqualiter sentiri? Respondetur affirmatiue, quia cum formaliter & æqualiter in eadem re inueniantur, sortiuntur in eadem æquales effectus.

11 Vndecima quæstio, quare possint vere & realiter dānum & commodum, secundū tuas proprias differentias sentiri? Respondetur, quia cum vere & æqualiter in eadem re, reperiuntur differentia cōmoditatis & incommoditatis, realiter quoque & vere sentientur.

R 4 12 Duo

12 Duodecima quæstio, quare commodum & incommodum vere possint equaliter causare diuerse effectus in eadem re? Respondetur quia vere & equaliter in eadē re, possunt existere formæ a quibus procedunt tales effectus.

13 Decima tertia quæstio, quare comodū & incomodū, possint inueniri æqualiter in aliqua re, & equaliter sentiri? Respondetur quia in ea possunt vere & realiter secundum easdem mensuras conditionū commoditatis reperiri.

14 Decima quarta quæstio, quare commodum & damnū possint differētes effectus causare? Respondetur quia formalitates eorum, secundum quas operantur in aliqua re, sunt differētes ac proinde earum effectus differēter sentiri possunt.

15 Decima quinta quæstio, quare commodum & incommodum differentes & æquales fortiantur effectus in eadē re? Respondetur, quia differētes formalitates eorū, in eadē equaliter possunt inueniri.

16 Decima sexta quæstio, quare commodum & incomodū, possint æqualiter ope-

rari? Respondetur, quia possunt equaliter, ab eodem subiecto participari.

17 Decima septima quæstio vbi commodum & incommodum vere secundum suas differentes formas possunt operari in eadem re? Respondetur, quia ibi, vbi res susceptiua est talium formarum & earū operationes & effectus potest participare.

18 Decima octaua quæstio vbi verum comodū & damnū secundum suas differentias æqualiter possit sentiri? Respondetur, vbi vere, & realiter inueniuntur in eadem re iura diuersa, quæ commoditatē & damnū possunt habere.

19 Decima nona quæstio, vbi verū commodum & damnū, possint veras & æquales operationes causare in eadem re? Respondetur, vbi possunt equaliter, secundum formas inueniri.

20 Vigesima quæstio, vtrū commodum & damnū causent in eadem re dissimiles & inæquales condiciones? Respondetur affirmatiue, quia cū commoditas & damnū sint dissimilia, dissimiles quoque naturaliter producūt effectus.

Solu-

Solutiones quæstionū, quas supra adduxim⁹ in qualibet earum ex viginti motis, possunt adhuc per alias viginti rationes deductas ex processu primæ colūnæ multiplicari, sicut & principalis quæstio mota, confirmata est & multiplicata per viginti rationes, & quia in illa (vt diximus) prima columna coniungitur cum alia sequenti, per literam sibi proximam, ideo per aliā sequentē columnam, vt possunt quæstiones multiplicari, possunt quoque rationes fieri, scilicet per BEKT. quod modo fieri per tempus non licet.

Extenditur tamen, (vt superius docuimus) conclusio, quādo per eandem quæstionem & modum querendi, intra species quæ reperiuntur in tali regula, multiplicatur: quæ vocatur dilatatio intrinseca; vel quando per species aliarum regularum dilatatur, & dicitur extrinseca dilatatio. Primo modo proposita conclusio, qui sentit commodum, debet sentire damnū (quæ fuit quæstio facta per regulā vtrum) extenditur, dicendo, vel necesse esse sentire damnū vel possibile vel impos-

sibile vel contingenter. Et quādo queritur quare debeat sentire damnū, extenditur, vel formaliter vel finaliter. Et quādo dicitur vbi sentiat damnū, extenditur per quindecim species de localitate supra assignatas, & secundum alias species regularum quæ non sunt sub literis ad quas reducta est quæstio, vbi sentiat damnū secundum esse absolutum rei? vbi secundum partes essentielles? vbi secundum proprietates, seu inclinationes rei? vbi secundum actus & officia rei per species regulæ quid? Et quemadmodum per has species multiplicata est cōclusio, poterit quoque per species aliarum regularum multiplicari. Ita quoque per principia artis, vtrum scilicet necesse sit sentire damnū in omni modo & bono? vtrū sentiendum sit magnum damnū, in magno modo? vtrū semper sit sentiendum damnū an solum in aliquo tempore determinato? Vtrum magis possit & debeat sentiri damnū, quam commodum.

Et ita poterit dilatarī conclusio per alia principia multipliciter, ac perinde confir-

R 5 mar

mari per rationes deductas ex his literis, sub quibus quæstio & conclusio continentur, per modum quoque traditum in explicatione tabulæ, ita ut circa eundem modum quæstionum & conclusionem affirmandam, afferantur viginti rationes, viginti alia quæstiones, viginti quoque solutiones. Et multiplicari possunt hæc omnia, per modum signatum, quando una columna & una litera coniungitur & copulatur sequenti, in quo apparet veluti abyssus innumerabilis cognitionis, & tractationis propositæ conclusionis.

Ex qua deduci possunt quoque consuetudines, primo, possidentem rem aliquam utilem, gravari posse in tali utilitate & commoditate, quod infertur per principium bonitatis.

Secundo infertur, in parvis & in magnis bonis, posse sentire maximum & minimum damnum & hoc dicitur secundum principium magnitudinis.

Tertio infertur, quod potest quis in perpetuo commodum, sentire perpetuum aut temporale damnum, & ita consequenter possunt per alia principia deduci consuetudines, & unum quodque eorum confirmari per vi-

ginti rationes deductas ex tabula, & dubitare per alias viginti dubitationes & quæstiones & eas solui per viginti solutiones, & hoc quidem per modum supra datum, qui adhuc multiplicatur per copulationem & coniunctionem unius columnæ, seu literæ ad aliam sequentem. Vbi intellectus non stervidet, velut oceanum intransemabile ad discurrendum, de sola proposita conclusione, per mille annos. Quæ in proposito innui, ut profunditatem artis & eius extensionem in quolibet proposito & scientia admiremur, & laudetur Dei sapientia, & lumen communicatum pijsimo nostro Doctori Raymundo Lullio.

Modo respondendum erit, ad argumenta facta pro parte negatiua in principio (omnia enim quasi per transenam & summarie percurrimus.) Et ad primum respondetur, quod quamuis licitum sit unicuique uti suo iure: tamen si tale ius coniunctum habeat servitutem aut damnum inseparabiliter, qui sentit commodum debet & damnum sentire, non enim aliter potest re sua uti.

Ad secundum responderetur, quod

quod quamuis perse, proprium sit naturæ hominis & cuiusque rei appetere bonum & contrariari malo: tamen quando ista sunt inseparabiliter coniuncta, necesse est ut ubi unum invenitur, aliud reperiat.

Ex prædictis constat, veram esse regulam iuris in principio suprapositam, scilicet qui sentit commodum debet & sentire damnum; & in declaratione eiusdem quæstionis restat declaratum artificium totius tabulæ, in qua (ut diximus) fiunt viginti rationes ex una ca-

merula quartæ figuræ, & totidem dubitationes, totidemque solutiones prima facie; & deinde multiplicatur per participationem & coniunctionem unius literæ cum alia. Quo pacto in quolibet proposito intrat totus discursus tabulæ applicatus ad solam unam conclusionem & potest extendi multipliciter, in omnibus illis conclusionibus, & in quolibet consuetudinario, potest applicari de nouo idem discursus tabulæ faciendo in una & eadem quæstione rationes sine numero.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM, IN quo docetur textus euacuationis tertie figuræ, & versitur in de quadruplex methodus educendi ex una sola camera & duabus literis, duodecim propositiones, duodecim mediæ, totidem rationes & viginti quatuor quæstiones cum suis solutionibus, & ea omnia multaque alia in sola una quæstione medica pro exemplo posita advertuntur.

TEXTVS.

De sexta parte quæ est de euacuatione 3^æ figuræ.

IN tertia figura, intellectus euacuat cameras, eo quod abstractum ab ipsis, tantum quantum potest, recipiendo a qualibet camera ea quæ significat literæ ut applicet illa significata ad propositum; & sic facit se applicatiuum inuestigatiuum, & inuentiui & de hoc dabit exemplum de una camera. Et sicut sequitur de illa: ita sequatur de alijs. De camera B. C. intellectus haurit duodecim propositiones, dicendo sic; bonitas est magna, bonitas est differens, bonitas est concordans; magnitudo est bona, magnitudo est differens, magnitudo

tudo est concordās; differentia est bona; differentia est magna; differentia est concordans; concordantia est bona; concordantia est magna; concordantia est differens. Factis istis duodecim propositionibus, mutando subiectum in prædicatum & econverso, sic camera est euacuata ipsis propositionibus. Deinde euacuet eā duodecim medijs, & dicuntur media, eo quia consistunt inter subiectum & prædicatum, cum quibus conueniūt genere aut specie. Et cum illis medijs, intellectus facit se disputatiuum & terminatiuum.

Et facta dicta euacuatione, intellectus euacuet ipsam cameram, viginti quatuor questionibus, eo quia in qualibet propositione, sunt duæ questiones implicatae. Et hoc sic, bonitas est magna, utrum bonitas sit magna? quid est bonitas magna? bonitas est differens, utrum bonitas sit differens? quid est bonitas differens? bonitas est concordans? utrum bonitas sit concordans? quid est bonitas concordans? magnitudo est bona, utrum magnitudo sit bona? quid est magnitudo bona? magnitudo est differens, utrum magnitudo sit differens? quid est magnitudo differens? magnitudo est concordans, utrum magnitudo sit concordans? quid est magnitudo concordans? differentia est bona? utrum differentia sit bona? quid est differentia bona? differentia est magna, utrum differentia sit magna? quid est differentia magna? differentia est concordans, utrum differentia sit concordans? quid est differentia concordans? concordantia est bona, utrum concordantia sit bona? quid est concordantia bona? concordantia est magna, utrum concordantia sit magna? quid est concordantia magna? concordantia est differens, utrum concordantia sit differens? quid est concordantia differens. Facta ista euacuatione questionum tunc intellectus euacuet cameram cum definitionibus bonitatis & magnitudinis, & cum tribus speciebus differentiae & concordantiae, ut patet in secunda figura. Deinde euacuet cameram cum

tribus

tribus speciebus regulæ B. & cum quatuor speciebus regulæ C. & expedita ista euacuatione, intellectus, soluat prædictas questionibus in illa euacuatione, sequendo euacuationes camere affirmando, aut negando. & sic intellectus expellit de camera dubitationes, & consistit in illa quietus & assertiuus, & etiam cognoscit se valde generalem, & artificiatum, & de magna scientia habitatum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Methodus & explicatio istius partis, seu euacuationis tertiæ figuræ, dependet ex his quæ in tertia figura annotauimus, ibi enim diximus triginta & sex cameras contineri, & in qualibet quatuor principia comparari, sub duabus literis, ut in prima camera B C. sunt quatuor principia bonitas & differentia, magnitudo, & concordantia: duo modi quærendi, utrum, quid, & alia quæ sub eisdem literis sunt. Quorum dilatatio & omnium aliarum camerarum quæ sunt in tertia figura, explicatur & manifestatur in ista sexta parte artis, appellata euacuatione tertiæ figuræ, in qua euacuantur seu deducuntur primo, duodecim propositiones secundo, duodecim medijs; & tertio, viginti & qua-

tuor questionibus & solutionibus earum (quæ omniavenerunt per ea quæ continentur sub eisdem literis.) Quod in præsentia arte breui, & in arte magna author exemplificat, in prima camera BC. ex qua educit duodecim propositiones, ut bonitas est magna, bonitas est differens, bonitas est concordans, & sic de reliquis, ut patet in textu.

Deinde extrahuntur duodecim media, quæ fiunt per easdem comparationes, mutando subiectum in prædicatum, ut omne quod magnificatur, à magnitudine est magnum: sed bonitas magnificatur, à magnitudine: ergo bonitas est magna.

Item omne quod differt ab alio, per differentiam differt: sed bonitas differt à sapientia

&

& alijs attributis, & principijs: ergo bonitas est differēs, et ita fiet alia media. Factis prædictis, quia sunt in his duabus literis, duo modi quærendi, vtrum scilicet, & quid si applicentur ambo, ad quãlibet propositionem ex duodecim factis, excitantur viginti quatuor quæstiones, vt apparet in prima propositione facta, bonitas, est magna in qua quærimus vtrum bonitas sit magna? quid sit bonitas magna? et ita procederetur in alijs quæstionibus, de quibus patet exemplum in arte. Quo facto occurrit quartum obseruandũ, & faciendum, vt quæstiones scilicet motas per ea, primo quæ sunt sub eisdem literis, deinde per media duodecim, probentur & soluantur.

Ex quo patet quod tota methodus istius sextæ partis, consistit in quatuor obseruationi-

bus, in faciendis propositionibus, in deducendis medijs, in mouendis quæstionibus, & in eisdem probandis, & soluendis. Quod licet ab authore satis copiose, demonstratur per omnes cameras in arte magna, hic solum in vna quæstione medica desumpta ex aphorismo decimo Hipocratis erit manifestandum, vt appareat artificium artis, vtile quoque esse medicinali scientiæ; ait enim Hipocrates in citato aphorismo, Impura corpora quo plus nutriueris, eo magis lesseris. Quæ verba licet per methodum interpretandi supra signatam possemus copiose & diuersimode explicare (sicut fecimus in explicacione primæ partis, versicali primi Psalmi Davidis in quinto vsu generali regularum) redacta tamen ad modum quæstionis, & ad methodũ istius partis fiet talis quæstio.

Vtrum impura corpora, quo plus nutriantur, eo magis lædantur.

IVxta modum & methodũ soluendi quæstiones tam ar-

tis, quã aliarum scientiarũ, seu facultatum copiose, obser-

seruamus primo, reducendos esse terminos quæstionis, ad literas artis, seu si opportuerit primo declarandos esse terminos (quod in præsentis nobis faciendum esse celsimus.) Termini sunt vtrum & qui secuntur in titulo quæstionis. Primus, igitur terminus est Vtrũ, qui significat possibilitatem vtriusq; partis, quæ quæritur, seu dubitationem circa ambas partes, affirmatiuam, & negatiuam. Secundus terminus est IMPURA, impurum dicitur, quod non habet puritatem in sui natura, & mixtum est alijs rebus, quæ ipsum lædunt, aut minus perfectum faciunt, tam in esse quam in operationibus. Tertius terminus est CORPORA; licet corpus mathematicè descriptum, sit trina diuensio, longitudinis scilicet latitudinis & profunditatis, & significet quandoque corpus, seu gradum primum post substantiã in eo predicamento; hic sumitur pro corpore animalis organizato & disposito, secundum suam naturalem cõplexionem, in qua salus eius consistit. Quartus terminus est QVO, quo autem in præsen-

ti, significat rãrum quantum, quoties hoc est tot vicibus. Quintus terminus est PLVS; Plus vero significat magis. Sextus terminus est NVTRIVR. nutriantur duo significat, alterum est conuersionem alimenti in rem alendã, ita quod ex illa fiat restauratio rei derperdita; alterum reductionem membrorum animalis, ad statum priorem secundum proprias & naturales qualitates, & secundum istam considerationem nutri in præsentis significabit, communicari animalis corpori; aliqua alimenta, præter superfluos humores quibus abundat. Septimus terminus est EO, iste terminus respondet illi supraposito (QVO) & significat quasi tantis, & tot vicibus vijs & modis. Octauus terminus est MAGIS, magis vero significat additionem ad damnum, quod corpora infirma animalis patiuntur. Vltimus terminus est LAEDANTVR. Lædi, in præsentis significat deperdere propriam & naturalem dispositionem, & incommo- & infirmitate affici.

Ex

Ex his declaratis terminis, deducitur totalis sensus horum terminorum, secundum titulum quaestionis. Et ea reducibilis est ad duas literas in presenti (licet ad plures alias possit reduci) ad B. scilicet propter terminum, utrum & ledatur; ad F. propter alios terminos, corpora scilicet impura animalis, quae possunt nutriri, quae reperiuntur in gradu imaginatio, & sic erunt literae quaestionis BF. in quibus continentur quatuor principia scilicet, bonitas, differentia, sapientia, & medium, duo quoque sunt modi quaerendi sub eis, utrum scilicet & quantum.

Tertio observandum est, secundum modum pro agendis quaestionibus assignatum, ut pro utraque parte affirmativa scilicet & negativa, principia in literis posita applicemus.

Pro negativa quidem, sic argumentamur. Quae commodant & ordinant corpus animalis indispositum & impurum, non ledunt illud: sed alimenta data & communicata corporibus impuris animalis nutriunt ea, & ordinant, ad hoc

ut magis possint resistere infirmitati: ergo non laedunt; & haec ratio sumpta est ex bonitate & sapientia.

Secunda ratio, desumitur ex bonitate & differentia, tali modo. Quae distrahunt & repellunt malos humores, & possunt bonificare & perficere ipsum animal, non laedunt illud: sed nutritio, seu communicatio alimentorum possunt hoc facere, quando dantur accommodata naturae, etiam si corpus sit impurum: ergo corpora impura etiam si nutriantur, non laeduntur.

Eo modo quo posuimus haec duo argumenta pro parte contraria, possunt fieri alia decem, per comparationem principiorum sub literis, ad quas reducta est quaestio contentorum (ut apparet in textu & infra demonstrabitur.)

Pro parte affirmativa, desumentur alia duo argumenta, unum ex bonitate & medio, aliud ex sapientia & differentia.

Primum est, illa sunt bona media ad salutem, quae afferunt eandem animali: sed non nutrire & applicare alimenta corpori impuro & pleno humoribus

ribus, affert salutem corpori animalis, quia tunc calor naturalis concoquit & digerit melius humores, etiam malos & eos expellit: ergo non debent nutriri corpora impura, ne laedantur.

Secundum argumentum, tale est, Id quod ordinat corpus secundum omnes eius dispositiones & differentias operationum, non laedit animal, immo illud conservat: sed quae

Impura corpora, quo plus nutriuntur eo magis laeduntur.

IVta quatuor observationes, in explicatione huius sextae partis artis, debent quatuor quoque circa istam conclusionem fieri per literas procedendo. Primum est facere duodecim propositiones. Secundum duodecim media. Tertium duodecim rationes, in confirmationem conclusionis. Quarto viginti & quatuor quaestiones, & totidem in eis solutiones. Propositiones fiunt hoc modo.

1 Nutritio ordinata, est ex accommodatis & non superfluis cibis. Educitur ex bonitate & sapientia.

2 Nutritio quae debet fieri

do non nutritur impurum corpus animalis, & plenum humoribus, haec fiunt & contingunt, quia calor naturalis & potentia digestiva expeditius operantur in solos humores malos: ergo non debet impura corpora nutriri.

Ex his posterioribus argumentis, & alijs quam plurimis quae fieri poterant, in partem affirmativam quaestionis, deducitur conclusio quae talis est.

in animali, in partibus differentibus eiusdem, est facilis sine differentibus impedimentis. Educitur ex bonitate & differentia.

3 Nutritio bona in animali est cum medijs ordinatis ad salutem. Educitur ex bonitate & medio.

4 Nutritio ordinata, & perfecta, est sine differentibus cibis. Educitur ex sapientia, & differentia.

5 Nutritio ordinata est cum medijs correspondentibus naturae, seu substantiae alendi. Educitur ex sapientia, & medio.

6 Nutritio ordinata & bona, actuatur & perficitur per

S ynum

vnum solum bonum & accommodatum cibum. Deducitur ex sapientia & bonitate.

7 Nutritio cum differentiis medijs seu cibus, nocet impuro corpori. Deducitur ex differentia & medio.

8 Nutritio ex differenti communicatione ciborum lædit corpus animalis. Deducitur ex differentia & bonitate.

9 Nutritio differentium partium animalis, est cum ordinatis cibus ad eas. Deducitur ex differentia & sapientia.

10 Nutritio quæ coniungit & vnit partes animalis, ita vt ad inuicem se comunicent, est cum cibus vtilibus. Deducitur ex medio & bonitate.

11 Nutritio perfecta, est cum medijs ad inuicem ordinatis. Deducitur ex medio & sapientia.

12 Nutritio quæ non lædit animal est cum medijs quæ non differunt in qualitate cum substantia nutrienda. Deducitur ex medio & differentia.

Factis prædictis propositionibus, per modum signatum supra in explicatione huius sextæ partis, debent quoque iuxta præscriptam ibi methodum, deduci duodecim media per comparationem eorundem prin-

cipiorum, quæ continentur in prædictis literis B F. ad quas quæstio reducta est, quæ media tali modo deducuntur.

1 Omnis comunicatio ciborum qui tribuuntur animali & impuro corpori, deordinat illud, quando est superflua. Deducitur ex bonitate & sapientia

2 Omnis comunicatio ciborum, quæ tribuit corpori animalis impuro, differentia impedienda est nociua & læsua. Deducitur ex bonitate & differentia.

3 Omnis comunicatio ciborum, quæ fit cum medijs disproportionatis subiecto alendo, est perniciofa & læsua. Deducitur ex bonitate & medio.

4 Ordinatio alimentorum, ad hoc vt non afferat perniciem, & damnū ipsi animali, debet esse sine differentiis & se ad inuicem impediendis alimentis. Deducitur ex sapientia & differentia.

5 Ordinatio ciborum seu alimentorum, debet esse cum proportionatis medijs ad salutem. Deducitur ex sapientia & medio.

6 Ordinatio ciborum seu alimentorum, tunc est bona, quando bonis & vtilibus alimentis corpori animalis præscribitur. Deducitur

ducitur ex sapientia & bonitate.

7 Differentia ciborum & alimento rû, est nociua & læsua corpori animalis, nisi sint media proportionata ad salutem. Deducitur ex differentia & medio.

8 Differentia ciborum & alimentorum, quæ non comunicat bene, cum substantia & qualitatibus corporis alendi, est perniciofa & nociua. Deducitur ex differentia & bonitate.

9 Differentia ciborum & alimentorum, quæ deordinat dispositionem corporis alendi, causat ei infirmitatem. Deducitur ex differentia & sapientia.

10 Alimentum tunc est vtile & proportionatum ad salutem, quando non lædit corpus animalis. Deducitur ex medio & bonitate.

11 Alimentum tunc coniungit & vnit bene partes corporis alendi, quando sine impedimentis, ordinate alit. Deducitur ex medio & sapientia.

12 Alimentum salutis censetur esse, quod sine differentiis qualitatibus & impedimentis, ordinatur ad nutri-

tionem animalis. Deducitur ex medio & differentia.

Ex prædictis deductis propositionibus & medijs, possunt fieri eodem ordine duodecim rationes, quæ facile deducuntur, respiciendo ad significationem earundem propositionum & mediorum, quæ proposuimus, in signum artificij artis. Verum vt quod ars promittit deduo decim rationibus faciedis, intra eandem cameram, sub prædictis literis B F. in præfenti quoque exemplo comprobemus, duodecim rationes educuntur, ex principijs quatuor, quæ continentur in duabus literis, ad quas quæstio est reducta, quæ deseruiunt pro confirmanda conclusione ex quæstione deducta, quæ talis fuit. Impura corpora, quo plus nutriuntur, eo magis læduntur.

1 Prima ratio probans conclusionem talis est. Omnis comunicatio ciborum, qui non possunt bene disponere & adiuuare ipsum animal, est læsua salutis animalis: sed quando impuris corporibus, administrantur & comunicantur diuersi cibi, quibus alantur & nutriantur, non possunt adiuuare &

disponere bene ipsum animal, quia causat cruditates & repletiones nociuas & perniciosas in eius stomacho, & ventre, ac perinde obstructions in epate & venis: ergo talis comunicatio ciborum est læsua & perniciofa corporibus impuris. Deducitur ex bonitate & sapientia.

2 Secunda ratio, omnis comunicatio ciborum quæ differtibus partibus animalis causat indispositiones diuersas est læsua, saluti animalis, quia partes lesæ totum animal corrumpunt: sed ea quæ comunicatur, impuris corporibus, & plenis humoribus, causat prædictas indispositiones, cum tales partes impuræ & plenæ, nequeant facere suam propriam concoctionem, aut suscipere ab alijs partibus bene concoctum cibum & alimentum necessarium saluti animalis: ergo talis comunicatio ciborum & alimentorum ad nutriendum animal, est læsua. Deducitur ex bonitate & differentia.

3 Tertia ratio, illa non est bona nutritio animalis, quæ non potest esse medium ad salutem eius, cum omnis cibatio conueniens eo semper referatur:

sed quæ fit per communicationem diuersorum ciborum, qui tribuuntur impuro corpori animalis, non potest esse medium ad salutem eius, quia onerat magis ipsum animal & impurum indigestumque; reddit, per multiplicationem digerendum: ergo talis nutritio & cibatio non iuuat ad salutem, sed potius lædit. Deducitur ex bonitate & medio.

4 Quarta ratio, administratio ciborum & alimentorum, quæ iuuat salutem animalis, & non impedit eam, debet ordinari ad totalem dispositionem corporis, & singulares differentesque; partes eius: sed quæ tribuitur impuro corpori animalis, per multiplicationem ciborum, non iuuat dispositionem generalem corporis, & singulis eius partibus nocet; cum nequeant propter repletionem exercere recte suas naturales functiones: ergo talis administratio ciborum est læsua. Deducitur ex sapientia & differentia.

5 Quinta ratio, illa media sunt inordinata & destructiua salutis, quæ corp^o ipsius animalis perturbant: talia sunt cibi & alimenta quæ tribuuntur impuro cor-

corpori, cum illud infirmetur propter onus nouorum laborum, & contrarietates humorum, qui sunt in eo: ergo existente corpore animalis in tali indispositione, erit læsua administratio aliorum ciborum & alimentorum. Deducitur ex sapientia & medio.

6 Sexta ratio, omnis inordinata cibi & alimentorum comunicatio, est læsua & damnofa corpori animalis, cum inordinatio ciborum & multiplex eorundem ingurgitatio, afferat infirmitatem, & mortem: sed talis est quæ tribuitur impuro corpori animalis repleto humoribus, & qualitatibus contrarijs salutis & nutritioni, quia tales humores impediunt eam, & corpus animalis grauatur: ergo talis comunicatio ciborum ad nutriendum, est læsua. Deducitur ex sapientia & bonitate.

7 Septima ratio talis est, omnis differentia mediorum ad aliquem finem, si se ad inuicem impediunt, est damnofa & læsua, quia cum talibus impedimentis non potest finis comparari: talis est comunicatio ciborum & alimentorum ad nutriendum cor-

pus animalis infirmi: quia cum laboret propter infirmitatem ad coquendos humores, medijs cibi & alimenta media quæ de nouo adhibentur, faciunt magis laborare infirmum corpus: ergo talis comunicatio ciborum ad nutriendum, est læsua. Deducitur ex differentia & medio.

8 Octaua ratio, quanto plus differentia incommoda accidunt corpori animalis infirmi, tanto illud magis grauatur, & lædunt, cum multiplicatio damnorum, & incommodorum maior, inducat maiorem perniciem & damnum: sed quando impuro & pleno humoribus corpori animalis, tribuuntur & communicantur cibi & alimenta diuersa, accidunt maiora incommoda, quia cum non possit calor naturalis & potentia digestiua digerere & concoquere ea, oneratur magis & laborat propter plenitudinem superpositam ciborum: ergo corpora animalis impura, quo magis nutriuntur eo magis læduntur. Deducitur ex differentia & bonitate.

9 Nona ratio, differens ordinatio humorum & dispositio corporis, differentem quo-

que postulat nutritionem, quia similia, similibus nutriuntur, unde & differentia debent differentibus ali: sed quando corpus animalis est impurum extat plenum humoribus malis, & naturaliter refugit istam & quamlibet aliam repletionem: ergo tunc temporis quanto plus talia corpora & partes nutriuntur, tanto magis læduntur. Deducitur ex differentia & sapientia.

10 Decima ratio, tunc media curationis sunt mala, & lædunt, quando malum afferunt corpori sanando (cū finis euacuationis sit sanitas:) sed quando impuro corpori dantur alimenta & cibi, vt nutriantur, afferunt corpori malum, quia illud replent magis & onerant: ergo corpora impura, quo plus nutriuntur, eo magis læduntur. Deducitur ex medio & bonitate.

11 Vndecima ratio, media quæ non recte adaptantur salutis animalis, nequeunt conducere, immo efficiunt & lædunt ipsum: sed talis est administratio ciborum, facta & tributa corporibus impuris, quia tunc magis replentur & onerantur virtutes & facultates

naturales & animales, ne possint bene operari: ergo quo magis talia corpora impura nutriuntur, eo magis læduntur. Deducitur ex medio & sapientia.

12 Duodecima ratio, media inter se differentia & impediencia se adinuicem, non possunt conducere corporibus impuris & infirmis: sed talia sunt alimenta ministrata eisdem quia differunt in esse, & impediunt in operationibus, simul cum impuris humoribus ipsum animal: ergo talia corpora, quo plus nutriuntur eo magis læduntur.

Prædicta conclusio, ita per duodecim rationes in sola camera B F. confirmata, poterit per quamlibet aliam cameram ex triginta & sex tertiæ figuræ, duodecim quoque argumentis stabiliri, scilicet per B G. per B H. per B I. per B K. per C D. & ita per progressum totius tertiæ figuræ, faciendū in qualibet camera, duodecim rationes, ad eundem modum quo factæ fuerunt suprædictæ à nobis adductæ in confirmationem conclusionis. Vbi apparet amplif-

plissimus campus & copia mirabilis ad probandum in quolibet proposito quod innuitur, vt methodum capiat, quicumque voluerit eam experiri.

Modo autem, vt methodus suprædicta educendi propositiones magis aduertatur, oportet easdem per modum quæstionis exagitare, faciendū ex qualibet propositione duas quæstiones deductas ex duobus modis quærendi in literis duabus contentis.

Prima fuit nutritio ordinata est ex accommodatis & non superfluis cibis. Vnde educitur talis quæstio.

I Vtrum nutritio ordinata, debeat esse ex accommodatis & non superfluis cibis?

Secunda quæstio est, quanta debeat esse talis nutritio ordinata, ex accommodatis, & non superfluis cibis?

Ad primam quæstionem, respondetur affirmatiue, quia omnis communicatio ciborum, quæ tribuitur animali & impuro corpori, deordinat illud si non fiat ex accommodatis & similibus cibis: quales non possunt esse superflui cibi & alimenta, virtutes

animalis suffocantia.

Ad secundam respondetur, nutritionem ex accommodatis & non superfluis cibis, debere esse proportionatam viribus & facultatibus animalis, & non ultra se extendens ne ipsum animal in moderantia ciborum grauetur & impediatur in suis actionibus & naturalibus operationibus.

Secunda propositio fuit, nutritio quæ debet fieri in animali in partibus differentibus eiusdem, est facilis sine differentibus impedimentis. Ex hac item fiunt due quæstiones.

Prima est, vtrum nutritio, quæ fit in partibus animalis differentibus, sit facilis sine differentibus impedimentis.

Secunda quæstio est, quantum sit facilis talis nutritio.

Ad primam respondetur affirmatiue, quia remotis impedimentis facilius agentia naturalia operantur & consequuntur finem intentum, atque ita communicatio ciborum quæ tribuitur corpori animalis impuro & impedito, malis humoribus est læsiva tali cor-

pori, quia tunc cibi & mali humores se adinuicem impediunt.

Ad secundam respondetur, esse maxime facilem, quia quando non sunt humores pessimi & contrariantes in partibus animalis, est facilis nutritio cum non impediatur à contrario.

Tertia propositio fuit, nutritio bona in animali est cum medijs ordinatis ad salutem. Circa quam propositionem fiunt duæ quæstiones.

Prima est, utrum nutritio bona in animali, sit cum medijs ordinatis ad salutem.

Secunda est, quantum bona sit nutritio in animali, cum medijs ordinatis ad salutem.

Ad primam respondetur affirmatiue, quia omnis communicatio ciborum, quæ fit cum medijs disproportionatis subiecto alendo est pernitiōsa & lesiua (vt probatū est) ecōtrario ea quæ fit cum medijs proportionatis ad salutem illam inducit.

Ad secundam respondetur, maxime esse bonam talem nutritionem & communicationem ciborum proportionato rum ad salutem: quia per eos

tamquam per similia & conueniētia naturæ, salus ipsa propagatur, & animal cōseruatur.

Quarta propositio fuit, nutritio ordinata & perfecta est sine differētibus cibis. Circa istam propositionem excitantur duæ sequētes quæstiones.

Prima est, utrum nutritio ordinata sit ea, quæ est sine differentibus cibis?

Secunda quæstio est, quanta est perfectio nutritionis ordinata, sine differētibus cibis?

Ad primam quæstionem, respondetur affirmatiue, quia ad hoc vt ordinatio alimentorum non afferat pernitiōem, & damnum ipsi animali, debet esse sine differentibus & adinuicem se impediētibus cibis, alioquin salus animalis perturbatur, congerie & multitudine ciborum, & non potest facere bonam nutritionem.

Ad secundam respondetur maximam esse istā perfectionem talis nutritionis: quia cum non differant cibi, neq; in qualitàte maxima, neq; in qualitàte, sunt faciliores ad concoquendum, & digerendum, ac proinde magis proficiunt ipsi animali.

Quinta

Quinta propositio fuit, nutritio ordinata est cum medijs correspondētibus substantiæ alēdæ. Circa istam propositionem mouentur duæ quæstiones.

Prima est, utrum nutritio ordinata sit cum medijs correspondētibus substantiæ alēdi?

Secunda quæstio est, quanta est nutritio cum medijs correspondētibus substantiæ alēdi?

Ad primam quæstionē respondetur affirmatiue, quia necesse est nutritionem per media, seu alimenta correspondētia substantiæ animalis alendi, esse recte ordinatam & conuenientem, cum simile simili augeatur & cōseruetur.

Ad secundam respondetur, maximam esse talem nutritionem & bene ordinatam: quia per similes cibos natura alenda maxime cōseruatur & iuuatur animal.

Sexta propositio fuit, nutritio ordinata & bona, actuat & perficitur, per vnum solum bonum cibum. Circa istā propositionem mouētur duæ quæstiones.

Prima est, utrum nutritio ordinata & bona, actuetur & perficiatur, per vnum bonum

solum cibum?

Secunda quæstio est, quanta est actuatō & perfectio nutritionis, per vnum solum bonum cibum?

Ad primam Respondetur affirmatiue, qui tunc actuat magis & perficitur animal inuita: quando magis bonis & vtilibus sibi alimentis nutritur, quod tunc contingit præcipue, quando vnum sibi præparat & disponit alimentum cōueniēs & magis conuertibile in aliti substantiam, quam multa alimenta & cibi.

Ad secundam responderetur, maximam esse & perfectissimam actuationem nutritionis & cōseruationis animalis, per solum vnum cibum bonum & conuenientem naturæ, quem facile conuertit animal in sui substantiam: quam eo tempore quando concoquit multos & differentes cibos etiam bonos, per quos & naturā oneratur, & animal ipsum infirmatur.

Septima propositio fuit, nutritio cum differentibus cibis, seu medijs, nocet impuro corpori. Circa quam propositionem agitantur, duæ quæstiones.

S 5 Prima

Prima est, vtrum nutritio cum differentibus medijs seu cibis, noceat impuro corpori?

Secunda est, quanta est noxia, seu læsio nutritionis, quæ cū differentibus cibis seu medijs impuro corpori cōtingit?

Ad primam respondetur affirmatiue, quia differentia alimentorum & multiplicitas eorum est nociua & læsiua (vt visum est supra) quia talia, afferunt secum diuersas qualitates, & quandoque contrarias, dispositioni animalis.

Ad secundam respondetur maximam esse talem læsionē, quia præter existentem imputatam in animali, aliam de nouo differentes cibi causant & talia alimenta non sunt media proportionata ad salutē.

Octaua propositio fuit, nutritio ex differenti communi, catione ciborum, lædit corpus animalis. Circa quam duæ agitantur quæstiones.

Prima est, vtrum nutritio, ex differenti communicatione ciborum, lædat corpus animalis?

Secunda quæstio est, quanta est læsio corporis animalis, in nutritione ex differenti communicatione ciborum?

Ad primam respondetur affirmatiue, quia differentia ciborum & alimentorum, que non communicat bene cum substantia, & qualitibus corporis alendi, est perniciosa & læsiua animalis corpori: cum differentia alimēti, causet etiā in nutritione differentem cōuersionem in alitum, & multiplicitas ciborum differentiā multiplices conditiones & differentias quandoque contrarias in vna substantia.

Ad secundam respondetur tantam esse læsionem, in differentibus alimentis, quæ sumuntur ad nutriendum, quantum cōtingit per eos fieri variationem in nutritione substantiæ corporis animalis: cum animal in vnitatem & non in variatione & multiplicitate conseruetur.

Nona propositio fuit, nutritio differentium partium animalis, est cum ordinatis cibis. Circa quam propositionē mouentur duæ quæstiones.

Prima est, vtrum nutritio differentium partium sit cum ordinatis cibis?

Secunda est, quanta est nutritio differentium partium animalis cum ordinatis cibis?

Ad

Ad primam respondetur affirmatiue, quia partes animalis differentes requirunt quantumdoque; differentes cibos & semper proportionatos puros sine aliqua mixtione impuritatis, nec ipse partes debent esse impuræ, quia tunc onerantur exterius adhibitis cibis.

Ad secundam respondetur nutritionem differentium partium animalis cum ordinatis cibis esse maximam: tunc vero dicuntur ordinati cibi quando ipsi perfecte boni sunt & bona est in animali dispositio, ad recipiendum eos: differentia enim ciborum & multiplicitas alimentorum quæ deordinate desumitur, deordinate dispositionem corporis alendi, & causat in eo infirmitatē.

Decima propositio fuit, nutritio quæ coniungit & vnit partes animalis, ita vt adinuicem se communicent, est cum cibis vtilibus. Circa istam propositionem excitantur duæ quæstiones.

Prima est, vtrum nutritio quæ cōiungit & vnit partes animalis, ita vt adinuicem se comunicent, sit cum cibis vtilibus?

Secunda quæstio est, quanta sit nutritio quæ coniungit &

vnit partes animalis, cum cibis vtilibus?

Ad primam respondetur affirmatiue, quia cum cibi sint medium ad salutem, tunc tale medium est proportionatum quando est vtile & non lædit corpus animalis.

Ad secundam respondetur, maximam esse talem nutritionem quæ vnit & coniungit partes animalis, cum cibis vtilibus: quia tūc ipsum animal magis roboratur & stabilitur in vnitatem suam & in vtilibus naturalibus, & recipit per cibos maiorem potestatem ad resistendum contrarijs.

Vndecima propositio fuit nutritio perfecta est cum medijs adinuicem ordinatis. Circa quam propositionem mouentur duæ quæstiones.

Prima est, vtrum nutritio perfecta, sit cum medijs adinuicem ordinatis?

Secunda est, quanta est nutritio facta cum medijs adinuicem ordinatis?

Ad primam respondetur affirmatiue, quia tunc mediū, qualis est cibus, bene vnit & coniungit partes corporis alendi, quando sine impedimētis existētibus in cibis alitur animal.

Ad

Ad secundam respondetur esse maxime perfectam talem nutritionem, cum medijs & cibis adinuicem ordinatis, quia tunc corpus magis conferuatur & in sua natura perficitur. Duodecima propositio fuit, nutritio quæ non lædit animal est cum medijs, quæ non differunt in qualitate, cū substantia nutriendi. Circa istam propositionē, excitantur duæ quæstiones.

Prima est, vtrum nutritio, quæ non lædit animal sit cum medijs quæ non differunt in qualitate, cum substantia nutrienda?

Secunda est, quanta sit talis nutritio, quæ est cum medijs quæ non differunt in qualitate, cum substantia nutrienda?

Ad primam respondetur affirmatiue, quia tunc mediū nutritionis censetur esse bonum, quando est sine differentibus qualitatibus & impedimentis ipsi substantiæ animalis nutriendæ, quia tali modo ordinatur ad salutem animalis ipsa cibatio & exhibitio alimentorum.

Ad secundam respondetur talem nutritionem cum similibus medijs quæ non differunt

in qualitate cum substantia, esse maximam: quia tunc media illa seu cibi conueniunt cum substantia alendi animalis, & ordinantur sine contrario impedimento ad perfectā eius nutritionem, ac perinde ad integram salutem & cōsistentiam.

Ex prædictis, constat methodus euacuationis tertiæ figuræ, & in quæstione medica excitata & mota apparet, mirabilis eiusdem partis discursus, quatenus secundum eius præscriptum fecimus duodecim propositiones, duodecim rationes ad cōfirmandam quæstionē, & post hæc circa eandem duodecim propositiones excitauimus, viginti quatuor quæstiones, quæ magis quæstionem motam declarant, & eas dissoluimus, per duodecim media primo adducta.

Quam etiam possumus extendere secundum modum supra datum, scilicet vt intelligatur secundum modos & species regularum, vtrum scilicet impura corpora quo plus nutriantur eo magis lædantur necessario, contingenter, possibiliter, aut impossibiliter.

liter, in regula vtrum, an lædatur quo ad esse totale? quo ad partes integrantes? quo ad inclinationes, seu habitus & actus in regula quid; quo ad primitiuum esse? quo ad deriuationem vnius partis ad aliam? quo ad verum statum & possessionem eorū, quæ sunt propria cuique membro in regula de quo? Quo ad formalitatem & finem vitæ siue salutis, in regula quare? quo ad quantitatem continuam animalis, aut discontinuam partiū eiusdem in regula quantum? Quo ad qualitates proprias substantiæ & appropriatas eidē animali, in regula quale? Quo ad esse temporale sequendo per suas quindecim species, in regula quando? Quo ad locationem, & situationem partium, in regula vbi per quindecim etiam species? Per modū partium singulariter, pluraliter per totalitatem & emissionē similitudinis in ea? per quatuor species in regula quomodo & per totidē species in regula cū quo, quærente de instrumentis rei.

Vbi apparet admirabilis & nunquam finienda extensio quæstionis propositæ, si circa

vnumquemque eorum modorū querendi, qui signati sunt fiāt, (vt diximus) duodecim propositiones duodecim media, & viginti quatuor quæstiones, & hoc quidē per progressum totius tertiæ figuræ.

Et inde constat, quod si quis medicus circa istam solā quæstionē seu Aphorismū Hippocratis vellet scribere quinquaginta aut mille libros, posset id facere, nec adhuc finiret discursum, & idem posset facere in quolibet alio Aphorismo, aut parte medicinæ. Quod etiam Iuris peritus in regulis iuris & in declaratione cuiusque legis. Theologus quoque in suis quæstionibus & interpretationibus librorū sacre scripturæ & aliorum sacrorum authorū. Tum etiam & philosophus & quilibet alius artifex in sua professione.

Modo autem inferuntur aliqua coniectaria per generalia principia ex eadē conclusione supraposita confirmata & declarata, scilicet quod impura corpora quo plus nutriuntur eo magis læduntur, quod scilicet intelligenda sit quo ad communicatio-

tionem totalem corporis animalis & singularium partium animalis; quo ad extensionem extrinsecam & intrinsecam dilatationem; quo ad durationem & conseruationem vite; quo ad potestates, seu potencias animalis; quo ad appetitus; quo ad virtutes; quo ad firmitatem totius & partium animalis; quo ad quietem; quo ad differētes partes animalis; quo ad vnitatem & harmoniam animalis; quo ad contrarietatem intrinsecam & oppositionem elementorum in eo; quo ad causas componentes animal; quo ad media per quæ vniuntur partes; quo ad finem seu salutem ipsius; quo ad maioritatem predominantis elementis; quo ad æqualem modum vnitatis eorum in animalis; quo ad minoritatem partium & gradum complexionis eiusdem.

Quæ decem & octo conseruata deducta ex decem & octo principijs artis, possunt quoque probari singulariter, & vnum quodque eorum, per contenta induabus literis ad quas quæstio principalis reducta fuit, & per generalem methodum ostensam & detectam in eis, quod modo non licet facere,

sat sit methodum in exhaustibilem ad scribendum & dicendum in isto & in quolibet alio proposito innuisse.

Restat modo respondere ad duo argumenta in principio quæstionis pro parte negatiua posita. Et ad primum dicimus, quod quamuis alimenta data eum debita proportione corporibus animalium bene dispositis, non lædant ea, sed iuuent: attamen quando administrantur in infirmitate eorum & impuris corporibus, lædunt salutem animalis (vt supra satis probatum est.)

Ad secundum responderetur, quod quamuis sint multa alimenta, quæ suis qualitatibus innatis contrariantur infirmitati animalis, & possent propter hoc iuuare ipsum animal: attamen quia ipsum oneratum est pessimis humoribus, & plenum impuritate, seu contrario humore salutis illius; non debet tunc administrari cibus de nouo, quo ad usque fiat purgatio, seu euacuatio talis humoris, alioquin natura animalis plus debito oneraretur & grauaretur, ac proinde sentiret maiorem læsionem.

Ex

Ex his restat iam declarata methodus euacuationis tertiæ figuræ, pro quolibet proposito, vt apparet in quæstione medica supra agitata

quæ deseruiat pro exemplo ipsis medicis, & quibuslibet alijs professoribus scientiarum, quando in sua quisque facultate velit eam experiri.

CAPVT VIGESIMVM NONVM IN QVO
traditur textus de multiplicatione quartæ figuræ & explicatur in eo quadruplex usus, deducendo triginta propositiones, triginta media, triginta rationes, nonaginta quæstiones, & earum solutiones sub tribus literis, modusque inuenitur ad multiplicandam quæstionem principalem motam per alios diuersos modos.

De multiplicatione quartæ figuræ.

Pars septima.

T E X T V S.

Multiplicatio quartæ figuræ, consistit in hoc videlicet, quod prima camera BCD. in quarta figura, siue tabula, significat quod B. vnam conditionem habet cum C. & aliam cum D. & C. vnam conditionem habet cum B. aliam cum D. & D. vnam conditionem habet cum B. aliam cum C. & sic se conditionat & disponit, ad inuestigandum & inueniendum, & obijciendum & probandum & ad determinandum. Post istas sex conditiones, intellectus acquirit alias sex conditiones, voluendo circulum minorem ponendo suum E. sub C. circuli mediocris, sub quo erat suum D. & quia mutata est camera, ideo mutatur eius conditiones. Et sic intellectus habituatur se quindecim conditionibus, & sic per alias cameras multiplicando columnas, & voluendo illas. Conditiones quas intellectus multiplicat per istum modum, sunt difficiles ad numerandum; nam de qualibet camera potest intellectus sic euacuare triginta propo-

propositiones, & nonaginta quæstiones, sicut de camera BC. tertiæ figuræ, sunt duodecim propositiones & viginti & quatuor quæstiones. Et in isto passu cognoscit se intellectus valde generalem & artificiatum, supra alium intellectum ignoratam istam artem; deducendo ipsum ad multa inconuenientia & impossibilia; & sic Sophista coram tali intellectu, non potest stare, eo quod talis intellectus artis huius artis, utitur conditionibus primitiuis & naturalibus. Sophista autem secundarij, & extra naturam consideratis, ut patet in arte magna.

EXPOSITIO TEXTVS.

Quamuis author noster in septima parte artis magnæ (supra quam iam paratos habemus commentarios edēdos, cum ipsamet arte) quintuplicem explanet methodum, scilicet de multiplicatione rationum; de inuentione mediorum; de modo probandi; de cognitione fallaciarum, & de modo docendi alias scientias. Quia tamen de inuentione mediorum & de modo probandi & cognitione fallaciarum satis copiose ipsemet author agit in loco citato (& in scholis cōmuniter agitur) solū in præsentī tractabimus de prima parte, seu multiplicatione rationum & de modo facilius addiscendi alias scientias.

Circa multiplicationē generalē quartæ figuræ, quæ est basis totius istius septimæ partis, oportet obseruare, quod quemadmodum in ea voluendo circulos minores circa literas superioris circuli (ut ibi docuimus) sunt diuersæ cameræ & dilatantur octuaginta quatuor columnæ quæ in tabula sunt signatæ, (ut in eisdem locis monstratum est) ut apparet in prima positione literarum B C D. quæ sunt sub tribus circulis, & in alijs quæ fiunt in BCE. BCG. & in alijs consequenter; ita quoque in qualibet earum camerarum continentur viginti rationes (ut vidimus sub eisdem literis in tabula.) Adhuc etiā secundū considerationē huius septimæ

septimæ partis, seu multiplicationis quartæ figuræ fiunt per eam triginta propositiones, triginta media, triginta rationes, & nonaginta quæstiones, & earum solutiones. Quæ omnia deducuntur ex sola prima camera quartæ figuræ, in qua ut diximus, sunt tres literæ B C D. & sub his literis continentur sex principia, bonitas, magnitudo, duratio, differentia, concordantia, contrarietas. Hæc autem si adinuicem comparentur, triginta faciunt propositiones, ut bonitas est magna; bonitas est durans; bonitas est differens; bonitas est concordans; bonitas est contrarians. Magnitudo est durans; magnitudo est differens; magnitudo est concordans; magnitudo est contrarians; magnitudo est bona. Duratio est differens; duratio est cōcordans; duratio est contrarians; duratio est bona; duratio est magna. Differentia est concordans; differentia est contrarians; differentia est bona; differentia est magna; differentia est durans. Concordantia est contrarians; concordantia est bona; cōcordantia est magna; concordantia est durans; con-

cordantia est differens. Contrarietas est bona; contrarietas est magna; cōtrarietas est durans; contrarietas est differens; contrarietas est concordans.

Secundum processum istarum propositionum possunt quoque fieri triginta media, ex quibus educuntur triginta rationes. Media vero fiunt per easdem comparationes principiorum, binatim sumptorum, ut ex bonitate & magnitudine deducitur tale mediū; omne quod multum bonificatur, à magnitudine, & bonitate magnificatur; omne quod perseveranter bonificatur, à bonitate & duratione bonificatur; omne quod differenter bonificatur à bonitate, & differentia bonificatur; omne quod concordanter seu vnite bonificatur, à concordantia, & bonitate bonificatur; omne quod opposite bonificatur à contrarietate & bonitate bonificatur.

Comparata bonitate cum alijs fit comparatio ipsius magnitudinis cum reliquis, hoc modo; omne quod constanter magnificatur, à magnitudine & duratione magnificatur; omne quod magnifica-

tur differenter, à magnitudine & differentia, magnificatur; omne quod magnificatur indiuisè & vnite, à magnitudine & concordantia magnificatur; omne quod magnificatur oppositè, à magnitudine & contrarietate magnificatur; omne quod magnificatur bene & perfecte, à magnitudine & bonitate magnificatur.

Facta prædicta cōparatione principiorum: sequitur tertia ipsius durationis cum reliquis cōparatio; vt omne quod durat differenter, per durationem & differentiam durat; omne quod durat concordanter, per durationem & concordantiam durat; omne quod durat in contrarietate & oppositione, per durationem & contrarietatem durat; omne quod durat bene & perfecte, per durationem & bonitatem durat; omne quod durat magnificè, & extensue, per durationem & magnitudinem durat.

Quarta comparatio est ex differentia cum reliquis; vt omne quod differt in aliqua vnitate & conformitate, per differentiam & concordantiam

differt; omne quod differt cū aliqua oppositione, per differentiam & contrarietatem differt; omne quod differt perfecte, per differentiam & bonitatem differt; omne quod differt maxime, per differentiam & magnitudinem differt; omne quod differt perseveranter, per differentiam & durationem differt,

Quinta comparatio fit ex concordantia cum alijs principijs; vt omne quod vnitur & concordat in aliqua oppositione, per concordantiam & contrarietatem vnitur & concordat; omne quod vnitur perfecte & bene, per concordantiam & bonitatem vnitur; omne quod vnitur extensue, per concordantiam & magnitudinem vnitur; omne quod cōcordat perseveranter, per concordantiam & durationem concordat; omne quod vnitur conseruando differentiam in vnione; per concordantiam & differentiam vnitur & concordat.

Sexta comparatio fit, ex contrarietate, cum reliquis; vt omne quod contrariatur perfecte, per contrarietatem, & bonitatem contrariatur; omne quod

ne quod contrariatur maxime, per contrarietatem & magnitudinem contrariatur; omne quod contrariatur durando, per contrarietatem & durationem contrariatur; omne quod contrariatur differenter, per contrarietatem & differentiam contrariatur; omne quod contrariatur vnite, per differentiam & concordantiam contrariatur.

Per has sex comparationes principiorum quæ continentur sub literis BCD. & in quibuslibet alijs ternarijs literarum, quæ possunt summi ex cameris quartæ figuræ, apparet quodlibet principium, perse sumptum posse quinque cum alijs comparari, ac proinde sex habere conditiones, vnam in se, & quinque, comparatum ad alia quinque principia. Primam tamen & singularem, in se ista pars non considerat, quia solum comparationem cum alijs aduertit, ac proinde cum istæ comparationes sex principiorum, fiant per triginta modos, (vt signatum est) fiunt triginta propositiones, & triginta media quæ sunt annotata.

Ex quibus constat, quod

triginta quoque poterunt eodem ordine fieri rationes, comparando vnumquodque principiorum, quinque cum reliquis. Vnde apparet hanc partem excedere tabulam & discursum eius; quia sicut in tabula deduximus ex quolibet ternatio literarum, viginti propositiones, viginti media, & viginti rationes, & viginti quæstiones, & earum solutiones in eodem ternatio literarum considerato; per methodum multiplicationis quartæ figuræ, educuntur triginta propositiones, triginta media, triginta rationes. Et cum sub quolibet litera ternarij, contineatur vnus modus quærendi; inde procedit quod cum qualibet propositio ex triginta, possit dubitari & agitari per tales modos quærendi, consurgant nonaginta quæstiones, quas quilibet poterit facillime educere, applicando modos quærendi in literis postis ad quælibet propositionem factam, vt in illa bonitas est magna, quæritur vtrū bonitas sit magna; quid sit bonitas magna? de quo sit bonitas magna? & in alia comparatione bonitatis cum duratione, excitantur

etiam totidem quæstiones, ut bonitas est durans, utrum bonitas sit durans? quid sit bonitas durans? de quo sit bonitas durans? Quæ quæstiones & aliæ quæ adeundem modum, per sex comparationes prædictas fieri possunt, solvuntur, vel per contenta sub eisdem literis, vel per rationes & media, quæ ex prædictis comparationibus procedunt.

Vnde apparet mirabilis & inexhaustibilis consideratio, circa quodlibet propositum, aut subiectum declarandum; quia applicamus ad illud, primo discursum totius quartæ figuræ per omnes cameras; secundo tabulam & multiplicationem eiusdem, per viginti rationes & dilatationem in octuaginta quatuor columnas; & præter hoc methodum ipsius septimæ partis, quæ eas continet & excedit ut visum est. Vnde auctor recte dixit in textu, quod conditiones quas intellectus multiplicat per istum modum, sunt difficiles ad numerandum. Et in hoc loco & passu (ut ipse scribit) intellectus se cognoscit valde generalem & artificialem, super alium intellectum ignorantem istam artem, quod

quidem verisimum est, nam quilibet alius artifex, siue Logicus, siue Methaphisicus, qui se generales disertores rerum appellat, nec methodum, nec artem, quæ ad medietatē considerationis signatæ, possint peruenire ostendent. Vnde ad multa possunt deduci isti artifices inconuenientia, & impossibilia; quare ait quod sophista coram tali intellectu, methodo nostræ artis artificiato non potest stare, & reddit rationem, quia intellectus huius artis utitur conditionibus primitiuis & naturalibus, seu attributis primis naturæ, cuiusque rei accommodatis & innatis; sophista vero secundarijs alijs conditionibus extra naturam rerum apprehensis & consideratis, referente logico suas considerationes ad secundas notiones, quæ cōsurgūt ex primis; & methaphisico ad simplicitatē & singularitatem materiæ intelligibilis, abstrahēdo a sensibili, quæ abstractionē (licet præsupponat) non facit noster artifex, quia habet methodū generaliorē per quam procedit, discurrendo in omnibus per principia prima omnium rerum.

Reliquum est, ut methodū quam

quam in septima ista parte, auctor noster demonstrat, & nos qua potuimus breuitate delineauimus, applicemus ad aliquam quæstionem philosophicam; ut appareat, philosophum hac quoque arte

indigere, & ut ad eius normā quilibet alius artifex, seu professor cuiusque scientiæ, possit in suis considerationibus applicare. Talis vero quæstio est in primo philosophorum passim agitata.

Vtrum materia prima, includat aliquem actum, an sit pura potentia.

Quæstionem istam, in philosophia celebrē iuxta methodum nostræ artis, supra descriptam tractando: oportet primo, eiusdem terminos explicare, qui sunt nouem, ut in eodē titulo apparet. Primus est, *Vtrū*, qui (ut diximus) significat & petit possibilitatē vtriusque partis, ad quæ respondere in quæstione possumus. Secundus terminus est *MATERIA*, quam in nostro proposito philosophi, primo philosophorum diffiniunt, esse primum subiectum vniuscuiusque rei ex quo aliquid fit. Tertius terminus est *PRIMA*, ad differentiam materiæ secundæ, quæ iam actuata est forma aliqua determinata, & individuali. Quartus terminus est *INCLUDAT*; includere vero est idem

quod continere, siue substantialiter, siue accidentaliter aliquid. Quintus terminus est *ALIQVEM*, qui cū sit nomen relatiuū, refertur ad sequentē terminū. Sextus terminus est *ACTVM*, actus vero tripliciter dicitur, vel esse extra causas suas, vel aliquid recipere, vel esse principium operandi. Septimus terminus est *AN SIT*, quod idē est quod *vtrū*. Octauus terminus est *PURA*, purum autem dicitur sine aliqua mixtione & consistens in sua simplicitate formali. *POTENTIA* vero quæ est vltimus terminus, dicitur quādoque indifferentia ad esse vel non esse, ut apparet in potentia obediētiā creaturæ ad Deū; alio modo dicitur potentia pura, quando non plus incli-

natur ex sua natura ad vnum quam alium effectum.

Ex ista declaratione terminorū, sequitur reductio quæstionis ad tres literas artis, vtrum & an sit, reducuntur ad literam B. includat, ad literam C. quia idem est includere, quod habere & continere, quæ est secunda species regulæ quid. Materia prima, actus & pura potentia, reducuntur ad literam E. quia tam actus quam materia, sunt principia, quæ possunt rem componere, & sic sunt tres literæ in ista quæstione scilicet B C E. quæ cum contineant sex principia, & tres modos quærendi, per principia, sunt (vt videbimus) triginta propositiones, triginta media & triginta rationes. Per modos autem quærendi qui sunt tres, multiplicatos in triginta propositionibus, educuntur nonaginta quæstiones quas infra designabimus.

Modo autem tertio loco, in ista & in qualibet alia quæstione, ponenda sunt argumenta pro vtraque parte affirmatiua, & negatiua quæstionis, & hoc per aliquod solū principium, vel per plura, ex his quæ in supradictis literis con-

tinentur, aut ex alphabeto, aut quolibet alio loco desumptis.

Pro parte negatiua sunt argumenta. Primum, id quod per se & ex sui natura, nullam dat rei in qua inuenitur perfectionem, immo quodammodo talem rem priuat ea, non includit aliquem actum, & est pura potentia: sed talis est materia prima, quæ ex se & secundum sui naturam, nullam dat perfectionem rei in qua reperitur, cum eam recipiat à particulari forma: ergo non includit aliquem actum qui semper denominat & actuat rem & sic erit pura potentia.

Secundum argumentum est, id quod non tribuit aliquam magnitudinem, aut durationem actualem rei, in qua inuenitur, nullum includit actum, cum actus magnitudinē & durationem præsupponat, sed erit pura potētia: talis est materia prima, quæ nec magnitudinem, nec durationem potest habere, quia quæ ista habent sunt existentia in actu, & materia prima non est existens: ergo ipsa erit pura potentia.

Pro parte affirmatiua sunt duo

duo alia argumenta ex eisdē principijs desumpta. Primum est, illud quod actualiter difert à quolibet alio ente, necessario includit actum per quem difert ab alio: sed materia prima est huiusmodi quia per se, & secundum sui naturam, difert actualiter à forma, & à toto composito, & à singulis partibus eiusdem, & à quibuslibet alijs accidentibus: ergo materia prima, includit aliquem actum & non est pura potentia.

Secundum argumentum, id cui cōuenit diuersa oppositio, & contrarietas per se, in-

cludit actum per quem fit talis actualis oppositio, & sic non est pura potentia: sed materia prima est huiusmodi, quia est principium contrarium formæ per se, vt omnes consentunt: ergo non est pura potentia.

Et quem admodum facta sunt pro vtraque parte, duo argumenta poterant per eadem principia pro negatiua triginta rationes prima facie, & totidem pro parte affirmatiua fieri, & liquet eam esse verissimā, ac proinde deducendam esse conclusionem tali modo.

Materia prima, includit aliquem actum, & non est pura potentia.

Conclusio ista, duas videtur habere partes, nempe materiam primam includere aliquem actum; & non esse puram potentiam. Verum quia ista pars secunda, scilicet non esse puram potentiam, sequitur necessario primam, cū id quod actum habet non possit esse potentia respectu eiusdem; ideo probata prima parte, quod materia prima habeat actum, restat probata secunda, quod non sit pura poten-

tia. Hoc autem vt demonstramus per methodum traditam in ista septima parte, oportet primo propositiones, deinde media, postea rationes, & vltimo quæstiones & solutiones per literas ad quas reducta est quæstio demonstrare.

I Prima propositio, materia prima est communicabilis cum aliqua extensione, actuali. Deducitur ex bonitate & magnitudine.

2 Secunda, materia prima, est actualiter communicabilis per suam potentiam. Deducitur ex bonitate & potestate.

3 Tertia, communicatio materię primę est differens actualiter à communicatione aliorum principiorum compositi. Deducitur ex bonitate & differentia.

4 Quarta, comunicatio passiva, est propria & conueniens actualiter ipsi materię primę. Deducitur ex bonitate & concordantia.

5 Quinta, communicatio actualis, materię primę, est principium & causa compositionis actualis compositi. Deducitur ex bonitate & principio.

6 Sexta, materia prima est perse extensibilis, & potest intrare rem compositam ex ea. Deducitur ex magnitudine, & potestate.

7 Septima, magnitudo differēdi à quolibet ente, est actualiter in materia prima. Deducitur ex magnitudine & differentia.

8 Octaua, magnitudo passiva, seu extensibilitas ad entia componibilia, actualiter & perse conuenit materię pri-

mę. Deducitur ex magnitudine & concordantia.

9 Nona, magnitudo causalis passiva, est propria materię. Deducitur ex magnitudine & principio.

10 Decima, magnitudo communicationis in materia est actualiter in ea. Deducitur ex magnitudine & bonitate.

11 Vndecima, potestas differendi in materia est semper actu cum ea. Deducitur ex potestate & differentia.

12 Duodecima, potestas vniendi & componendi in materia, est semper actualiter in ea. Deducitur ex potestate & concordantia.

13 Decimatertia, potestas causandi, est semper vbi est materia. Deducitur ex potestate & principio.

14 Decimaquarta, potestas communicandi esse passiuum est actualiter in materia. Deducitur ex potestate & bonitate.

15 Decimaquinta, potestas ambiendi & comprehendendi formā, est semper cum materia prima. Deducitur ex potestate & magnitudine.

16 Decimasexta, differētia propria materię, est semper in ea

inea adhuc etiam in vnione cum forma. Deducitur ex differentia & concordantia.

17 Decimasextima, differētia causandi diuersa, semper est actualiter in materia. Deducitur ex differentia & principio.

18 Decima octaua, differentia communicationis diuersi esse a forma, est semper actualiter cum materia. Deducitur ex differentia & bonitate.

19 Decimanona, differentia magnitudinis materię, est semper actualiter in ea. Deducitur ex differentia & magnitudine.

20 Vigesima, differentia potestatis, in materia, est semper actualiter diuersa a forma, & a quolibet alio ente. Deducitur ex differentia & potestate.

21 Vigesima prima, concordantia cum reliquis causis materialibus est intrinseca & radicalis ipsi materię. Deducitur ex concordantia & principio.

22 Vigesima secunda, concordantia communicandi & vniendi se cum alio principio est semper cum materia prima. Deducitur ex concordantia

& bonitate.

23 Vigesima tertia, concordantia magnitudinis materię primę, cum magnitudine aliorum principiorum componētium, est ei semper insita & naturalis. Deducitur ex concordantia & magnitudine.

24 Vigesima quarta, concordantia & propensio potestatis materię primę ad alia principia, est semper in ea. Deducitur ex concordantia & potestate.

25 Vigesima quinta, concordantia & vnitas propria differentię materię primę, semper concomitatur eam, & est cum ea. Deducitur ex concordantia & differentia.

26 Vigesima sexta, principium communicationis materialis, est actualiter cum ipsa materia. Deducitur ex principio & bonitate.

27 Vigesima septima, principium magnitudinis materię est actualiter in ea. Deducitur ex principio & magnitudine.

28 Vigesima octaua, principium potestatis materię est semper cum ea. Deducitur ex principio & potestate.

29 Vigesima nona, principium differentis esse mate-

riæ aquibusuis alijs entibus, est semper cum ea. Deducitur ex principio & differentia.

30 Trigesima & vltima, principium concordandi materiam cum forma, est semper actualiter in ipsa materia, deducitur ex principio & concordantia. Ex prædictis triginta propositionibus, poterant fieri modo nonaginta quæstiones, quærendo in qualibet earum per tres modos; Vtrum quid, & quare, per singulas propositiones; quo pacto extenderetur quæstio principalis mirabiliter. Sed primum oportet, vt per comparationem eorundem principiorum, quæ sunt sub literis ad quas reducta est quæstio, triginta media circa propositum adducamus, talia sunt.

1 Omnis communicatio in materia, concomitatur actua-lem magnitudinem materię. Deducitur ex bonitate & magnitudine.

2 Omnis communicatio, seu perfectio secundum quam potest materia operari, sequitur semper eam. Deducitur ex bonitate & potestate.

3 Omnis perfectio materię, seruat semper actu differen-

tias sui esse. Deducitur ex bonitate & differentia.

4 Omnis perfectio concordantia in materia cum alijs principijs inuenitur in ea. Deducitur ex bonitate & concordantia.

5 Omnis perfectio in materia, ad causandum aliquid materialiter: habet actua-lem radicationem in eadē. Deducitur ex bonitate & principio.

6 Magnitudo potestatis materię, inuenitur actualiter vbi est ea. Deducitur ex magnitudine & potestate.

7 Magnitudo differentię, materię, actualiter comomitur eam. Deducitur ex magnitudine & differentia.

8 Magnitudo inclinationis materię, ad se vniendum cum alijs, reperitur actualiter vbicumque sit materia. Deducitur ex magnitudine & concordantia.

9 Magnitudo causandi, & principiandi aliquid materialiter, proprie sequitur materiam. Deducitur ex magnitudine & principio.

10 Magnitudo actualis communicationis materialis inclinatur semper, & actualiter materiam ad se communicandum omnibus. Deducitur ex magnitudine & bonitate.

11 Po-

11 Potestas semper differens in materia, indicat actua-lem actum distinctum a qualibet alia differenti potestate. Deducitur ex potestate & differentia.

12 Potestas concordandi cum alijs in materia, sequitur eam semper. Deducitur ex potestate & concordantia.

13 Potestas principiandi, seu causandi in materia, diuersam ostendit actualiter propensionem in ea respectu alterius rei. Deducitur ex potestate & principio.

14 Potestas communicationis & bonitatis diuersa in materia, indicat actum in ea. Deducitur ex potestate & bonitate.

15 Potestas naturalis, includendi & recipiendi in se formam, aduertit actualitatem in materia. Deducitur ex potestate & magnitudine.

16 Differentia propensionis & inclinationis materię, ad vniendum se cum alijs differentibus actibus, expostulat & requirit actum proprium in ea. Deducitur ex differentia & concordantia.

17 Differentia causalitatis, diuersorum entium in materia præsupponit entitatem differentem ab alijs. Deducitur ex differentia & principio.

18 Differentia actualis communicationis materię, affert secum actum communicandi diuersum. Deducitur ex differentia & bonitate.

19 Differentia magnitudinis materię, qua actualiter differt a quolibet alio ente, præsupponit actum differendi in ea. Deducitur ex differentia & magnitudine.

20 Differentia potestatis in materia, aduertit actum talis potestatis & actionis eiusdem. Deducitur ex differentia & potestate.

21 Concordantia causalitatis in materia prima ad alias causas, signat actum per quem concordat cum alijs. Deducitur ex concordantia & principio.

22 Concordantia communicationis materię cum forma, necessario præsupponit actum, talis concordantię. Deducitur ex concordantia & bonitate.

23 Concordantia magnitudinis potestatis passiuę cum materia indicat actum talis magnitudinis. Deducitur ex concordantia & magnitudine.

24 Concordantia & vnitas potestatis ad existendum & causandum in materia prima, habet in se actum talis potestatis & vnitatis. Deducitur ex concordantia & potestate.

25 Vni-

25 Vnitas differens in materia prima, præsupponit actum prout actualiter distinguitur a quolibet alio ente; educitur ex concordantia & differentia.

26 Principium communicationis naturalis, indicat actum naturalem, in tali principio; educitur ex principio & bonitate.

27 Principium magnitudinis naturalis, habet in se actum liter actum principiandi & cau- sandi; educitur ex principio & magnitudine.

28 Principium agendi materialiter ab alio diuersum, præsupponit actum existendi & essendi in eo; educitur ex principio & potestate.

29 Principium quod actualiter differt ab alio, actum quoque differendi indicat; educitur ex principio & differentia.

30 Principium diuersæ actualis vnionis, ad concordandum & componendum cum alijs, manifestat actum talis diuersitatis vnionis; educitur ex principio & concordantia.

Factis prædictis triginta medijs per ea possunt nonaginta quæstiones dissolui, vt exempli

gratia apparebit in prima propositione, quã supra fecimus, excitando tres quæstiones in ea, quæ talis fuit, materia prima est communicabilis cum aliqua extensione actuali.

1 Prima quæstio erit, vtrum materia prima sit communicabilis cum aliqua extensione actuali?

2 Secunda quid sit communicatio extensibilis actualiter in materia prima?

3 Tertia, quare materia prima sit communicabilis cum aliqua extensione actuali?

Ad primam respondetur affirmatiue, per primum medium supra aductum, quia omnis communicatio quæ fit per materiam, extenditur per in sitam & propriam actualem magnitudinem ad alia.

Ad secundam respondetur talem communicationem extensibilem esse naturalem, & innatam bonitatem eiusdem materiæ cum in sita, sibi magnitudine, sine qua non potest esse.

Ad tertiam respondetur, per idem medium, materiam primam eo esse extensibilem, quia intrinsecam & naturalè habet bonitatem cum magnitudine

tudine, quæ rem facit dilata- ri & ampliari.

Sicut in prima propositione (vt visum est) per tres modos quærendi sub tribus literis contentos tres excitauimus quæstiones, & eas dissoluimus per primum medium extrinsecam, supra signatis; ita quoque in qualibet propositione poterunt excitari, tres quæstiones dissoluendæ, per medium correspondens in numero eidem propositioni, vsque ad complementum omnium triginta, propositionum & mediorum & nonaginta quæstionum. Quod quia potest facile vnusquisque videre, & non licet scriptura prosequi, omittimus experièti, vt videat methodum ad discurrendum, & scribendum in isto proposito, & in quolibet alio, nimis amplam & extensibilem. Quam magis percipiet notando, quod finita ista consideratione, ommissa litera E. in præmissis, literis BCE. cõsurgit cum sequenti alia F. alia diuersa camera, scilicet BCF. in qua eodè modo deberet fieri probatio conclusionis propositæ, cum totidem propositionibus, medijs, & quæstionibus, sic fieret in alia

camera BCG. & ita consequenter in alijs vsque ad finem, quasi sine fine discurrendo. Qui discursus quia nimis longus est, nec proposito nostro qui breuitate qua possumus vtimur, est conuenièns, relinquitur ei, qui voluerit istam quæstionem aut aliam prosequi, tali methodo; per quam solum modo adducemus aliquas rationes probantes conclusionem, ex medijs & propositionibus supra desumptis, quæ conclusio fuit. (Materiam primam, includere aliquem actum, & nõ esse puram potentiam.)

1 Ista conclusio probatur primo, quia id quod est communicabile cum aliqua extensione actuali & includit magnitudinem in sua communicatione, necessario includit actum talis magnitudinis & communicationis: sed materia prima est huiusmodi in se, cum non recipiat per formam aduenientem & extrinsecam esse proprium, quo se potest extendere ad componendum compositum: ergo materia prima includit aliquem actum, ac perinde non erit pura potentia.

2 Secundo probatur, quia id omne quod per se & per potentiam

tentiam sibi inditam, est cōmunicabile, necessario includit formalitatem, seu actualitatem talis possibilitatis, alioquin non diceretur communicabilis: sed materia prima in priori instanti considerabili in ea, perse habet possibilitatem ad communicandum se cum alijs: ergo ipsa includit aliquem actum & non est pura potentia.

3 Tercio, id quod perse differt actualiter, a quolibet alio principio compositiuo, seruat semper actum differētiæ, quo differt ab alio: sed materia prima semper differt a forma, & a quolibet alio ente, etiam in sui prioritate, aut esset nihil: ergo materia prima includit aliquem actum & non est pura potentia.

4 Quarto, omnis communicatio passiuæ, necessario includit entitatem, aut formalitatem, per quam distinguitur formaliter passiuæ, a communicatione actiuæ: sed propria & naturalis communicatio materiæ primæ, est passiuæ cōmunicatio, seu radicalitas ad se communicandum: ergo cōseruat formaliter suam propriam differentiam & entita-

tem, & sic includit necessario actum, per quem differt: ergo non est pura potentia.

5 Quinto, omne quod est principium presuppositum ad componendum, seruat in se actualitatem per quam potest causare & principiari aliquid alioquin nō daret aliquid proprium in compositione: sed materia prima in priori suo esse considerata, est principium & causa actualis presupposita ad componendum: ergo habet in se actualitatem, seu actum ad causandum, & non est pura potentia.

6 Sexto, omne quod perse & ex sui natura, est extensibile & potest intrare compositionem alicuius rei, includit actum extensibilitatis & possibilitatis ad componendum: sed materia prima est huiusmodi, quocūq; modo cōsideretur, aliter nō esset prima, nec se posset extēdere ad cōponēdū: ergo ipsa materia prima includit aliquem actum, & non est pura potentia.

Has sex rationes fecimus in cōfirmationē cōclusionis, per methodū datā supra, de propositionibus & medijs, secūdū quē modum possemus primo discursu

discursu, multiplicare numerū trigesimum rationum, quod quia satis perse apparet & qui libet potest facere per comparisonem principiorum, ex quibus deductæ fuerunt propositiones & media prædicta; ideo in his multiplicandis, rationibus amplius non immoramur.

Verum obseruari debet, quod quemadmodum probata est conclusio, per has sex rationes, poterat quoque probari per discursum totius quartæ figuræ, in tabula & in ista septima parte cōsiderabilem, unde fieret quasi immensa cōsideratio solius istius multiplicationis. Modo vero quia supra terminos quæstionis declarauimus, & eam reduximus ad literas, & proposuimus argumenta pro utraque parte quæstionis, & conclusionem eliciuimus & confirmamus; oportet eandem quæstionem, seu conclusionem multiplicare, per terminos quærendi in arte positos, ita ut intelligatur quæstio, seu conclusio, quod materia prima habeat actum, necessario, possibiliter, contingenter, aut impossibile sit sine eo esse

in regula vtrum; & per regulam quid vtrum in suo esse absoluto materia habeat actum? vtrum in suis correlatiuis, materialiuum, materialabile & materialari intrinsicis, quæ cōsiderantur in ea ad maiorem eiusdem notitiam? vtrum in suis inclinationibus & propensionibus ad formam, & respectu operationum eiusdem? vtrum in sua primitiuitate, deriuatiuitate, & in his quæ ipsa naturaliter possidet? per regulam de quo vtrum in sua formalitate seu materialitate propria? vtrum respectu finis, in regula quare? & ita per alias regulas, & species regularum poterit multiplicari quæstio prædicta, & qualibet multiplicata quæstio, poterit eadem quoque methodo & modo tractari, & probari.

Ex prædicta multiplicatione quæstionis (vtrum materia prima includat actum, an sit pura potentia, & ex conclusione elicitæ in ea, includere actum & non esse puram potentiam) deducuntur per principia nostræ artis applicata ipsi materiæ primæ, aliqua consecutaria, scilicet materiam

teriam primam quatenus bonam & communicabilem, includere actum bonitatis; quatenus extensibile ad alia, magnitudinis; quatenus durat actum durationis; quatenus potest concurrere ad componendum, actum potestatis; quatenus ordinatur naturaliter ad formam, actum seu instinctum talis ordinationis; quatenus appetit formam, actum in quo fundatur talis appetitus; quatenus potest operari simul cum forma in composito, actum virtutis; quatenus vere & realiter, est extra suam causam, actum veritatis; & ita per reliqua principia. Vnde infertur generale consecrarium multum abesse a veritate, materiam primam non habere & includere unum actum, qui includat multos actus, ut visum est in consecrarijs.

Et quæ facta sunt, & alia facienda, poterunt probari generaliter & particulariter, per discursum quartæ figuræ, tabulæ & per methodum istius septimæ partis, faciendo in probatione cuiuslibet consecrarij innumerabiles rationes, quas omittimus causa breuitatis, & ut iam ad argumenta

pro parte negatiua posita respondeamus.

Ad primum respondetur, quod quamuis materia prima ex sui natura, non det aliquam perfectionem specificam, aut particularem rei, in qua inuenitur quia talis prouenit à forma, quæ determinat materiam generale: tamen dat perfectionem materialem, in qua includitur actus totalis materiae, & actus singulorum principiorum, qui notantur in arte, tamquam proprij & innati cuique rei extra suas positas causas.

Ad secundum respondetur quod quamuis materia prima in sui prioritate, non habeat magnitudinem, aut durationem determinatam per formam, secundum quam composita naturalia existunt & durant: habet tamen intrinsecam & innatam magnitudinem & durationem seu entitatem, per quas dicitur magna & durans.

Haec tenus explicata manet prædicta quæstio de materia prima, & in ea exemplificata & demonstrata methodus generalis & particularis totius septimæ partis artis.

Capitulum

CAPVT TRIGESIMVM, IN QVO TRADITUR modus applicandi artem ad quamlibet scientiam, & in philosophia naturali, quasi generali exemplo demonstratur, ac perinde eadem methodo aduertitur, quo pacto alie scientie sciri facilius & addisci possint.

De modo addiscendi facilius alias artes seu scientias.

Quia ut supra demonstratum est, artificium istius artis, generales habet modos querendi, principia quoque generalia, cuique subiecto & proposito applicabilia; ideo qui per hanc artem voluerit alias scientias facilius addiscere, oportebit, ut ad sua generalia principia reuertat, & principia aliarum scientiarum; item & modos querendi earum, ad istam referat: taliter quod subiectum cuiuscumque scientiæ particularis sub ea considerandum, ad subiectum cui conuenit, & conformatur in arte reducat. Principia quoque scientiæ particularis, ad generalia nostræ artis referantur. Modi etiam querendi in tali scientia particulari, ad modos querendi nostros eleuentur. Sic volentes addiscere philosophiam facilius & nobilius,

oportet primo considerent subiectum eius, quod est corpus mobile, quod per methodum regulæ de quo inuenitur, ad quod subiectum in arte sit referendum. Ut si queratur de quo est corpus mobile? inuenietur esse de substantia? de quo est substantia? & inuenietur esse de ente, quod methaphisicus considerat. Ac proinde descendendo, per istos duos methodus gradus, reuertimur ad idem corpus, dicendo aliud esse entitatem corporis, aliud substantiam corporis, & aliud corpus quod sub substantia continetur; quod cum habeat quasi duas differentias, mobilitatem scilicet & immobilitatem; philosophia non agit de corpore immobili, sed de corpore mobili, in quo iam consideratur velut quatuor formalitates. Alia est formalitas mobilitatis;

tis; alia formalitas corporis; alia formalitas substantiæ; alia formalitas entis; circa quas quatuor tota philosophia versatur, quærendo affectiones & proprietates quæ istas consequuntur, quæ per principia nostræ artis facile intelliguntur. Vt per bonitatem cognoscimus corpus mobile se posse communicare secundum partes & moueri in eodem loco. Quo pacto motum cæli aduertimus, qui numquam discedit ab eodem loco: & quia idem corpus discedendo ab vno loco mouetur ad alium, & se communicat alteri corpori, & extenditur ad illud, vel per accidens, vt quando lapis a loco superiori remoto descendit ad inferiorem, vique impellitur ad diuersas latitudines: vel perse vt quando animal se ipsum mouet de vno loco ad alium sic datur motus progressiuus, qui cum non possit fieri, sine loco & tempore præsupponit loci, & temporis considerationem, & tales exteriores proprietates, & qualitates consequentes corpus mobile, indicant alias interiores radices, ex quibus tales passionis procedunt, ita

vt operatio & motio in loco & tempore exterius facta, alteram interiorem motionem præsupponat, quæ vel est a toto supposito operante & mouente, vel ab eius partibus componentibus. Vnde Aristoteles dixit, naturam esse principium motus & quietis, quasi asseuerasset partes ex quibus quodlibet ens naturale componitur, esse principium & causam motus, eo modo quo ei attribui potest. Vnde si istud subiectum generale, corpus mobile, adhuc contrahitur per animam vegetetiã, considerauimus in philosophia, præter motus proprios corporis mobilis, motus vitales plantarum; inde contrahatur ad motus sensitiuos in animalibus; quod si adhuc contrahatur per humanitatem, consideramus motus proprios hominis, quod si iterum adhuc ad singulare esse Petri; vel Ioannis contrahatur considerantur motus Petri; a quo iterum ascendendo consurgunt & apparent gradus per quos philosophus naturalis considerat motum & affectiones corporis mobilis in Petro; in homine, in animali, in viuente; adhuc quoque

in

in corpore non viuente, mobili tamen perse aut per accidens, & quia corpus quod continetur sub substantia & constat forma corporeitatis, adhuc habet superiores supra se condiciones substantiæ scilicet & entis; inde est quod a Petro in quo subiectum ipsum naturale ens mobile est contractum, possit fieri ascensus scientificus, vsque ad ens, per gradus intermedios procedendo a posteriori, aut descendendo de ente vsque ad Petrum procedendo a priori, & faciẽdo demõstrationes propter quid. Vt verbi gratia, si quæratür vtrum Petrus moueatur de loco ad locum, incipientes ab ente per nostra principia, probamus a priori veritatem dicendo. Id cui communicantur in diuersis locis diuersæ perfectiones entitatiuæ & locales, mouetur de loco ad locum: sed Petro comunicantur huiusmodi entitates locales: ergo ipse mouetur de loco ad locum.

Id quod extenditur ad diuersa & substantialia corpora, mouetur localiter: sed Petrus extenditur ad huiusmodi diuersa corpora substan-

tialia: ergo ipse mouetur localiter. Idem probaretur per durationem dicendo. Id quod conseruatur in diuersis partibus conseruantibus, & commesurantibus ipsum, mouetur localiter: sed Petrus ita mouetur & conseruatur: ergo mouetur localiter.

Sic fierent rationes per potestatem, & alia principia applicata, ad gradum subiecti entis naturalis, quod idẽ probaretur contrahendo ipsum subiectum ad gradum viuentis; dicendo. Id quod existit realiter & viuit in diuersis locis, potest quoque moueri de loco ad locum: talis est Petrus: ergo. Idẽ probaretur per motus sensitiuos & humanos; adhuc etiã per partes componentiuas ipsius Petri, applicando ad illas nostra principia.

Vbi aparent modi contrahendi ipsum ens naturale mobile, quod est subiectum philosophiæ, ad quodlibet particulare ens prius considerandum, secundum materiam; deinde secundum formam, vt fecit Aristoteles qui primo libro physicorũ egit de principijs, vt materia, in secundo vt formaliter concurrunt, vt causa

V 2

23

ad agendum; deinde agit de affectionibus entis mobilis, per reliquos octo libros philosophorum; postea de concursu cœlorum generali ad omnia corpora in libris de cœlo; mox de generatione & corruptione elementorũ & mixtorum, in libris de generatione & metheoris; & ita procedendo, agit de anima tamquam de parte formali; postea de animali & de affectionibus animalium, in quo terminatur tota philosophia: quas partes subiectiuas potest dilatare methodus nostræ artis in immensum, si quoad subiectum philosophiæ ens, seu corpus mobile applicaberit principia artis & modos quærendi, per quam normam poterit quilibet facilius, philosophiam ipsam ad discere, & multa notare quæ nusquam scripta, aut notata sunt.

Ad huc etiam applicando principia nostra, ad principia & propositiones philosophiæ, multiplicabit illas, & declarabit, tradendo maiorem notitiam earum; idque fiet quando modi quærendi particulares scientiarum, extendantur

per generales, in arte demonstratos. Quo pacto reddentes in qualibet scientia subiectum illius ad subiecta artis, principia illius ad principia artis; modi quærendi illius, ad modos quærendi artis; fiet veluti naturalis quidam transitus facilis intellectui, per quem possit addiscere scientiam particularem; & quando ipsa deficiat in consideratione propria, poterit habere recursum ad artem, quem cum non habeant neque habere possint, qui nolunt addiscere eam, fit ut obmutescant in multis, quæ aliter possent ipsi per se solos dicere & promerere.

Sed ut quæ dicta sunt facilius apprehendantur, quasi exemplo quodam repetenda erunt supradicta, verbi gratia, si loquendum sit philosophice de Petro. Primo iuuamus considerationem nostram per regulam de quo, deducendo scilicet ipsum Petrum usque ad primum gradum, quem habet tali modo: Petrus mobilis de quo est? & respondetur de homine; homo de quo est? de animali; animal, de viuenti; viuens de quo est?

quo est? de corpore mobilis; mobile corpus de quo est? de substantia; substantia mobilis de quo est? de ente mobili, quod est vltimus gradus considerationis philosophiæ. Ab isto descendit intellectus contrahendo ipsum ens, verbi gratia, ad substantiam vel accidens mobile; deinde substantiam mobilem, ad corpus mobile, vel ad spiritum mobile; deinde idem corpus mobile contrahitur ad esse viuens per vitam; viuens adhuc contrahitur per sensitiuam, ad sensibilia; sensibile contrahitur ad hominem per humanitatem, seu rationalem differentiam; homo contrahitur ad esse particulare in Petro, per coniunctionem materiæ & formæ particularem. Et sic considerando philosophice Petrum, per gradus per quos descendimus, deberemus agere, de motu entitatio in Petro; de motu substantiali, de motu corporali; de motu vitali; de motu sensitio; de motu rationali; ac deinde de motu singulari Petri. Per quem modum si ageremus de eo philosophice, applicando principia artis, faceremus titulos diuersos per

principia. Ut de communicatione motus entitati in Petro; de extensione talis motus in Petro, & sic per reliqua principia. De communicatione motus in substantia Petri; de extensione motus in substantia Petri; de potestate motus in substantia Petri; & ita de reliquis. De communicatione motus in corpore Petri; de extensione motus in corpore Petri; de duratione motus in corpore Petri; & ita per reliqua principia. De communicatione motus in vita Petri; de communicatione motus animalis in Petro; & ita per reliqua principia. De communicatione seu actu humani motus in Petro; de extensione humani motus in Petro; de duratione humani motus in Petro; & sic de reliquis principijs. Quibus si applicarentur quæstiones & modi generales & speciales quærendi, in quolibet titulo fieret immensa consideratio philosophica de motu Petri, ac perinde secundum

eandem methodum fieret de quolibet flore, seu indiuiduo considerabili, tã naturali morali, quam etiam artificiali. In qua applicatione (vt visũ est) subiectum artis principia & quæstiones eius concurrunt;

quæ non licet pro breuitatẽ amplius extendere in omnibus scientijs, quod forsan fiet si iterum ars ista de nouo excudatur, modo vero descendimus iam ad octauam artis partem.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM IN quo traditur textus aduertens quomodo principia decem & octo comparari possint & misceri, vt eorum habeatur notitia, deducendo vnum per reliqua. faciendo secundo deductionem per regulas; circa quod adducitur exemplum ex arte magna, de bonitate comparata cum alijs principijs, & deducta per regulas, vt tale artificium magis deprehendatur, in particulari exemplo de pœnitentia indicatur, qua ratione quodlibet particulare propositum per eadem principia & regulas quasi in infinitum duci possit; & quo pacto innumerabiles contiones & tractatus de vna & eadem re habeantur, qua etiam ratione discipuli audita à Magistro lectione possint perse ipsos in multa alia extendere, & plus scire, explicatur.

TEXTVS.

De octaua parte, quæ est de mixtione principiorum & regularum.

IN parte ista intellectus miscet vnum principium cum alio discurrendo quodlibet principium per omnia principia, & per omnes species regularum, & per talẽ discursum intellectus habet notitiam, de quolibet principio, & tot vicibus quod miscet ipsa diuersimode, habet notitiam diuersam ab ipso; & tot media quæ intellectus inuenit ad concludendum quis posset
entus

enumerare? intellectu euacuante ipsam mixtionem, sicut euacuauit cameram B C. vt supra dictum est. Ista mixtio est centrũ & fundamentum ad inueniendum multas propositiones, quæstiones & media, conditiones & solutiones & etiam obiectiones, sed hoc exemplificare dimittimus intellectui bene intuenti causa breuitatis; & quia in arte magna est declaratus & exemplificatus modus mixtionis. Vt verius hæc mixtio est subiectum & refugium artis; huius artis vt inueniat in ipsa quidquid vult ad placitum; nam si indiget aliquo quod sit de genere bonitatis: discurret ipsam bonitatem per omnia principia & regulas, & inueniet de ipsa quidquid intelligere voluerit, & sicut dicimus de bonitate, ita potest dici de alijs principijs. Ista mixtio est sic conditionata & ordinata, sicut vna res est distincta ab alia, nam si discurratur diuina bonitas per principia & regulas, ipse quidem discursus diuine bonitatis, requirit altiores diffinitiones & species regularum qua discursus bonitatis Angeli, & discursus bonitatis Angeli, quam discursus bonitatis hominis, & discursus bonitatis hominis, quam discursus bonitatis leonis, & sic de alijs suo modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

Octaua pars artis, quæ est de mixtione principiorum & regularũ, duas habet generales considerationes in quas diuiditur; altera quidem est de mixtione principiorum inter se; altera vero de mixtione principiorum, seu deductione eorum per regulas & species regularum; ambæ qui-

dem faciles, sed ambæ necessariæ ad cognoscendum naturas & formalitates principiorum: quæ cum sint applicabilia diuersimode omni enti, oportet nota esse, non solum secundum suas proprias diffinitiones, (vt supra in tertia parte artis explicata fuere) sed secundum omnia

nem ad alia, & secundum conditiones quas comparata cum alijs adquirunt. In quo author sapientissimus noster, satis copiose & extense laboravit in arte magna, deducendo primo bonitatem per reliqua principia; deinde reliqua vsq; ad minoritatem per eadē principia; & iterum incipiendo à bonitate, deducit eā per regulas & species regularū; & deinde reliqua principia eadem methodo percurrit vsque ad minoritatem. Quod quia habentibus artem magnam est facile videre, in ipsa; relinqui-

mus nos data opera, ne cōsiderationē in immensum pro trahamus. Verum ut non habentes prædictā artem magnam, habeant exēplum & modum quo possint hæc facere, & comparare omnia principia, doctrinam & comparisonem quam author facit ibi de bonitate, per principia & regulas, hic abreuiatam apponemus, ut ad instar & modum quo bonitas comparatur cum reliquis principijs, & deducitur per regulas, comparētur reliqua principia & per regulas deducantur.

De bonitate per principia deducta. Ex Arte Magna.

Bonitas. **B**onitas per se est ratio bono quod agat siue producat bonum, & quia est magna per magnitudinem, est ratio duplicata bono, quod producat magnū bonum. Bonitas per durationem est durabilis & sic per durationem est ratio bono quod producat bonum durabile, & quia est

magna per magnitudinem (ut dictum est) est ratio duplicata, ut agat bonū magnum durabile. Bonitas per potestatem potest existere & agere, & sic bonitas per hoc, quod per se habet, & per hoc quod habet à potestate, & per hoc quod habet à magnitudine, & per hoc quod habet à duratione

ratione, est ratio quadruplicata bono quod producat & agat bonum magnum, durable & potēs, & sic de alijs principijs, cum quibus potest multipliciter commisceri, tenendo modum quē diximus. Tamen excludimus contrarietatem & minoritatem, cum quibus non potest habere multitudinem, & quia euitamus prolixitatem, nolumus exemplificare quod sit quintuplicata, & sextuplicata, &c. sed exemplificauimus & ostendimus, quomodo est per omnia principia combinanda. Bonitas per sapientiam est scibilis, & sic est ratio bono quod scientificè producat bonum scitū, aut scientificatum. Bonitas per voluntatem est amabilis: ergo est ratio bono quod per amorem producat bonum amabile, siue amatū. *Virtus.* Per virtutem bonitas est virtuosa, & sic per virtutem est ratio bono virtuoso, quod producat bonum virtuosum. Bonitas per veritatem est vera, & sic bonum & verum, est ratio bono quod agat bonum verum.

Sapientia.

Voluntas.

Virtus.

Veritas.

Bonitas per gloriā est gloriosa, & sic bonum & gloriosū est ratio bono quod agat bonū gloriosum. Bonitas per differentiam est clara non confusa, & sic bonum distincte & clare est ratio bono, quod producat bonum clare à se ipso distinctum. Bonitas per concordantiam est concordabilis, & sic bonum & concordantia est ratio bono, quod concordantia agat bonum concordatum. Bonitas est contra malitiam quæ est suum contrarium, & sic concordantia est contra contrarietatem, quia fruitur contraria, & sic bonum & concordantia sunt contra malitiam & contrarietatem. Bonitas per principium habet rationem principij, & sic est ratio bono, quod bonum & principianter producat bonum principiatū. Bonitas habet rationē medij per medium, & sic bonum & medianter est ratio quod cum medio agat bonam. Bonitas per finem habet rationē finis, & sic bonum & finaliter, siue perfecte est ratio bono, quod

Gloria.

Diferentia.

Concordantia.

*Contra-
rietas.*

Principium.

Mediū.

Finis.

producat bonum perfectū & quietum. Bonitas per maiorem habet rationem maioritatis, & sic bonū maiorifice est ratio bono quod agat bonum maiorificatum. Bonitas per equalitatem est de ratione equalitatis, & sic bene & equaliter est ratio bono, quod agat bonum ex pluribus rebus equalificatum. Bonitas quæ minor est, habet rationem minoritatis

*Maiori-
tas.**AEqua-
litas.**Mino-
ritas.*

De bonitate per regulas deducta. Ex Arte Magna.

Vtrum. **V**trum bonitas sit principium generale? Et respondendum quod sic, ut patet per regulam B. & per scalas secundæ figuræ in quibus omnia bona comprehenduntur. Quæ quidem scalæ sunt generales & bonæ per bonitatem, quam bonitatē non haberent deficiente bonitate generali. Per primam speciem regulæ C. queritur, quid est bonitas generaliter? & respondemus quod est ens continēs in se omnes bonitates spiri-

per minoritatem actuum, & ideo est ratio bene & minorifice bono minori, quod agat bonum minorificatum & hoc dicitur respectiue siue comparatiue.

Dictū est de bonitate deducta per omnia principia linealiter & quia generaliter de ipsa loquuti sumus, potest artista in linea bonitatis multa ad placitum inuenire.

tuales, in subiectis spiritualibus sustentatas. Per secundam speciem dictæ regulæ C. queritur, quid habet in se bonitas sibi coessentialis? & respondendum quod habet cōcreta relata, & sibi coessentialia ex quibus est & sine quibus ipsa principium generale esse non potest; & hoc probabile est per primam speciem regulæ C. & per secundam regulam D. Per tertiam speciem regulæ C. queritur, quid est bonitas in anima? ad quod respondendum

dum est, quod est habitus, in quo subiectū est habituum de bonitate actiua, siue passiua, per actiua est bonum agens, & per passiuā bonum patiens. Per quartam speciem eiusdem regulæ queritur, quid habet bonitas in alio? & respondendum est, quod habet existentiam in substantia, sine qua non posset esse, & habet in ipsa actionē & passionē ratione suæ naturæ, in secunda specie significatæ. Queritur per primam speciem regulæ D. bonitas de quo est? & respondendum, quod de se ipsa, ut sit generalis & perse habeat naturam suam designatam, in secunda specie regulæ C. & in prima & secunda D. Per secundam speciem regulæ D. queritur, bonitas cōcreta de quo est? & respondendum quod est de se ipsa, in quantum est substantia innata, ut per secundam speciem regulæ C. & primam E. signatum est, aliter enim, perse non haberet existentiam, & agentiam naturalem, quod est impossibile. Amplius bonitas existens habitus naturaliter, siue moraliter, est figura de substantiali bonitate deducta & diffusa, sicut similitudo desimilato. Adhuc per ter-

tiam speciem regulæ D. queritur, bonitas cuius est? est respondendum, quod est subiecti in quo est, sicut habitus habituari, & quantitas quanti, & huiusmodi. Per primam speciem regulæ E. queritur, quare bonitas est? respondendum est, quod est in se ipsa, ut per secundam speciem regulæ C. & per primam visum est. Vterius per secundam speciem regulæ E. queritur, bonitas quare est? & respondendum est, quod est ut alia principia per bonitatem sint bona; priuata quidem bonitate nullum principium esset bonū, sicut priuata caliditate nullū ens esset calefactū. Per primam speciem regulæ F. queritur, bonitas quanta est? & respondendum quod est tanta, quantum est habitus eius in subiecto aut est pars eius. Per secundam speciem regulæ F. queritur, bonitas quanta est? & respondendum, quod est tanta, quanta sunt sua concreta, & correlatiua, sibi coessentialia (ut iam probatum est, in secunda specie regulæ C. Per primam speciem regulæ G. Queritur bonitas qualis est? & respondendum est, quod est, propria passio subiecti in quo

in quo est substantialis, siue accidentalis, & cum propria passione predicatū est deductum sine quo subiectum esse non potest, sicut animal de homine. Adhuc per secundam speciem queritur bonitas qualis est? est dicendum quod est talis qualis est habitus bonus in subiecto, de ipsa habituato; sicut dulcedo mellis, quæ bona est, & iustitia iusti. Per omnes species regulæ H. queritur bonitas quando est? respondendum est quod est tūc temporis, quando tempus bonum est, tempore exeunte in motu bono, & continuo successiue, per scalas secundæ figuræ. In hac quidem responsione sunt implicatæ omnes species regulæ H. habituato tempore secundum applicationē dimittimus homini bene intuenti, & habituato de ista arte & hoc facimus causa breui loquij; & in isto passu intellectus est valde oneratus; veruntamen quanto magis est oneratus, tantum quidem magis altus & generalis est. Per regulam localitatis queritur bonitas ubi est? est respondendum sicut prius de tempore dictum est, videlicet est de se

ipsa (vt per secundam speciem regulæ C. manifestum est, & per primam & secundam speciem regulæ D. & per principia primæ figuræ, quæ de bonitate habituata & assituata sunt) Per primam regulam K. queritur bonitas quomodo est, est respondendum, quod bonitas est pars subiecti in quo est (vt per scalam differentiæ patet, & per secundam speciem regulæ C. & per primam speciem regulæ G.) Vltterius per secundam speciem K. queritur: quomodo est bonitas in alio principio? & est respondendum per secundam speciem regulæ C. (& hoc patet in prima parte mixtionis principiorum, & in prima scala tertiæ figuræ per cameram B.C. & per cameram B.K.) Amplius per tertiam speciem K. queritur quomodo bonitas est in toto & totum in ipsa? est dicendum quod est in toto sicut habituatus in habituato (vt per scalam supradictam figuratū est) Per quartam speciem K. queritur quomodo bonitas transmittit, extra se suam similitudinem; est dicendum quod per modum quem habet in secundâ specie regulæ C. in qua boni-

bonificans in suo bonificabili generat bonitates peregrinas, siue accidentales de ipsa habituatas, sicut dulcedo in melle & iustitia in iusto, quæ bona est. Queritur per omnes species secundæ regulæ K. bonitas cum quo est id quod est? est respondendum quod est cum se ipsa, & cum alijs principijs, & cum suis correlatiuis, sine quibus esse non potest, vt patet in secunda specie regulæ C. cum quibus generat & imprimit bonitates peregrinas, & est cum prima & secunda specie regulæ D. & similiter cum scala tertiæ figuræ determinata per B.C. vsque ad B.K. in qua scala difundit se dando eis suas similitudines.

Quem admodum, deducta fuit bonitas per alia principia linealiter, seu singulariter cū solo vno principio, poterit quoque eodem ordine cum duobus, aut pluribus comparari: Vt bonitas magna est durans; bonitas magna est potens; bonitas magna est sapiens, & sic de reliquis: Vtrum bo-

nitasmagna sit durans? vtrum bonitas magna sit potens? vtrum bonitas magna sit sapiens? Quæ deductio duplicata, per principia & in regulis, dat nouam notitiā de bonitate, de qua quoque generatur noua scientia, quando tria principia comparantur cum quarto: Vt bonitas magna durans est potens; bonitas magna durans est sapiens. Quo pacto dubitando per regulas, de qualibet comparatione habetur noua cognitio de bonitate; quæ magis augetur dum magis alijs principijs comparatur, vt quatuor principia cum quinto, quinque cum sexto, sex cum septimo, septem cum octauo, & ita quousque comparatur bonitas & decem sex principia, cum minoritate. Et in qualibet comparatione earum quas prædiximus, bebet quoque fieri deductio noua per regulas. Secundum quam methodum de sola bonitate, deducta per principia & regulas, fierent multi tractatus & questiones multæ: vnde recte dixit author hanc octauam partem

partē in arte esse velut refugium artistæ huius artis, ut inueniat in ipsa quidquid vult ad placitum: nam si ut ipse ait in textu indiget quis aliquid scire, quod sit de genere bonitatis; discurrendo ipsam bonitatē, per omnia principia & regulas inueniet de ipsa quidquid intelligere voluerit. Et sicut dictum est de bonitate, poterit quoque de quolibet alio principio dici, quando per alia decem & septem principia & per regulas fuerit deductū, eodem ordine & modo, quo signatum est de bonitate. Primum singulariter comparando vnum principium cum alio, & eū per regulas deducēdo; deinde duo principia cum tertio, tria cum quarto, & sic de reliquis, quousque perueniatur ad minoritatem, quæ etiam cum reliquis decem & septem principijs, poterit eadem methodo comparari, & per regulas deduci.

Sed ne aliquis putet, principia sola artis, quia generali sunt, posse per hanc me-

thodum comparari, & eorū per eam notitiam haberi, oportet aliquam rē aliā particularem sub eisdem principijs consideratam deducere per ea, ut ad exemplar illius, reliqua quæ sunt in mundo etiam particularia, deduci posse aduertatur. Hoc autē fiet in pœnitentia, quæ cum sit dolor de peccatis propter Deum offensum, est bona, & quia talis agit bona in pœnitente, quatenus eum ad lacrimas mouet, & ad Deum conuertit: talisque bonitas est magna quia magnificat & exultat pœnitentem faciendo illum hæredem cœli, & Filium Dei, ac proinde sequitur bonitatem, & perfectionem pœnitentiæ esse durabilem, quia eius effectus semper iterne durant in cœlo; ibi enim pœnitentes lætantur de conuersione sua, & de dolore de peccatis habito; bona quoque & perfectio pœnitentiæ demonstratur in hoc seculo, potens, quia per eam pœnitens vitia cohibet in se, & reprimat malas inclinationes

*Bonitas**Magnitudo**Durabilis**Potens**Sapientia**Voluntas**Virtus**Veritas**Gloria*

tionem, & operatur sibi coronam per merita in cœlo. Sapiens etiam esse demonstratur talis perfectio, & bonitas pœnitentiæ quatenus facit derelinquere mala & vitia quæ trahunt homines in tartara & inducit ad amplectendas virtutes, quæ homines ducunt in cœlum; proinde que recte dicitur perfectio, seu bonitatem pœnitentiæ amabilem esse, quia per eam pœnitentes a Deo amantur & diliguntur: odiosique sunt diabolo, & inferni ministris. Vnde recte talis perfectio dicitur virtuosa, quia per eam semper operantur bene pœnitentes, quousque perueniāt ad præmium & brauium sibi propositum. Et quia vere firmantur in amore & obsequio Dei, vera quoque est perfectio pœnitentiæ verosque facit seruos Dei, ita ut fideles semper, in eius obsequio inueniantur: nec solum habet perfecta pœnitentia, gloriam, sed ipsamet est gloriosa, & gloriam triumphumque tri-

buit pœnitentibus, quatenus his conculcaris vitijs, & peccatis relictis, volant per gratiam ad possidendam gloriam Dei, qui abstergit lacrimas eorum, & consolationem pro laboribus præteritis tribuit; Ea vero perfectio seu bonitas pœnitentiæ est differens, a qualibet alia virtute, quatenus ista perfecte & proprie, de peccatis dolet commissis propter solum Deum. Aliæ vero virtutes, proprias habent operationes & fines, obiecta quoque diuersa, pœnes quæ distinguuntur. Hæcque perfectio pœnitentiæ, directe contrariatur peccatis & ea odit. Vnde dimittit & relinquit ea & facit ut pœnitentes amplectantur virtutes, & est velut principium & causa multorum bonorum operum, quæ pœnitentes ipsi agunt, unde recte poterit appellari medium dirigēs ad cœlū, quia ipsa disponit ita animas ut eas ab illecebris & delictijs huius mundi abstrahat, & ad Deum dirigat & quatenus in eo forma; ani-

*Differens**Contrarietas**Principium**Medium*

Finis. animā qui est finis omniū rerum; dicitur quoque finis talis perfectio & bonitas pœnitentiæ præcipue cum perficiat pœnitentē, in quo

Maioritas. quia potest esse maior, aut equalis, aut minor possessio talis doloris & contritionis, dicitur perfectio pœnitentiæ maior in isto, quā in alio, æqualis in hoc cum alia existēte in tertio, & minor in minore pœnitente.

Ex ista deductione perfectionis, seu bonitatis pœnitentiæ per bonitatem, cū reliquis principijs, apparet quod fieri quoque potest comparatio de magnitudine pœnitentiæ cū reliquis principijs; de duratione cū alijs; de potestate cum sequentibus; de ordine seu sapiētia cum reliquis; de amabilitate pœnitentiæ cum virtute & alijs; de virtute pœnitentiæ; de veritate, de gloria, de differētijs, de vnitare, de contrarijs, de causis pœnitentiæ; de medijs necessarijs; de fine habendo in pœnitentiā; de maiore; de equalitate & minoritate pœnitentiæ.

In quibus comparationibus, si præter primam quam comparatur duo sola principia inter se sumantur, postea tria; deinde quatuor & sic vsq; ad decem & septem comparationes, fient in quolibet assumpto, vt in magnitudine & duratione pœnitentiæ, diuersę & innumerabiles considerationes deca. Quę magis augentur & multiplicantur quandoque libet comparatio, deducitur per regulas: Vt verbi gratia, si prima illa bonitas seu perfectio pœnitentiæ, est magna deducta ad regulas, quæratur, vtrum sit magna? quid sit talis magnitudo? de quo sit? quare? quāta? qualis? quādo? vbi quomodo, & cū quo, & ita per species istarum regularum. Quo pacto de sola vna comparatione, fieri potest integer & absolutus liber, seu tractatus de pœnitentiā, & conio perfectissima & longissima deca haberi. Et inde apparet amplissimus cāpus ad dicendum & concionandum, de qualibet materia quę se offert in Euangelio, per multos & varios

modos,

modos; vt si in quarta feria quadragesimæ in qua tractatur de ieiunio fieret discursus, vno anno de vtilitate seu bonitate ieiunij, comparando vtilitatem ad magnitudinem, durationem & reliqua; alio anno ageretur, de magnitudine ieiunij; alio de duratione; alio de potestate; alio de ordine; & sic per reliqua principia comparata cum assumpto titulo, de quo agitur, fierent multę & copiosę conciones. Et in quolibet titulo & modo possunt fieri, & applicari quæstiones tam generales quam speciales: Vt si verbi gratia, in primo vbi agitur de vtilitate, ieiunij, quæramus, vtrum sit vtile ieiunium? per primam regulam, quænam sit vtilitas ieiunij? per secundam: de quo aut vnde procedat talis vtilitas? quare sit vtile? quanta sit eius vtilitas? qualis? quan-

do? vbi? quomodo & cū quo? Iam hic relucet quod si in sola bonitate & vtilitate potest ita augeri concio, mirabiliter augebitur quando compararetur vtilitas, cum magnitudine faciendo propositionem hanc, vtilitas ieiunij est magna; aut istam, vtilitas ieiunij est durabilis; & sic per reliquas comparationes faciendas, cum principijs diuersimode sumptis, quod sola experientia indiget cum modus sit facilis & vtilissimus. Et hic apparet modus quo discipuli in quolibet materia a magistro audita possunt per se ipsos diffinitionem materiæ, aut conclusionem positam a magistro extendere & augere nimis, multaque a magistro non visa, nec tractata ad propositum applicare, & innumera alia per se ipsos addiscere.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM,
in quo incipit consideratio subiectorum artis, ad quæ omnia alia subiecta reducuntur, & in primo quod est de Deo adducitur a nobis exemplum, quomodo deducatur per principia & regulas, vt ad eius normam quæcumque alia subiecta deducantur.

X. TEXTVS

TEXTVS.

De nona parte, quæ est de nouem subiectis.

IN arte ista, ponuntur nouem subiecta in alphabeto significata, in quibus cadit quidquid est, & extra ipsam nihil est. Primum subiectum est Deus, per B. significatum. Secundum subiectum est Angelus per C. significatum. Tertium subiectum est cælum per D. significatum. Quartum subiectum est homo per E. significatum. Quintum subiectum est imaginatiua per F. significatum. Sextum subiectum est sensitiua per G. significatum. Septimum est vegetatiua per H. significatum. Octauum est elementatiua per I. significatum. Nonum & vltimū est instrumentalitas per K. significatum. Quoniam in Arte Magna quodlibet subiectum est deductum per principia & regulas, idcirco ipsa hæc non discurremus quia hanc artem breuiorem illa volumus agere, & quia illa deductio in hac arte est implicata, propter quod illam dimittimus intellectui bene intuenti, & sufficit exemplum datum in tertia figura in qua applicauimus omnia principia ad bonitatem, & etiã ad intellectum omnes regulas huius artis.

Tractatum istorum subiectorum considerabimus cum quatuor conditionibus, ut per eas intellectus sit conditionatus ad discurrendum subiecta & predicata per principia & regulas conditionaliter secundum quod quodlibet subiectum est conditionatum per suam naturam & essentiam; nam diuina bonitas vnã conditionem habet in Deo, & bonitas Angelica aliã in ipso Angelo, & sic de alijs suo modo.

1 Prima conditio hæc est, videlicet ut quodlibet subiectum habeat suã definitionem, cū quo sit differens ab omni alio subiecto, & si quærat aliquid de ipso subiecto, quod respondeatur tali modo affirmande, vel negando, ut definitiones principiorum conueniant, cum ipsa definitione, & sic de regulis, sine aliqua lesione principiorum & regularum.

2 Secunda conditio est, quod in iudicio sive in practica cõseruetur

tur differētia subiectuũ sicut diuina bonitas quæ differt ab bonitate Angelica per infinitatem & eternitatẽ; eo quia talis bonitas est ei ratio, ut agat bonum infinitum, & eternum: bonitas autem Angelica nequaquam sed finita & noua est.

3 Tertia conditio est, quod concordantia quæ est inter vnum subiectum & aliud subiectum, non destruat, sicut concordantia quæ est inter Deum & Angelum, concordant enim in spiritualitate, & sic de alijs suo modo potest dici.

4 Quarta est, quod secundum quod vnum subiectum est nobilius & altius, ei attribuantur altiora, & nobiliora principia & regulæ quàm alteri; sicut Deus qui est altius & nobilius subiectum, quàm Angelus, &c. & Angelus quàm homo, & sic de alijs suo modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN superioribus partibus artis, præter primam reductionem alphabeti, considerauimus diuersos modos miscendi principia inter se; absolutam quidem in prima figura, & relata in secunda; cõiuncta, binatim, in tertia, & triplicata in quarta. Inde diffiniuimus principia, ut notiones eorũ intellectũ nostrũ informet & instruãt, adtribuẽdũ attributa quibuslibet rebus. Exinde egimus de regulis per quas regulamur, & dirigimur in cõsiderationibus rerũ. Ex quo quia resultat generalis vsus eã principiorũ quàm regularũ, hunc diuersũ esse in tabula, in euacuatione tertie figure, & multiplicatione quartæ & in mixtione principiorũ ostendimus; in quibus cõsideratio

nibus, quia quasi nullam fecimus, de subiectis mentionem, oportet modo eorũ cõsiderationem agredi, resumãdo semper methodũ, quam seruat author, qui in Arte Magna omnia subiecta, tã naturalia quàm moralia virtuosa & vitiosa, quæ ponuntur in alphabeto discurret per principia & regulas, faciendo longã tractationem de ipsis subiectis, quæ quis poterit in citato loco videri.

Observãdũ tamẽ in præsentibus quod & sapiētissimus author in textu artis breuis, aduertit; quod tractatio istorũ subiectorum, cū quatuor cõditionibus seu modis est faciẽda, secundum quos principia & regulæ debent applicari.

1 Prima conditio seu modus est, ut quodlibet subiectum

diffinitur primo, secundum quod ei conuenit per proprias perfectiones, ita ut differentia a quolibet alio subiecto in eo appareat. Sic diffiniendo primum subiectum Deum scilicet, esse summum bonum, distinguimus Deum ab Angelo, & ab omni bus alijs subiectis: quæ quauis sint bona, non tamè summum bonum, quod soli Deo cõpetit, vnde principia quæ applicatur ipsi Deo, altiore & perfectiore applicationem requirunt, ita ut diffinitiones altiores & perfectiores respectu subiecti, quo ipsum altius & nobilius fuerit tradantur.

2 Secunda conditio est, quod in iudicio siue in practica, conseruetur differentia subiectorum, id est quod unicuique subiecto tribuatur & applicetur principia secundum suam propriam & determinatam essentiam, secundum quam differt a quolibet alio subiecto, vnde Deo qui est infinitum ens & æternum, debent bonitas infinita, & æternitas, seu duratio infinita attribui, & in eo asseuerari, quod talis bonitas infinita est ei ratio, quod agat bonum infinitum, quod nulli alio subiecto conuenire potest, cum Angeli, cœlum, homo, & alia, finite

& limitate possint operari.

3 Tertia conditio est, quod concordantia quæ est inter vnum subiectum & aliud, non destruitur, sicut concordantia quæ est inter Deum & Angelum in spiritualitate, quod est obseruare, in attributione & applicatione principiorum ad ipsa subiecta, considerandam esse naturam subiecti, quæ si fuerit spiritualis spiritualiter quoque applicanda sunt principia; si vero corporalis fuerit, corporaliter sunt adhibenda: semper enim respiciendum est ad naturam subiecti, cui attribuntur principia: ita ut conseruet concordantiam cum alijs subiectis & ipsum in sua propria natura constet, & consideretur; confunderetur enim subiecta, nec bene perciperentur, si istam non conseruaret concordantiam.

Quarta conditio est, satis aperta, sicut & reliquæ, scilicet quod secundum quod vnum subiectum est nobilius, & altius: ita attribuantur altiora & nobiliora principia, & regulæ, quam alteri; sicut Deus qui est altius & nobilius subiectum, quam Angelus, & c. & Angelus quam homo, & sic de reliquis suo modo. In quo obser-

seruatur, quod eo modo sunt attribuenda & applicanda principia, cuiuslibet subiecto artis, quo ipsa in arte ordine situata sunt; ita ut quemadmodum Deus supremum ens, habet in eadem primum gradum; Angelus secundum; cœlum tertium; homo quartum & sic de reliquis, eodem modo propter eminentiorem naturam in tali genere subiecti, eminentiori quoque & altiori modo applicanda erunt principia & regulæ, sicut & author demonstrat in Arte Magna, deducendo om-

nia subiecta per principia & regulas. Quæ consideratio cum nimis sit longa, & ibi possit a quolibet videri, relinquimus eam, gratia tamen exempli Deum ipsum breuiter per principia, & regulas deducemus, ut secundum modum talis deductionis animaduertat quisque aliorum subiectorum deductionem quæ in eo consistit, ut Deus ipse referatur ad quodlibet principium & ad quamlibet regulam, per modum considerationis, ut in sequenti discursu apparebit.

CAPVT TRIGESIMUM TERTIUM,
in quo breuiter explicatur in textu, natura & essentia Dei ab authore; nos quoque per modum exempli ad ostensionem praxis huius loci breuissime & sumarie Deum per principia & regulas deducimus.

T E X T V S.

De primo subiecto, quod est de Deo.

Deus est discurrebilis per principia & regulas, nam Deus est bonus, magnus, &c. de ipso multa diffinitiones possunt dari largo modo diffinendo, sed hic ei vnã damus. Deus est ens quod extra se non indiget aliquo, in ipso namque totaliter sunt omnes perfectiones; & cum ista quidam diffinitione, est Deus differens ab omni alio ente; omnia enim alia entia indigent aliquo extra se; in Deo non est aliqua contrarietas, nec minoritas

quia principia priuatiua, & defficientia sunt. Veruntamen in Deo est maioritas respectu autorumentum, & equalitas, nam equalia principia habet, videlicet bonitatem, magnitudinem & etiam equales actus & relationes habet. In Deo est differentia correlatiuorum sine qua ipsa correlatiua, nequaquam esse possunt, nec Deus absq; ipsis posset habere actionem intrinsecam, infinitam & eternam: immo sine ipsis omnes sue rationes essent otiosae, quod est valde impossibile: in Deo est concordantia, ut cum ipsa distet multum & infinite a contrarietate, & sua correlatiua conueniant infinite & eterne, in vna essentia & natura; & sic de suis rationibus potest didici. In Deo non est quantitas, nec tempus, nec vllum accidens: ratio huius est quia substantia sua ab omni accidenti est segregata, & denudata, nam infinita, & aeterna est. Deo sic conditionato per quatuor conditiones ante dictas, inde quidem intellectus intelligit se conditionatum, ad intelligendum Deum, & ea quae de ipso dici possunt per principia & regulas Deo apropiatas; adhuc cognoscit & intelligit, quod si Angelus habet naturale posse in se, & sic de alijs: multo magis Deus cum sit subiectum magis altum, ut patet per locum à minori ad maius.

EXPOSITIO TEXTVS.

Circa istum textum nihil aliud animaduertendum iudicauimus, in explanatione nona partis, ad cuius

tamen maiorem elucidationem ponimus inferius breue exemplum, de deductione Dei per principia & regulas.

De Deo per principia deducto.

Deus;

DEus, qui est ens perfecte, est bonum perfecte, non recipiens ab alio bonitatem suam quia est magnus infinite, non habes terminum sui esse; omniaque creata in se continet, excedens & supergrediens ea.

Bonitas. Eius duratio, non est eterna qualis est Angelorum; nec temporalis qualis est materialium rerum, sed eterna sine principio & sine exitu. Vnde ipse est incorruptibilis & immortalis, nec habet potentiam limitatam, & finitam, sicut omnes creaturae habent, sed ad cuncta factibilia, quoquomodo se extendit; vniuersalemq; habet supra omnia potestatem & iurisdictionem, tam ad ea faciendā, quam anihilandā.

Magnitudo. Vnde naturaliter ei omnia sunt subiecta. Eius autem sapientia cum sit infinita & naturalis lux infinita; est quoque sine termino & limitatione aliqua, cuncta intelligens in se ipsa, omnia illuminans & illustrans; estque perennis fons totius cognitionis intellectualis, sensibilis & naturalis instinctus, quae in omnibus alijs rebus

Duratio.

Potentia.

Sapientia.

inueniuntur. Et quia ipsemet Deus infinitam habet voluntatem, infinitum quoque amorem in eo censendum est esse; libertatem quoque ad faciendū quaecumque voluerit infinitam; cunquē ipse sit fons totius perfectae operationis, virtus quoque infinita & indefectibilis ad operandū bona, in eo consideratur. Quae cum firma sit nec aliquo modo corruptibilis, aut impedibilis, vera quoque per indubitabilem veritatem asseueranda est, qui cum perfecte habeat omnes praedictas perfectiones, nec aliunde querere eas, quiescit in se ipso, & gloriatur in possessione omnium bonorum; & gloria est Dei propria & intrinseca naturaliter. Verum quia Deus non consideratur solum in esse absoluto, secundum quod est vnus per vnā substantiam, sed etiam secundum esse relatiuum, trium personarum: ideo ei attribuantur principia relatiua; vnde secundum diuersas relationes & proprietates, personarum, inueniuntur.

Voluntas.

Virtus.

Veritas.

Gloria.

Diferentia. fides, differentiam qua Pater differt à Filio, & Spiritu Sancto; Filius quoque à Patre, & Spiritu Sancto; & Spiritus Sanctus ab alijs duabus infinitis personis, per proprias relationes & cognitivas in eis proprietates. *Concordantia.* Servatur tamen concordantia in eisdem, quatenus tres personæ sunt unius eiusdemque diuinitatis essentialiter participes; & omnium attributorum & perfectio num, quæ ipsam essentiam & substantiam consequuntur. In quibus quoque consideratur oppositio, non quidem contraria quæ respicit diuersum & contrarium finem, sed relatiua quatenus per relationem, Filius genitus, respicit Patrem generatorem, & Spiritus Sanctus productus & spiratus à Patre, & Filio, respicit Patrem & Filium, per modum unius spirationis, spirantes, eundem Spiritum Sanctum. Et quia in Trinitate harum personarum, vnum principium Fides Catholica veneratur, quem Patrem appellat, principium quoque in tali diuinitate inueniri,

respectu productionis diuinarum personarum asseuerandum est, per modum naturæ quidem in generatione, qua Pater producit Filium, & per modum voluntatis in productione, qua Pater & Filius producant personam Spiritus Sancti. In qua diuinitate & communione trium diuinarum personarum quia in ordine, non quidem prioritatis temporis neque naturæ, consideratur persona Filij media, ante quam consideratur persona Spiritus Sancti: ideo mediū est attribuendum tali personæ in diuinitate; vnde Filius mediatoris nomen accepit, & est quasi vinculum Patris & Spiritus Sancti. Et quamuis in diuina natura, non possit considerari extrinsecus aliquis finis, ad quæ respiciant tres personæ intrinsicè operantes in ea; intrinsecus tamen finis totalis, in eadē diuinitate existit, dum Pater per intellectum solum intendit ibi generare Filium, & Pater, & Filius per voluntatem solum intendunt, producere personam Spiritus Sancti,

Minoritas. et, quæ tres personæ cum infinitæ sunt, nec in infinito posset reperiri maius aut

minus, sunt tamen inter se æquales, & vna non est maior aut minor alia.

Æqualitas. Maioritas.

De Deo, per regulas deducto.

Quemadmodum supra immediate, Deū considerauimus, tanquam primum subiectum huius artis, & deduximus eum per principia (vt visum est) ita quoque idem Deus, deducendus erit per regulas & per species earum; vt eius notitia & cognitio nobis magis manifestetur, & in methodus illius nonæ partis, clarius appareat. Deus ergo in regula *Vtrum*, quæ denotat existentiam, dicitur, ens existens perse, & independens a quolibet alio; id cui necessario est esse, & impossibile non esse; id ad cuius existentiam nec possibilitas aliqua, nec contingetia præcedit. Et per regulam quid dicitur esse ens absolute in perse, in quo per secundam speciem eiusdem regulæ, reperiuntur tres personæ, tamquam tria correlatiua, quæ per relationes distinguuntur. Et per tertiam

speciem eiusdem regulæ est Creator omnium rerum. Et per quartam gubernat sustinet & manet omnia. Qui per primam speciem regulæ de quo, est primum esse quo non est aliud prius. Et per secundam speciem ab eo deriuatur omnia entia. Per tertiam ipse possidet in se infinitas perfectiones & attributa, & extrase omnia quæcumque sunt, aut possunt esse. Per regulam quare dicitur prima formalitas seu entitas, sine aliqua determinatione, aut limitatione. Per primam speciem & per secundam, finis omnium rerum, ad quem visibilia, & inuisibilia tendunt. Per regulam quantum dicitur esse infinitum in essentia per primam regulam, & in personis per secundam. In regula quale, Deus est bonus magnus, æternus, & alia principia quæ perse ei & essentialiter conueniunt,

De quo.

Quare.

Quantum.

Quale.

appropriate vero, & in ordine ad creaturas, dicitur, gubernator, iudex earū & moderator cunctorum entium. Per regulam quando est ens, quod fuit ante omnia creata; qui est cum omnibus creatis, qui erit sine aliquo sine cum rebus, quæ conseruabuntur post cōsumationem seculi. Per regulam vbi dicitur esse ens supra omnes res, infra omnes res, intra omnes res, extra omnes res, ante omnes res & post omnes res, a dextris, & ad sinistris, & in quacumque differentia loci considerabilis. Et per regulam quomodo, Deus est ens, quod est in vna parte & in pluribus partibus, simul etiam in toto & in emissione alicuius similitudinis totius. Est ens, quod sine aliquo instrumēto exteriori, & cum aliquo instrumento quando ipse vult, facit vnam partem, aut plures cuiusque rei, aut componit totum & facit emittere similitudinem eiusdem.

Dedimus exemplum in Deo deducto per omnia

principia & regulas, vt ad eundem modum ostendamus quomodo debeant deduci alia subiecta artis, quæ cum sint nouem naturalia, nouem moralia virtuosa, & totidem nouem vitiosa subiecta; quia horum omnium non possumus facere deductionem cum nimis sermo prolongaretur, breuiter discurremus per ea, solum afferendo diffinitiones eorundem subiectorum, vt in his fundetur deductio quæ ex illis fieri potest, incipientes à naturalibus subiectis, eo ordine quo posita sunt in alphabeto; prosequendo deinde virtuosa subiecta, & ultimo considerando vitiosa. Et quia de Deo primo subiecto in suo discursu & deductione, datæ fuerunt diuersæ diffinitiones, de quolibet alio subiecto dabitur, quoque singularis

ab authore ipso tradita, eo ordine quo sunt posita subiecta.
(??)

Capitulum

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM, IN quo textus tractans de natura Angeli traditur, & per eum, & illius expositionē quomodo Angelus & eius essentia detegatur, & operationes eius manifestentur, aduertitur.

TEXTVS.

De secundo subiecto, quod est de Angelo.

Angelus est deducibilis, per principia & regulas: ipse quidem naturalem bonitatem magnitudinē & durationē habet, &c. & diffinitur sic Angelus est spiritus corpori non conueniens, in ipso non est contrarietas naturalis, nam incorruptibilis est. In ipso est materia debilibus, scilicet de bonis factibili, magnificabili, & vt per secundam speciem regulæ D. significatum est. In Angelo est maioritas, eo quia est magis similis Deo quam homo, quia altiora principia & regulas habet quam homo, & in isto passu cognoscit intellectus quod si homo non potest vti sensibus absq; organis: non sequitur propter hoc quod Angelus non possit sine organis, nam Angelus natura est superior, & in isto passu cognoscit intellectus quod Angeli possunt loqui inter se & agere in nobis, absq; organo, & transire ab vno loco ad alium sine medio, & sic de alijs; vt patet per intellectum discursum per regulas. In Angelo est differentia nam suus intellectus memoria & voluntas differentes sunt inter se: equalitas intelligendi & amandi, & recolendi est in Angelo, ratione obiecti supremi scilicet Dei, qui equaliter est intelligibilis amabilis & recolibilis: in Angelo est minoritas: nam ex nihilo est creatus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Author in isto textu declarat breuiter & summarie, naturam Angeli, quem in arte magna per principia & regulas deducit, circa quem nos

non immoramur nec amplius eū declaramus, eam solū aduertimus posse fieri deductionem tali modo, quo facta est de Deo, dissimulando artē quod

quod maxime obseruare debet, huius artis professor, cum termini eius odiosi sint in sua explicitudine, illis, qui nimis Ciceroni & alijs Latinis authoribus sūt affecti. Dicit autē author in eodē textu, in Angelo non esse contrarietatem, nam est incorruptibilis; quod ideo affirmat quia vera contrarietas quæ est causa corruptionis, solum reperitur in elementatis. Angelus vero cū sit spiritus, extra naturam elementorum est, & ideo incorruptibilis. Quando vero asseuerat in Angelo esse materiam debilibus, scilicet de bonificabili, magnificabili, &c. (vt per secundam speciem regulæ D. significatū est) aduertit quod quamuis materia prima cum forma corporeitatis, nō possit inueniri in Angelis, quia tunc essent corporei, reperitur tamē certa passiva & conaturalis, seu materialis potentia, secundum quam ipsi non possunt dici simpliciter actus, immo vero de principijs naturalibus ex quibus cōstant, recipiunt omne passiuum quod est in eis, vt de bonitate, bonificabile; de magnitudine, magnificabile; de duratione, du-

rabile, & ita de alijs. Et hæc passiva potentia istorum principiorū, prout contracta sunt ad esse formale Angelicum, dicuntur materia Angeli, extra spheram omnium elementorum, altioris perfectionis & maioris nobilitatis. Vnde multa quæ in inferioribus subiectis qualis est homo, animal & alijs, non conceduntur, debēt necessario concedi Angelo in superiori gradu & eminentia sua. Quare si homo nō potest intelligere, nisi discurrendo de vno in aliud: Angelus tamen potest hæc omnia simpliciter sine discursu intelligere. Et licet animal non possit sentire sine organo corporeo: hoc potest Angelus facere sine tali organo: idemque potest loqui sine instrumentis necessarijs in homine, quia formalitas Angelica, est eius spiritualitas taliter disposita, qualiter signata est, existens in altiori gradu, quam sit homo & alia animalia, & operationes, quæ a formis procedunt, sine aliqua imperfectione ex parte materiæ, nobiliori modo exercere potest.

Caput

CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM, IN quo tractatur de natura cæli, & textus ab authore de hac re traditus explicatur.

TEXTVS.

De tertio subiecto, quod est de Cælo.

Cœlum habet bonitatem naturalem, magnitudinem & durationē, &c. & diffinitur sic. Cæltū est prima substantia mobilis, in eo non est contrarietas: non enim est ex principijs contrarijs compositum. In ipso sunt instinctus & appetitus naturales, & per consequens motus sine quo non posset habere naturalem instinctum & appetitum; veruntamen in eo est principium, efficiens enim est in inferioribus, & etiam cōstitutum est ex sua forma & materia specificis vt agat per suam speciem. Suus motus est ei finis, & quies, Cælum est in suo loco sicut corpus in sua superficie. Adhuc est in tempore: ipsum namque nouum est & est etiam in tempore sicut efficiens in suo effectu, & sic de alijs suis accidentibus suo modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

Circa istum textum, breuiter nos expediemus, remittendo lectorem, & auditorum, ad deductionē talis subiecti per principia & regulas in Arte Magna.

Obserua tamē (sicut supra dicebamus de Angelo) quod cū ipse contineat principia naturalia, bonitatem, magnitudinem, durationem, & reliqua: ita quoque cælum continet

eadem iam contracta ad suū esse, quod in cælo empireo intelligitur ad esse simplicissimum omnium corporum; in cælo vero primo mobili ad secundum corpus, quod respectu rerum mobilium materialium dicitur quoque simplicissimum & prima substantia mobilis in quo ratione eorūdem principiorum sunt naturales instinctus & appetitus ad

ab bonificandum alia corpora; ad augendum, & conseruandum, & c. ad roborandū, ordinandum & recreandū alia corpora. Vnde ab istis instinctibus & appetitibus, qui sunt in isto supremo corpore, procedit motus eiusdem circularis ratione finis, qui primo est manifestare & enarrare gloriam Dei; secundo adinuare & perficere hæc inferiora corpora, suis influentijs, & ad hoc

constitutum est ipsum cœlum a propria forma & materia specificis, per quas constituitur & operatur: nec aliquādo est otiosum, quia semper mouetur & quiescit in eodē loco: taleq; primum corpus mobile est subiectū in quo radicatur & originatur tēpus & duratio aliorū inferiorū, quia per eius minuta & gradus, & inde per circulationem cætera inferiora corpora temporaliter mensurantur.

CAPVT TRIGESIMVM SEXTVM, IN
quo agitur de natura & substantia hominis, & qua ratione eius consideratio multiplicari possit, manifestatur.

TEXTVS.

De quarto subiecto, quod est homo.

Homo est compositus ex anima & corpore, ratione cuius deducibilis est per principia & regulas duobus modis, videlicet modo spirituali, & modo corporali. & sic diffinitur: homo est animal homificans. In homine sunt omnia principia & regule dupliciter scilicet propter duplicitatem naturæ, spiritualis & corporalis, ex quibus est constitutus, & ideo est magis generalis quam aliud ens creatum, ratione cuius recte potest dici, proculdubio quod homo est maior pars mundi.

EXPOSITIO TEXTVS.

Incipientes huius textus explanationē ab vltima parte eius, quod homo sit maior pars mūdi dicimus, hoc significare nomē istud homo, quod

Græce omonoia, & Latine concordantia, quasi significantes in homine omnia cōcludi & cōcordari, quod præcipue attribuitur in homine & Deo Christo,

Christo, in quo creatū & increatū ens vniūtur; qui quatenus homo naturā elementalem cōueniētē cū elementis, cœlo & mixtis; naturā vegetalē cōcordantē plātis, naturā sensitiuā, propriā animalium sensitiuorum, & gradū imaginatiuæ naturæ, & talis potētia cōplectitur ex parte corporis; ex parte vero anime, habet naturā spiritualē similit̄ Angelis, cū quibus facit veluti harmoniā quādam in potentijs & operationibus spiritualibus. Quibus medijs & suprema gratia vniōnis, diuinitas quæ est in Christo & hypostasis eius, assumūt ad esse substantiale Christi totā naturam creatā, media ista vniōne: In qua vt significatū est elementa, vegetabilia, sensitua, imagina

tiua, humanitas, cœlū, Angeli, & Deus contineri quodāmodo videtur. Vnde in solo Christo Domino Deo & homine, fieri potest discursus vniuersalis totius naturæ, procedendo per principia & regulas, deducendo eū hominē tāquā subiectū per naturā elementalē vegetalē, animalē, imaginatiuā, humanā, cœlestē, Angelicā, & diuinā. In qua deductione innumera explicarētur mysteria, si ea liceret modo prosequi, cōsiderando differentiā, concordantiā & oppositiōnē cū alijs rebus: homo vero quatenus talis per eosdē gradus, excepta diuinitate, deducitur per principia & regulas, qui in tali deductione demonstratur esse generalius ens, quā quodlibet aliud creatum.

CAPVT TRIGESIMVM SEPTIMVM, IN
quo natura imaginatiue varie consideratur, eiusq; diffinitio & proprietates, tam in esse quā in operationibus describuntur.

TEXTVS.

De quinto subiecto, quod est imaginatiua.

In imaginatiua, sunt principia & regulæ specificæ ad imaginandum imaginabilia; sicut in adamante ad atrahendū ferrum. & diffinitur sic. Imaginatiua est illa potentia cui proprie competit imaginari, & ideo imaginatiua deducta per prin

principia & regulae, quae conueniunt imaginatiuae. Intellectus quidem de ipsa habet magnam notitiam & etiam de his quae conueniunt ei. Imaginatiua abstrahit species a sensatis, cum sensibus particularibus & hoc cum suis correlatiuis, per secundam spectem regulae C. significatis. Et cum bonitate facit bonas species illas, & cum magnitudine magnificat illas: sicut quando imaginatur unum magnum montem aureum: cum minoritate autem minorificat eas, sicut quando imaginatur unum punctum indiuisibile. Imaginatiua habet instinctum, sicut bruta animalia habent industriam ad viuendum: & sicut capra ad euitandum lupum. Imaginatiua habet appetitum ad imaginandum imaginabile, ut quiescat in illo, imaginando illud. Sensus particulares utentes sensibilibus impediunt imaginatiuae suum actum, quod non potest habere ipsum, sicut videns cum oculis coloratum: & tunc temporis imaginatiua non potest habere suum actum. Videlicet quia imaginari non potest imaginatiua imaginabile peregrinum, quo usque habens oculos claudit illos & tunc imaginatiua habet suum actum siue potest habere illum. Videns enim magis attingit coloratum, videndo quam imaginando, sensatum enim est magis circa ipsum sensum. Imaginatiua autem mediante sensu, imaginabile attingit. Imaginatiua non est ita generalis potentia in sensatis, sicut sensitiua, ut patet per tactiuam, cum qua homo tenens lapidem in vno & eodem tempore sentit diuersa & plura, videlicet lapidis. ponderositatem, frigiditatem, asperitatem atque duritiam; imaginatiua autem nequaquam nisi successiue, & sic de alijs similibus istis, & haec sufficiant causa breuitatis.

EXPOSITIO TEXTVS.

Quamuis comuniter alij authores & philosophi non faciant distinctum gradum

de imaginatiua & illam in superiori & eminentiori parte naturae sensitiuae collocent; ita

ita ut idem gradus censeatur imaginatiua & sensitiua. Author noster haec subtilius considerans, gradum ponit distinctum imaginatiuam, supra ipsam sensitiuam, & dicit imaginatiuam esse potentiam cui proprie competit imaginari, seu ut in Arte Magna aduertit, est potentia cum qua animal imaginatur in suo imaginabili intrinseco imaginabile peregrinum, seu similitudinem, aut similitudines, quae fuerunt praesentate sensui aut similia illis. Talisque gradus est potentia naturalis ad imaginandum, & recipit in se considerationem & applicationem regularum, quia intrinsece constat principijs naturalibus contractis, ad esse imaginatiuum; & sic per bonitatem, imaginatiua facit bonam imaginationem; magnam, per magnitudinem; durabilem, per durationem; potenter, per potestatem; ordinatam, per sapientiam; amabilem, per appetitum; virtuosam per virtutem; veram, per veritatem; gloriosam per gloriam; differentem, per differentiam; conuenientem, per conuenientiam, & ita de alijs, cum quibus se iuuat imaginatiua, ad

imaginandum & formandum species diuersas a sensatis, eductas. Haber autem imaginatiua propriam & naturalem instinctum ad imaginandum, sicut alia bruta industriam habent ad viuendum, & capra ad euitandum lupum, qua etiam ratione conceditur eidem appetitus ad imaginandum, cuius actus multoties impeditur per actus sensuum inferiorum; unde quis aliquod coloratum videns non potest bene si attendat ad talem sensationem recte imaginari, atque ita ut melius imaginatio fiat oportet cesare sensationem, ut apparet in claudente oculos ad bene imaginandum. Quae potentia quamuis per sensum recipiat imaginabile extrinsecum seu species sensatas, & similitudines externas, impeditur tamen ut diximus quando sensus inferior actualiter facit sensationem, qui generalior potentia est in eodem tempore ad percipiendum obiecta sensata, quam sit imaginatiua ad percipiendum imaginabilia diuersa, nam idem tactus in vno & in eodem tempore, sentit frigiditatem, ponderositatem, asperitatem, duritiam,

Y ritem,

ritiem, paruitatem, aut longitudinem, lapidis, quæ non potest simul & eodem tempore, nisi successiue imaginatiua imaginari, quæ potètia & gradus distinctus a parte sensitua, deducta per principia & regulas præbebit magna & sua uia secreta; præcipue quando aliter imaginabile consideramus, ut existens; aliter secundum suam propriam essentiã; aliter secundum suam origi-

nem; aliter secundum suam formalitatem & finem; aliter secundum quantitatem; aliter secundum qualitates; aliter secundum locum; aliter secundum modum; & aliter secundum instrumentalem rationem. Secundum quas notiones regularũ, diuersa fiet in quolibet proposito imaginatio: de qua materia hæc sufficiant modo, quousque in suo gradu hæc in arbore scientiæ declarentur.

CAPVT TRIGESIMVM OCTAVVM, IN quo aduertitur essentia naturæ sensitua, & eius variæ functiones generaliter notantur & qua ratione de ea copiosa haberi possit cognitio indicatur.

TEXTVS.

De sexto subiecto, quod est sensitua.

Pincipia & regulæ, sunt in sensitua, per modum specificum, nã unũ posse habet per visum, aliud per auditũ, &c. Et hæc maxime faciunt duæ proprietates instinctus, & appetitus, & definitur sic. Sensitua est potentia cui proprie competit sentire. Sensitua causat sensata cũ suis principijs & regulis specificis, ipsa est generalis per sensum cõmunẽ; particularis autem per sensus particulares. Per sensum cõmunẽ habet correlatiuos cõmunes. Per particulares autẽ sensus habet correlatiuos particulares. Vita radicalis sensitua viuit ex vita vegetabili, cum qua est connexa. & in ea plantata; sicut vegetatiua in elementatiua. Sensitua per omnes sensus sentit obiecta, sicut per visum sentit coloratũ, & per auditum vocẽ mediante affatu, & nominãte illã; absq;

absq; enim affatu auditus quidem non potest sentire vocem; & in isto passu cognoscit intellectus, quod affatus sit sensus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sensitua natura, ut ait author, est illa potentia cui proprie competit sentire; quæ quatenus talis intrinsece & naturaliter includit omnia principia, per quæ est operatiua; nã per bonitatem agit bene; per magnitudinẽ, magnifice; per durationẽ, durat in operatione; per potestatem existit & agit; per sapientiã habet proprios, & naturales instinctus; & per voluntatem eo modo quo ei potest cõcedi, includit diuersos appetitus; generales quidẽ prout ipsa sensitua est generalis natura ad omnẽ sensationẽ; & particulares prout contrahitur ad particulares sensus. Vnde alia erit consideratio sensitua, prout respicit sensum cõmunẽ; diuersoq; modo principia & regulæ ei applicantur, quã prout ipsa respicit sensus particulares, in quorũ unoquoque est deducibilis, & cognoscibilis diuerso modo, per principia & regulas. Habet enim sensus communis & quilibet alius particularis sua propria correlatiua intrinseca, sicut sensus cõmunis, sensitiuũ, sen-

sibile, & sentire; auditus, auditiuũ, audibile, & audire; visus visiuũ, visibile, & videre; olfactus, olfactiuũ, olfactibile, & olfacere; gustus, gustatiuũ, gustabile & gustare; tactus, tactiuũ, tactibile, & tangere. Præter quos sensus particulares, ponit author sextũ sensum, affatum scilicet, per quẽ pronunciat animal ea quæ auditus sentire debet; & affectus interiores exterius demonstrat. De quo sensu, in tertio libro arboris scientiæ agitur, nosq; solum in præsentia aduertimus huiusmodi sensus (ut supra dictum est,) propria habere organa & obiecta, secundum quæ eorum esse manifestatur, & per principia & regulas est cognoscibile. In quolibet enim sensu tam generali quam particulari, inueniuntur principia contracta suo modo & in his ut patet, regulæ & modi quærendi possunt applicari. Sed quia natura sensitua fundata est supra vegetatiuam & elementalem, inde credibiles sunt sensus, non solum quatenus sunt a tali natura.

fenfitiua, fed quatenus sunt vegetabiles per vegetatiuam, & quatenus sunt materiales & elementales. Secundū quos gradus principia & regulæ eis applicantur. Quo pacto de quolibet fenfu poffunt fieri tractatus & libri multi. Vt fi verbi gratia de auditu philofopharemur per bonitatem, & alia principia, fierent diuerfi tituli. Vt de communicatione auditus, ad audibile; de magnitudine auditus, de duratione, de potestate, de ordine, & infintu auditus; de appetitu & virtute auditus; de virtute & gloria, feu quiete

auditus; de differentijs, de conuenientijs, de contrarijs, & ita per reliqua principia. In quorum vnoquoque titulo applicarentur modi quære di diuerfi, tam generales quàm speciales, qui notati sunt in explicatione regularū, & hic aduertitur quam generalis & immensa poffit fieri de natura fenfitiua ifto modo confideratio, percurrendo primo comunē & generalē, fenfationē deinde particulares difpofitiones, organa & operationes omnium fenfuum, per tres prædictos gradus, elementalem, vegetalem, & fenfibilem.

CAPVT TRIGESI MVM NONVM, IN
quo de fubiecto feptimo, feu vegetatiua fermo habetur, & eius natura & operationes per principia designantur.

TEXTVS.

De feptimo fubiecto, quod eft
de vegetatiua.

IN vegetatiua, sunt principia & regulæ specificæ, cum quibus plantæ agunt, secundū suas species in quibus sunt. Piper enim agit secundum suam speciem, & rosa secundum suam: & liliū secundum suam, &c. Principia vegetatiuæ condensiora sunt quam fenfitiuæ principia, & fenfitiuæ principia quam imaginatiuæ principia. Et diffinitur sic. Vegetatiua est
potentia

potentia cui proprie competit vegetare; ipsa quidē sic vegetat elementata suo modo; sicut fenfitiua fenfit vegetata: siue elementata. Vegetatiua transmutat elementatiuam in suam speciem per modum generationis; & ex illa viuit & crescit & nutritur. Vegetatiua quidem moritur elementata sibi deficiente, sicut lumen moritur in lampade oleo deficiente.

EXPOSITIO TEXTVS.

VEGETATIUA, quæ est potentia, seu natura cui proprie & perse competit vegetare, seu vitam tribuere intrinsece, & essentialiter, habet omnia principia, ac proinde per illa agit & operatur secundū propriam speciem, tali modo vt bona planta, producat bonum fructum; magna, magnū; durabilis, durabilem, & ita de alijs, in quibus prout existunt in natura vegetatiua, applicandæ sunt regulæ; vt notitia & cognitio eius habeatur; cumque in ea duo gradus reperiātur, alter naturæ elementalis, alter naturæ vegetabilis, secundum vnumquemq; eorum applicari poffunt principia & regulæ, ita vt in primo natura vegetabilis confideretur, secundum propriam mixtionem & conditiones elementorum, notando eorum simplicitatē, postea concursum eorum &

vnionem in planta seu vegetabili; deinde gradus vite, seu naturæ vegetabilis. Quo pacto apparet per principia & regulas magnam posse fieri de illo subiecto considerationem & deductionem, secundum quā multa detegerentur secreta prout apparebit Deo dante in arbore scientiæ. Duo tamen præcipue in textu præfenti aduertit author, scilicet principia vegetatiuæ condensiora esse quam fenfitiuæ, & principia fenfitiuæ quam imaginatiuæ; quod ideo dicit quia quæ admodum in lapide apparet, qui non habet organa nec instrumenta ad operandū, aut mouendum, materialiora & crasiora concurrunt elementa; ita quoq; in gradu superiori supra elementalem, qualis est vegetabilis, priora & simpliciora inueniuntur elementa; ac proinde principia debent

considerari simpliciora, qua in natura elementalī existēte in puro, & mero corpore, quæ cum inueniatur crassa, & dura; spissior quoq; & condensior, magisq; constipata erit; in cæteris vero gradibus ascendendo minus ipsa, seu condensata apparet & tali modo est veluti passus naturæ vegetabilis. & gradus in quo superior esse conseruatur. Vnde fit, quod quæadmodū defficiente oleo, qui est cibus, seu alimentum ignis in lichino, defficit lumē, ita quoq; defficiente in natura elementalī dispositione, seu subtili actione, secundū quam

ingreditur naturam vegetabilem, defficit quoque ipsa plauta, & vegetabilis natura, quæ eodem modo in animalibus est veluti, passus naturæ sensitivæ, & natura sensitiva est veluti passus & dispositio gradus imaginatiuæ, & ista in homine est quasi vltima dispositio ad quam anima rationalis introducitur; secundum quos gradus homo est considerabilis & inueniuntur in eo, qui duo gradus possunt per diuersos titulos factos per principia vt supra annotauimus diuersimode explicari applicatis regulis & speciebus earū ad illos.

CAPVT QVADRAGESIMUM, IN QVO de natura elementatiua tractatur, textus de hac re loquens explicatur, quo etiam pacto augeri possit eius consideratio aperitur.

TEXTVS.

De octauo subiecto, quod est elementatiua.

IN elementatiua, sunt principia & regulæ specificæ, cum quibus habet multas species; vt aurum argentum & huiusmodi. Et definitur sic: Elementatiua est potentia cui proprie competit elementare, ipsa habet correlatiuos communes, sicut & sensitiva, & sic de suis particularibus potest dici; videlicet de igne, aere, aqua, & terra, quæ habent suos correlatiuos, sine quibus ipsa elementa esse non possunt, sicut & correlatiua absque elementis non possunt esse; quæ sunt vltima fundamenta ipsius elementatiuæ.

mentatiua. Et elementatiua per ipsa habet punctos, lineas, & figuras, longum, latum, & profundum, & corpus plenum; qualitates & complexionēs, duritiem, asperitatem, leuitatem, ponderositatem, &c. & in isto passu cognoscit intellectus, quod elementa sunt actualiter in elementatis, tamen remisso modo: nã aliter elementata non haberent ex quo essent; nec essent de genere substantiæ; nec haberent formam; materiam; naturam; motum; instinctum; longum; latum; plenum; neque appetitum, quod est valde impossibile & absurdum dicere.

EXPOSITIO TEXTVS.

Elementatiua natura, quæ dicitur potentia cui proprie competit elementare, seu intrare compositionē elementatorum, habet principia ipsa naturalia intrinsicè & essentialiter vnita, & per ea operatur. Per bonitatem, bene; per magnitudinem, magnifice; per durationem, durabiliter; per potestatem, potenter; & ita per alia principia, quæ consideranda sunt in esse materiali elementalī. Quemadmodū enim si in lapide considerētur diuersæ lineæ procedentes ab eodē centro, perinde etiam exeunt ab essentiali, & natura elementalī, veluti quidam riuuli ab vno & eodem fonte, alius est velut riuulus bonitatis elementalis; alius dura-

tionis, & ita in singulis principijs, quæ prout considerantur existere in elementatiua, cōsiderandæ sunt diuersæ cōmunicationes suarū formalitatum in elementato. Et iste est modus concurrendi quatuor elementorum in quolibet corpore mixto; prout enim ignis bonus, bonam facit ignificationē in mixto; magnus, magnās durabilis, durabilē; ita quoq; aer aerificationē; aqua aquificationē; terra, terrificationem quibus vocabulis & nominibus vtiliter ad maiore rerū declarationē. Et quādo ignis facit ignificationē, magnam, durabilem, potentem, ordinatam, suauem, virtuosam, veram, quietam, differentem, conuenientem, oppositam, principiantem, mediam, finientem;

maiolem æqualem aut mino-rem; ita quoque singula alia elementa per sua principia intrinseca & naturalia concurrunt, correspondendo influ- xui ignis. Et sicut dictum est de igne, dicitur de aqua, aere, terra, quæ in quolibet mixto reperiuntur. Quod proinde considerabile est quintupliciter; aliter secundum naturam terræ; aliter secundum aquæ naturam; aliter secundum a- rem; aliter secundum ignem, aliter secundum esse elementa- tum. Et quemadmodum in quolibet elemento simpli- citer perse considerato, re- periuntur tria correlatiua; in terra, terrificatiuū, terrificabi- le & terrificare; in aere aeri- ficatiuum aerificabile, & aeri- ficare; in igne ignificatiuū igni- ficabile, & ignificare; ita in ele- mētato, elemētatiuū, elemēta- bile & elemētare; quæ correla- tiua procedunt primo, a pri- mis principijs, vt a bonificati- uo bonificabili & bonificare, & ita ab aliorum principiorū correlatiua natura. Vnde ipsa met principia totaliter & se- cundum regulas; aliter consi- derantur, & applicantur secū- dum ignificatiuum; aliter se- cundum ignificabile; aliter se-

cundum ignificare; aliter secū- dum esse totale ignis; & postea secundum concursum cū alijs elementis in mixto. Quod item aduertitur de aere, aqua & terra, quæ habent propria correlatiua, & proprium esse, & concursum diuersum in mixto, ab eo quem habet ignis, taliaque principia consi- derantur veluti pūcta vt signa- uimus, a quibus procedunt li- neæ diuersarum operationū; inde superficies & corpora, di- uersa; diuersa quoque figuræ qualitates & complexiones, quæ demonstrantur & appa- rent in mixto, per quas mani- festantur elementa in mixtis manere; primò secundum suā essentiam & naturalia princi- pia; deinde secundum suas ope- rationes; non quidem in gra- du intenso, sed remisso: remit- titur enim qualitas cuiuscum- que elementi, cum alio- rum qualitatibus

coniungitur.

(??)



Caput

CAPVT QVADRAGESIMVM PRIMVM,
in quo traditur textus de nono subiecto, seu instrumentatiua,
generaliter quo manifestantur diffinitiones virtutum &
vitiatorum & in expositione ibi facta indicatur instrumenta
omnia reduci ad naturalia artificialia & moralia, quam
considerationem haberi & dilatari posse in immensum per
particularem figuram ibi signatam notatur, si admodum
quo in eodem loco Ecclesia consideratur quæcumq; alia en-
tia tractentur.

TEXTVS.

De nono subiecto, quod est de
instrumentatiua

Istud subiectum est de instrumentalitate, & consideratur duo-
bus modis: Scilicet naturaliter, sicut oculus, qui est instrumē-
tū ad videndū, & moraliter sicut iustitia ad iudicandū. & mar-
telus ad fabricandum: instrumentum quidem natural: potest
cognosci deducendo ipsum per principia & regulas huius artis,
suo specifico modo. Similiter & instrumentum morale per eadē
principia & regulas suo modo specifico. Differunt enim inter se
instrumenta naturalia & moralia. Talē autem deductionem
sue discursum dimittimus intellectui bene intuenti, & si in-
tellectus artiste deficit in tali deductione recurrat ad Artem
Magnam, in qua largius tractamus de moralibus. Sed quia
de moralibus mētionem fecimus in alphabeto: idcirco volumus
diffinire instrumenta moralia, vt per diffinitiones & princi-
pia & regulas Artista, habeat notitiam de moralibus.

Instrumentatiua est potentia, cum qua moralis agit mora-
liter. Iustitia est habitus cum quo iustus agit iuste.

Prudentia est habitus, cum quo prudens vtitur prudenter.

Y 5

Forti-

Fortitudo est habitus, cum quo fortis corde agit viriliter.

Temperantia est habitus, cum quo temperatus vitur in agendo temperate.

Fides est habitus, cum quo aliquis credit, id esse verum quod non sentit, nec intelligit.

Spes est habitus, cum quo aliquis sperat veniam a Domino dari & gloriam: & confidit se in suo bono & potenti amico.

Charitas est habitus, cum quo habens propria bona, illa facit communia.

Pacientia est habitus, cum quo patiens vincit, & non vincitur.

Pietas est habitus, cum quo pius condolet de languoribus proximi sui.

Avaritia est habitus, cum quo dives est pauper, & mendicat.

Gula est habitus, cum quo gulosus est incarceratus, imposterum, infirmitate, & paupertate.

Luxuria est habitus, cum quo homo vitur suis potentibus indibite, contra ordinem matrimonij.

Superbia est habitus, cum quo homo superbus conatur omnibus superesse, & est contra humilitatem.

Accidia est habitus, cum quo Accidiosus condolet de bonis alterius, & congaudet de malis illius.

Invidia est habitus, cum quo invidiosus appetit iniuste bona alterius.

Ira est habitus, cum qua iratus ligat suam deliberationem & libertatem.

Mendacium est habitus, cum quo mendax fatetur sine testatur contra rei veritatem.

Inconstantia est habitus, cum quo inconstans est multifarie variabilis.

Dicitur est de nouem subiectis de quibus artista potest habere notitiam, discurrendo ipsa per principia & regulas huius artis.

EXPO

EXPOSITIO TEXTVS.

HAtenus explicata remanent in superioribus naturalia subiecta, secundum ordinem textus: in quorum vltima parte enumerat author generaliter alia subiecta moralia, tam virtuosa quam vitiosa, & hæc vocat instrumenta, quia per ea homo diuersas operationes bonas vel malas operatur, sumatimque cuncta percurrit in textu, de nono subiecto quod ipse vocat de instrumentatiua. Cumque instrumentorum ratio, possit esse aut naturalis, aut artificialis, aut moralis. Instrumenta naturalia consideranda sunt in subiectis naturalibus, declaratis; artificialia vero ad vnamquamque artem cuius sunt instrumenta referuntur, & multiplicitas eorum, respectu finis artis consideratur; moralia vero possunt determinari per virtutes & vitia, secundum quod ab authore designantur, & complectuntur, in ista vltima parte, quorum ampliolem, & extensiolem declarationem non facimus in presenti (cum supra datus fuerit modus in deductione Dei, per

principia & regulas, quomodo hæc ipsa deduci & declarari quasi in infinitum possint.

Cognita natura cuiusque subiecti per definitionem sibi competentem & supra traditam; poterit quisque perse ipsum omnia subiecta per principia & regulas deducere, eo modo quo supra factum est de Deo. Semper tamen obseruando quod modus loquendi in hoc & in alijs discursibus artis, non recedat a communi, omnium authorum sensu; multi enim licet optime & bene philosophentur per hæc principia & regulas de rebus, tamen quia per proprios terminos artis loquuntur sunt illis onerosi, qui ignorant huiusmodi terminos; quod maxime est vitandum, vsui enim, vt ait Quintilianus inferuendum est, in locutionibus & præcipue, cum his qui scholas frequerant, ad quorum normam & modum semper est loquendum, vt appareat, nullam esse contrarietatem, vt multi ignorant blaterant in ista doctrina, contra eam quæ in scholis addit-

addiscitur, sicut potuit per omnia quæ supradicta sunt videri; verum enim vero consonat. Et quia ars nostra est verissima, ex attributis Dei, ut supra diximus deriuata; ideo non potest esse contraria alicui scientiæ, aut doctrinæ.

bonæ, sed quamcumque talem iuuat maxime & auget; ut visum est in quæstionibus, iurisprudentiæ & medicibus supra aductis, quod amplius etiam videbitur in applicatione quæ post hanc partem sequitur.

Hic ponitur figura mobilis:
sex circularum.

Verum, ut generalè deductionem principiorum & subiectorum possis aduertere, secundum normam & methodum a sapientissimo authore nostro traditam, poteris figuram præsentem tibi præscribere, & per eam quodlibet subiectum tam positum in arte, quàm extra artem assumptum deducere. Quod ut melius facias observa figuram præsentem, sex contineri circularibus. Circulus minor, continet quæstiones & modos querendi. Secundus circulus, continet nouem principia absoluta. Tertius circulus nouem respectiua. Quartus circulus, nouem subiecta naturalia. Quintus circulus, nouem virtutes. Sextus circulus, nouem vitia, seu generalia subiecta vitiorum: Ut per hæc tamquam in mente posita & repræsentata, vnusquisque habeat veluti quædam motiua diuersa, per quæ diuersam possit quoque habere notitiam, de quolibet subiecto considerando. Quod ut facilius percipias exemplo quodam particulari volui demonstrare,

in quo, & in quolibet alio discursu, semper debes describere & proponere tibi ante oculos rem considerandam in centro circuli minoris, & in isto ponemus Ecclesiam, de qua erit sermo, & discursus tali modo; quod primo eius notam seu nomen declaretur. Secundo deducatur per regulas, quæ sunt in minori circulo, & ad quamlibet earum applicentur, primo principia absoluta; deinde respectiua. Tertio, quia quælibet res potest habere diuersam considerationem in ordine ad diuersa subiecta, erunt quoque eadem transcurrenda supra vnum modum querendi, & supra quamlibet speciem eiusdem. Et ita quarto loco subiecta naturalia applicabuntur. Quinto, virtutes. Et sexto fiet consideratio de re, in ordine ad vitia. Quæ methodus generalè aduertit in quolibet proposito normam, ad discurrendum de qualibet re, quàm semper in principio debemus subdiuidere, ut appareat de qua parte eius, determinate loquimur.

Dif-

Methodus Generalis, & admirabilis
Discursus per figuram supra po-
sitam de Ecclesia.

Incipientes igitur ab Ec-
 clesia, quæ non significat
 in presenti templum mate-
 riale, aut spirituale, sed vni-
 tatem vniuersalem & col-
 lectionem fidelium, debe-
 mus per regulam vtrū de-
 monstrare ipsam existere,
 quod fiet applicādo in ea-
 dem regula omnia quæ cō-
 tinentur in circulis (forma-
 litates quoque aliarum re-
 gularū, quando opportue-
 rit) & probando hoc modo
 per principia dicemus Ec-
 clesiam existere, quia Deus
 bonus non derelinqueret
 mundum sine tanto bono,
 quod quia dirigit homines
 debet secundum suam bo-
 nitatē illud amare, ac pro-
 inde velle existere. Et quia
 ipse magnus est & infini-
 tus, magnitudinem sui vult
 representari in aliqua vni-
 tate pura & perfecta ani-
 morum, qualis est illa quæ
 est in Ecclesia, quod indi-
 cant verba illa Christi Do-
 mini, vt sint vnum, quem
 admodum nos vnū sumus.
 Tum etiam quia qui in prin-

Bonitas.

*Magni-
tudo.*

cipio mundi in lege natu-
 rali, voluit Ecclesiam esse,
 & in lege scripta eam con-
 seruauit in Sinagoga; valet
 quoque in Lege noua eā-
 dem conseruare; ob quam
 causam dixit Christus Do-
 minus, (Mathei vltimo)
 Ego vobiscum sum, vsque
 ad consumationem seculi.
 Tum quoque quia potestas
 ipsius Dei exigit secundum
 sui perfectionē, præter do-
 minium generale quod ha-
 bet supra omnia, habere
 speciale peculium & oues
 proprias, sicut sēper a prin-
 cipio mundi habuit. Sapiē-
 tia quoque Dei requirit,
 & exigit, vt sit aliqua Ie-
 rarchia & Principatus ta-
 liter ordinatus, qui de-
 bite ad eundem Deum re-
 ferat suas actiones & eum
 tanquam Dominū verum
 colat, quod nō esset si deffi-
 ceret Ecclesia. Deessetq; di-
 lectio maxima & reciproca
 quæ debet esse inter Deū &
 homines. Virtutes quoque
 quas Deus seminat & impri-
 mit animab⁹ nostris, nō pos-
 sent

Duratio

Potestas

Sapiētia

Volūtas

Virtutis

Veritas. sent radicari in nobis, si nō
 vniremur ei tali vnitatem Ec-
 clesia, quæ firma & vera in
 fide cōseruat veritatē purā
 verę religionis à principio
 vsq; ad finē; vt Dei gloria &
 honor cōseruetur in homi-
 nibus & per tales existen-
 tes in Ecclesia requiescat
 nat ura humana in Deo.

Gloria.

*Differen-
tia.*

*Concor-
dantia.*

*Contra-
rietas.*

*Princi-
pium.*

Mediū.

Secundum modum, quo
 probatū est in regula vtrū
 Ecclesiam existere per for-
 malitates principiorum ab
 solutorum, quæ sunt in se-
 cundo circulo, ascēdendo,
 ita quoque per tertiuū circu-
 lū, in quo continentur prin-
 cipia relatiua, probāda est
 fumarie eadem veritas. Di-
 cendo Ecclesiam existere,
 vt conseruetur differentia
 inter bonos & malos, quæ
 semper fuit in mundo, &
 vt vniatur mundus iste infe-
 rior cum suo, authore; tum
 etiam vt sint milites & ser-
 uii Dei pro eius honore glo-
 riaq; pugnantes in defecti-
 biliter; reperianturque ve-
 re subditi homines qui in
 obsequio Dei & eius vero
 famulatu degant. Tum etiā
 vt sicut ipsemet Dominus
 media nobis dedit Sacra-

mēta ad salutē, administretur
 illa ad maiorē cumulū
 meritorū, & gloriā autho-
 ris nostri. Qui cum sit finis
 omniū, influit tāquā caput
 virtutē suā cōmunitati ho-
 minū & naturæ humanæ; ta-
 lisq; influxus deesset si def-
 ficeret Ecclesia, quæ illū so-
 la recipit, nec in mūdo repe-
 rireretur maior similitudo cū
 Deo, quæ fit per gratiā præ-
 ter illā naturalē quā habet
 in vnitatem suā. Natura quoq;
 humana non posset equari
 Angelis in obsequio Dei,
 essetque tota inuoluta in
 peccato, & ideo minor ani-
 malibus irrationalibus.

Finis.

Maioriē

*equali-
tas.*

*Mino-
ritas.*

Præcedētes & immediatę ra-
 tiones, factæ fuerūt per se-
 cūduū circulū principiorum
 respectiuorū; per tertiuū ve-
 ro vbi sunt naturalia subie-
 cta, discurrendo dicemus,
 Ecclesiā existere vt sit vnus
 populus proprius Dei, per
 gratiā & sanctitatē ab ipso
 Deo tributam. Item vt si-
 cut in Angelis reperitur
 Principatus & in eis inue-
 niuntur, diuersi ordines qui
 Dei maiestatem & sapien-
 tiam representant, quod
 dicitur cœlestis Ierarchia,

Deus.

Angeli

ita quoque in mundo inferiori visibili reperiantur Principatus hominū & diuersi ordines, in verū Deū ordinari & inclinari. Qui cū sit tamquam cœlum influēs in animas gratiam & virtutes, esset eius influxus inutilis, & superuacaneus, si nō esset Ecclesia pura & sancta, quæ eos reciperet, qualis est congregatio hominum in vnitate veræ fidei: per quam ipsi excogitant & in imaginatiua imaginantur diuersa media & operationes, ad Dei honorem cuncta referendo. Qui cum incorporeus sit & inuisibilis, quædam spirituales imprimat sui sensationes in iustis: per quas ipsi sentiunt de Deo in bonitate, in magnitudine, in duratione, in potestate, in sapientia, in voluntate, virtute, veritate & gloria, per quas ipsi conseruantur in obsequio Dei. Qui per gratiā suam, præter vitam naturalem & vegetationem quam dedit hominibus, concedit & tribuit supernaturalem, vt cum eouiuant, quod nō fieret si non esset Ecclesia & vnitas.

*Cœlum.**Imaginatiua.**Sensitiua.**Vegetatiua.*

fideliū sancta & pura in mundo. In quo sicut reperitur naturaliter quatuor elementa ex quibus componuntur, & fiunt omnia mixta: ita quoque in Ecclesia reperuntur quatuor virtutes Cardinales, quatuor quoque Euāgelia quæ sunt veluti primaria principia sanctarum operationū, & instrumenta cū quibus homines possunt operari suā salutem, si adsint cætera alia adiumenta.

Quæ admodū factus fuit discursus de Ecclesia in regula vtrū, per naturalia subiecta, quæ sunt in quarto circulo, poterit quoque de eadē per virtutes quæ sunt in quinto circulo fieri, & eadē existere in mundo probabimus; quod primū representat nobis iustitia, quæ licet vt commutatiua hic non consideretur, vt distributiua tamen ostendit, quod si non esset Ecclesia, non esset cui distribueretur præmium æternū; nec esset prudentia illa & scientia antiqua, qua Patriarchæ & antiqui sancti Deū colebant, secundum quam ipsi accepti

*Elementatiua.**Instrumentatiua.**Iustitia.**Prudentia.**Fortitudo.**Temperantia.**Spes.**Patentia.**Pietas.**Auarietas.**Gala.*

accepti fuerunt Deo; defficeret quoque fortitudo & constantia martyram; & esset communis vita intemperata, & sine debita temperantia involucribus corporeis; fides quoque esset minus acceptabilis, nec ita homines possent dirigi recte in Deum; & spes eorū esset innanis; vnde charitas in proximum & in Deum non appareret; nullaque patientia vera inueniretur; & homines impij, & sine pietate vitam degerent.

In vltimo circulo fit discursus in eadē regula vtrū, procedendo per nouē subiecta moralia vitiosa, probando per eam Ecclesiam existere. Quia cum Deus nullomodo sit auarus, nec bona sua sibi ipsi retineat, immo liberaliter ea alijs distribuat & concedat, deducitur ex naturali eius bonitate dispositurū esse animas tali modo vt vniantur sub suo proprio capite & sine, in quo consistit esse Ecclesiæ. Tū etiam quia sicut regula separauit homines à Deo in principio mūdi, oportuit vt eius bonitas eos

dem per temperantiam ad se vnitos reduceret. Et qui per delectationes corporeas, seu luxuriam (largo modo) seiuncti sunt a suo principio, & causa, per delectationes animæ, quas in Ecclesia sentiūt iusti elicerentur & traherentur ad Deum; qui cum maxime odiat superbiam, per quam impij se ipsos tamquam finem vltimum respiciunt & voluit per humilitatem verā, qualis est in Ecclesia coli & adorari, necessario debuit, esse Ecclesia; quæ illa cēsetur esse, quæ abhorret accidiam & tristitiam in bene operādo secundum animā & corpus, & cohibet prohi betque inuidiam, & discordiā inter ipsos fideles, & præcipit charitatem, per quam Deus & proximus diliguntur. Et cū lōge à Deo absint ira, mēdaciū, & incōstantia nō potest Ecclesia esse inter iratos & diuisos à corpore Christi, & vnitatem fideliū, nec inter hereticos separatos verū haberisensū fidei: sed vbi est vnitas sine diuisione fidei, & separatione à vero corpore Christi, & firmitas

*Luxuria.**Superbia.**Inuidia.**Ira. Mendacium. Inconstantia.**Z mitas*

mitasin proposito antiquo & traditionibus ab Aposto-
lis vsq; ad nos, successu tēpo-
rū deductis, quę necesse est
secūdū Dei bonitatē & li-
berū eius influxū in mūdo
esse, ac perinde Ecclesiā vt
probarum est existere.

Vt sumatim solum
tangendo capita probatio-
nis aduertimus in regula
vtrum, Ecclesiam existere,
procedendo per considera-
tionem sex circularum su-
pra positorum in figura: ita
quoq; in quadruplici eiuf-
dem regulę materia, neces-
se, impossibile, contingens
& possibile; possemus per
eosdem circulos iterū pro-
gredi, & totidem mediā ad
probandum Ecclesiam exi-
stere adducere, quę modo
ob breuitatē non licet in-
nuere. Solum affirmamus
quod si prædictus discursus
factus fuisset, cum distinctis
rationibus, vt decebat, pro-
longaretur maxime, ita vt

multi libri possent impleri,
quod idē apparebit in regu-
la quid, subquadruplici spe-
cie, in quarum vnaquaq; tra-
derentur per modū figurę,
totidē diffinitiones Eccle-
się, quot deduximus mediā;
in regula itē de quo agere-
tur eodē ordine de primiti-
uitate & origine Ecclesię;
in regula quare, de formalit-
ate & fine; in regula quan-
tū, de quantitate continua
& discreta; in regula quale,
de qualitatibus & cōditio-
nibus verę Ecclesię; in regu-
la quādo, de duratione Ec-
clesię a principio mūdi vsq;
in finē; in regula vbi, de lo-
cis, vbi est vera Ecclesia; in
regula quomodo, de modo
gubernationis, & existētię
Ecclesię; & in regulacū quo,
de instrumētis, ministris, &
medijs quibus conseruatur
Ecclesia; quę omnia tāquā
clara & facilia omittimus,
vt ad explicandam decimam
artis partem accedamus.

CAP. QVADRAGESIMVM SECVNDVM,
in quo traditur generalis doctrina de applicatione faciē-
da intra & extra artē in quolibet proposito, & in quas par-
tes ea quę sit intra artē diuidatur, cui etiā multa sinono

ma

ma seu potius adiuncta ad facilius applicandum nimis con-
ducentia & contraria eisdem per ordinem principiorum
absolutorum & respectiuorum recensentur.

TEXTVS.

De decima parte, quę est de applicatione.

Applicatio diuiditur in tres partes. Prima est quando appli-
catur implicitū ad explicitū. Secūda est quādo applicatur
abstractū ad cōcretū. Tertia est, quādo applicatur quęstio ad lo-
ca huius artis, & primo de prima parte sic dicimus. Si termini
quęstionis sint impliciti applicētur ad terminos huius artis ex-
plicitos. Sicut quādo queritur vtrū De^o sit aut vtrū Angeli sint
& sic de alijs, applicētur ad bonitatē magnitudinē, &c. videlicet
vtrū sit bonū magnū, &c. esse Deū, & esse Angelū. De secūda par-
te sic dicēdū est. si termini quęstionis sint abstracti, applicentur
ad suos terminos cōcretos, sicut bonitas ad bonū, magnitudo ad
magnū, color ad coloratū, & sic de alijs, & videatur per quē mo-
dū se habēt terminus abstractus, & terminus cōcretus, discurre-
do per principia & regulas. Tertia pars quę est de applicatione
ad loca diuiditur in tredecim partes, quę sunt hę; videlicet
prima figura, secunda figura, tertia figura, quarta figu-
ra, diffinitiones, regulę, tabula, euacuatio tertię figurę, mul-
tiplicatio quartę figurę. Mixtio principiorum & regularum,
& nouem subiecta, centum formę & quęstiones. In istis partibus
prenominatis applicentur materię quęstionum secūdū quod
eis cōpetit, nā si materia quęstionis cōpetit primę figurę: ipsa ap-
plicetur ad primā figurā; & solutio quęstionis hauriatur a tex-
tu ipsius figurę tali modo affirmando, aut negando, quod textus
remaneat illęsus, & sicut diximus de prima figura ita potest di-
ci de alijs partibus suo modo. Et hęc de applicatione sufficiāt cau-
sa breuitatis, & si intellect^o artistę deficit in applicādo terminos
recurrat ad artē magnā. nā in ea debis largius pertractatur.

EXPOSITIO TEXTVS.

Applicatio in arte dicitur accommodatio omnium eorum, quæ sub qualibet litera in ea continentur. Cumque reperiantur sex in vnaquaque earum, scilicet vnum principium absolutum; aliud respectuum vnus modus quærendi; vnum subiectum naturale, aliud morale virtuosum, & alterum vitiosum, istorum & aliorum & quæ implicite sunt sub illis, est faciendâ applicatio & reductio, tam in arte, quam extra artem.

Ea enim quæ in alijs artibus & scientijs docentur, ad hanc per methodum istam reducuntur, sic erit generaliter duplex applicatio, alia eorum quæ sunt intra artem; alia eorum quæ in alijs artibus & scientijs continentur. Author autem præcipue prosequitur applicationem eorum, quæ sunt in arte, quia ad eius propositum expectat. Hoc poterit quilibet facere in sua professione, in theologia, in re, medicina, & alijs scientijs secundum normam & modum hic præscriptum, & per quæstiones in omnibus locis artis demonstratum (quod longum

modo esset recensere) sat sit hoc innuisse, ut vnusquisque secundum modum hic traditum, possit in propria facultate experiri.

Ea autem applicatio quæ est propria istius artis, diuiditur generaliter in quindecim partes, secundum procesum artis magnæ, qui coincidit cum methodo quæ seruat author in arte parua. Prima pars est per implicitum & explicitum; secunda pars est per abstractum & concretum; tertia pars est per primam figuram; quarta est per secundam figuram; quinta est per tertiam figuram; sexta est per quartam figuram; septima est per diffinitiones; octaua est per regulas; nona est per tabulam; decima est per euacuationem tertiæ figuræ; vndecima est per multiplicationem quartæ figuræ; duodecima est per mixtionem principiorum; tertiadecima est per nouem subiecta; quartadecima per centum formas; quinta decima per quæstiones.

Ad horum autem omnium reductionem quia maior difficultas reperitur in principijs, quæ in alijs

alijs quæ in arte continentur, oportet diuersa sinonoma principiorum annotare; quæ deseruiunt eo ut magis ars diffimuletur & iuuetur intellectus magis, ad faciendam reductionem eorum quæ in arte & extra artem sunt. Quæ sinonoma, seu potius cognata & adiuncta, eundem habebunt ordinem quæ principia ipsa seruant, ideoque a bonitate incipiemus.

Bonitas.

Bonitatem sequuntur, acceptabile, accommodum, actio, æquum, iustum, benemeritum, benignum, communicatio, liberalitas, commodatum, concessum, congruum, constructio, fortificatio, debitum, desiderabile, Dei dona & facta, digna, dignitas, diffusio, deriuatio, esse, honestum, honestas, decus, nobilitas, clarum, perfectio, pulchrum, vtile, lucrum.

Contraria bonitati.

Repudiandum, incommodum, malitia, ocium, iniquum, malignum, immite, maleficum, maledictio, damnum, incongruum, inconueniens, destructio, sterile, indebitum,

fugiendum, opera contra mandata Dei, indignum, iniquitas, non esse, ingratum, inhonestum, dedecus, obliuio, ignobile, rusticitas, rude, desidia, imperfectio, turpe, deforme, iactura, inutile.

Magnitudo.

Magnitudinem sequuntur abundantia, amplitudo, adiunctio, auctio, capacitas, comprehensio, continentia, communitio, copia, maiestas, diuitiæ, excellentia, egregium, extensio, essentia, exuperantia, fecunditas, fertilitas, immensitas, infinitas, inflatio, rumor, insigne, sublime, sufficientia, vehementia.

Contraria magnitudini.

Penuria, angustia, diminutio, detractio, incapacitas, inopia, priuatio, status, paupertas, infimum, restrictio, nihil, defectus, infecunditas, sterilitas, mensurabilitas, apprehensibilitas, finitum, depressio, remissio.

Duratio.

Durationem, sequuntur, æternitas, æternitas, temporalitas, ætas, antiquitas, constantia, consistentia, durities,

existencia, firmitudo, immortalitas, indisolubilitas, nunc, præteritum, futurum, perpetuum, permanens, per seueras præfens, stabilitas, sanitas, seculum, iustrum, indictio, annus, menses, septimana, dies, hora, minuta.

Contraria durationi.

Mors, recens, nouum, inconstantia, mobilitas, mollities, infirmitas, debilitas, disolubilitas, mortalitas, transitus, fluxibilitas, mutatio, instabilitas, morbus, momentum.

Potestas.

Potestatem sequuntur, auctoritas, dignitas, diuitiæ, dominatio, facultas, idoneum, iurisditio, libertas, magistratus, præceptum, principatus, paternitas, robur, ius, violentia, coactio, arma.

Contraria potestati.

Debilitas, obedientia, timor, non idoneum, sine iurisdictione, seruitus, priuatus, famulatus, subiectio, impotentia, infirmitas sine auctoritate, & subcumbere, impedimentum, inefficax, prohibitum,

Sapientia.

Sapientiam sequuntur, ars, artificiosum, certitudo, coniectura, prudentia, consilium, prouidentia, distinctio, doctrina, experientia, fides, præceptorica, licenciatura, baccalaureatus, doctoratus, industria, intelligentia, peritia, lex, opinio, ordo, prædestinatio, prenotio, præsentia, pronosticatio, ratio, regula, sagacitas, scientia.

Contraria sapientiæ.

Temeritas, inartificiositas, inconsuetum, confusio, incognitum, ignorantia, inexperientia, improuidetia, dubitatio sine industria, error hæresis, inordinatio, imperitia, imprudentia, irrationale, irregulare, stultitia, insipientia, obliuio.

Voluntas.

Voluntatem sequuntur, amor, amicitia, beneuolentia, concupiscentia, consuetudo, cupiditas, desiderium, gaudiu, libertas, liberu arbitriu, licentia, permissio, iucunditas, amabilitas, suauitas.

Contraria voluntati.

Inimicitia, timor, pavor, maleuolentia,

leuolentia, disuuetudo, nullum, desiderium, tristitia, coactio, prohibitio, inuoluntarium, violentia.

Virtus.

Virtutem sequuntur, origo, emanatio, perennitas, fontalitas, principiu operationis, fecunditas, pulullatio, fertilitas, habitus, manifestatio, rituum, sacramentum, gratia.

Contraria virtuti.

Independentia, innascibilitas, defectus, fluxus, debilitas, sterilitas, infecunditas, dispositio, obscuratio, detentio, vitium, peccatum.

Veritas.

Veritatem sequuntur, adæquatio, approbatio, auctoratio, animaduersio, confirmatio, probatio, instrumeta, registrum.

Contraria veritati.

Ambitio, arrogatia, calumnia, cotingens, futurum, dolus, deceptio, error, fabula, falsitas, fictio, hipochresis.

Gloria.

Gloriam sequuntur, ambitio, arrogatia, beatitudo, celebritas, Deus, fama, felicitas, gaudiu, honor, laus maiestas,

stas, nobilitas, ornamentum, pulchritudo, remuneratio, splendor, triumphus, victoria.

Contraria gloriæ.

Infelicitas, obscuritas, dedecus, priuatio vitæ, infamia, damnatio, obliuio, tristitia, inhonoratio, miseria, contumeliositas, vituperium tenebræ, insufficietia, opprobrium.

Differentia.

Differentiam sequuntur, aliud, alteru, discretio, disparitas, distinctio, dissimilitudo, disproportionio, discordia, distantia, diuersitas, diuisio, inæqualitas, longinquitas, multiplex, multiplicatio.

Contraria differentia.

Identitas, confusum, indiscretum, impartibile, continuum, simile, proportionatum, concors, propinquitas, vnitas.

Concordantia.

Concordantiam sequuntur, amicitia, æqualitas, cõiunctio, copula, conuenientia, contractus, consensus, societas, consonantia, continuitas, harmonia, identitas, paritas, proportio, similitudo, vnitas, conformitas.

Contraria concor- dantiæ.

Inimicitia, inæqualitas, bellum, disunctio, rixa, contentio, disconuenientia, dissensio, chisma, disproportionio, dissimilitudo, impar, diuisio, discordia.

Contrarietas.

Contrarietate sequuntur, abrogatio, accusatio, emulatio, contentio, bellum, contradictio, cōtrouersia, corruptio, derogatio, demolitio, destructio, disunctum, dissensus, diuortium, inimicitia, iniuria, iurgium, lis, negatio, oppositio, repudium, repugnantia, resistentia, pugna, pertinacia, priuatio, odium, cœlotipia, discors animus.

Cōtraria cōtrarietati.

Confirmatio, benignitas, pax, cōsensus, incorruptibilitas, reparatio, coniunctū, societas, mansuetudo, conformitas, affirmatio, attractio.

Principium.

Principiū sequuntur, agēs, antecedens, autoritas, causa, coactio, electio, genus, generatio, impræfio, influxus,

egresus, initium, origo, præcedentia, prioritas, productio.

Contraria principio.

Posterioritas, impotens, consequēs, demissio, effectus, intrusio, indiuiduatio, infœcunditas.

Medium.

Medium sequitur, equū, equale, coniunctio, cōprehensio, constructio, instrumentum, mediocritas, mensura, pecunia.

Contraria medio.

Iniquitas, inæqualitas, disunctio, diffusio, destructio, inartificiale, excessus.

Finis.

Finem sequuntur, consummatio, consumptio, corruptio, effectus, euentus, exitus, ius, regulatio, virilitas, robur, terminatio, perfectio, priuatio.

Contraria fini.

Defficiens, impotens ad agendum, debilitas, irregularitas, infirmitas, mollities vitium.

Maioritas.

Maioritatem sequuntur, sublimitas, superioritas,

tas, eminentia, transcendētia, excellentia, dominium, vniuersalitas, Regnum, Imperium, sufficientia, magnificentia, gradus comparatiuus, gradus superlatiuus.

Contraria maioritati.

Inferioritas, subiectio, indiuiduitas, depræfio, obedientia, captiuitas, insufficientia, paruificētia, gradus positiuus

Æqualitas.

Æqualitatem sequuntur, æquitas, iustitia, proportio, paritas, commensuratio, mensura, numerus, conformitas, concordia, similitudo, imitatio, exemplar, identitas, imago.

Contraria æqualitati.

Iniquitas, iniustitia, dispositio, incommensuratio, dis-

formitas, non imitatio.

Minoritas.

Minoritatem sequuntur, infimum, inferius, paruitas, indigentia, paupertas, pauper, seruitus, inopia, miseria, defectus, fragilitas, infirmitas, obligatio, imperfectum, insufficientia, humilitas, subditum, obedientia, gradus positiuus, priuatio, corruptio, anihilatio.

Contraria minoritati.

Supremum, excelsum, diuinitas, regnum, felicitas, libertas, perfectum, sufficiens, prælia, imperium, incorruptio. Quæ dicta sint de generali parte applicationis, vt ad specialem quæ fit per locos artis descendamus.

CAPVT QVADRAGESIMVM TERTIVM,
in quo annotantur tredecim modi particulares applicandi ad singulare propositum desumpti ex Arte Magna, ad applicationem & ampliorem manifestationem eorundem locorum quæ in arte breui traduntur, vt magis cuiusque loci applicatio percipiatur.

Hęc omnia nomina, seu potius adiuncta principiorū quæ superiori capite traduntur, eo fine hic apponuntur,

vt artifex huius artis admonitus per hæc, sciat alia quæ sunt extra artem, ad artem reducere: nec ideo ponuntur vt in no-

minibus simpliciter consistat eius consideratio, sed ut per nomina ad significata principiorum recurrat, quia ut diximus ars nostra philosophatur ex natura rei, sumendo notitiam a rebus ipsis, & sic applicatio propria istius partis, nihil aliud est, quã principiorum generalium, & realium, ad res particulares accommodatio, ut indiuidua per generalia cognoscantur. Quod ut possit

De applicatione per implicitum, & explicitum, ex Arte Magna.

Applicatio que fit per implicitum, & explicitum, fiat sic: videlicet quod recipiatur termini qui sunt in questione, ut si queratur: Vtrum Deus sit. In questione ista, per vtrum, est applicata B. & in B. est applicata bonitas, & differentia; & sic artista debet se iuuare, cum istis terminis, qui sunt sub B. & si vult se amplius adiuuare: applicet alios terminos, implicitos in ipsa questione: qui sunt applicati in arte. Sic sunt magnitudo, & eternitas, &c. quonia si Deus est: est quidem per infinitam, magnitudinem; eternitatem; & si non sunt infinita magnitudo, eter-

feri in omnibus casibus oportet, ut per partes signatas applicationis, in arte, eo ordine quo posita sunt procedamus, tenendo modum quem author in Arte Magna aduertit, quem vsque ad centum formas, secundum textualem explicationem apponemus, ut modus & artificium applicandi ad omnes questiones intra, & extra artem, facilius deprehendatur. Ex eodem authore.

nitias, &c. sequitur quod Deus non est. Et sic habebit cameram B C D. deinde discurret per istos terminos, ad probandum Deum esse, vel ad improbandum: sicut tres termini sunt diuersi per principia & regulas. Si vero in questione sunt duo termini expliciti, ut si queratur vtrum Deus sit eternus: recurratur ad alium terminum explicatum in ipsa questione; videlicet ad potestatem, &c. nam si est eternus, potest esse eternus, & si non est: non potest quidem esse eternus. Vterius, si tres termini sunt in questione explicati, sicut querere: Vtrum sit bonum quod Deus sit

fit in tantum infinitus, per suam magnitudinem, sicut per suam eternitatem, & sic habetur camera B C D. & in B. est implicita bonitas, differentia, & vtrum, & in C. magnitudo, concordantia, & quid est, & in D. eternitas, contrarieras, & de quo est. In istis quidem terminis sunt implicitæ definitiones & species regularum, & sic tota camera applicatur ad propositum, videlicet ad conclusionem. Et sicut exemplificauimus in predictis: ita potest exemplificari in alijs. Vterius si queratur vtrum sit Deus magis actu, per suum intellectum quam

per suam eternitatem; applicetur magis ad maioritatem, sicut minus ad minoritatem; minus enim est de genere minoritatis; maius autem de genere maioritatis. Et si queratur: vtrum Deus sit ita potens, per suam potestatem, sicut per suam voluntatem; recurratur ad æqualitatem: in qua comparatio est implicita, sicut maius in maioritate, & minus in minoritate. Et si queratur, vtrum Deus sit iustus; recurratur ad virtutem, iustus quidem est de genere virtutis: & recurratur ad bonitatem, cum sit bonum quod Deus sit iustus, & sic de alijs suo modo.

De applicatione per abstractum & concretum. Ex arte Magna.

Ista applicatio quatuor modis est dicenda. Primus modus est, quando termini in questione positi habent abstractionem substantialem; sicut sunt terminus abstractus, & concretus, scilicet igneitas, & ignis; igneitas quidem est essentia substantialis; ignis autem est terminus concretus substantialis. Secundus est quando abstractum est accidentale, & suum concretum est substantia;

sicut quãtitas, & quantum; quantum vero dico in quantum est habitus, & sic est accidentale. Tertius est quando abstractum est substantia, & concretum est accidens, sicut igneitas, & calidum; calidum enim dico, in quantum est habitus, quia sic est accidens. Quartus est, quando abstractum est accidens & suum concretum est substantia; sicut albedo & al-

& album; dico album sub ratione corporis, de albedine habituati & sic est substantia & non accidens. Omnes enim isti quatuor modi sunt impli-

cati in terminis quæstionis, & e contrario, & sic debent applicari in conclusione, ut intellectus non decipiatur per variationem medij.

De applicatione per primam figuram ex Arte Magna.

Secundum quod dictum est, fiat affirmando, vel negando, videlicet circulariter per conversionem subiecti & prædicati, sicut bonitas magna, magnitudo bona, &c. & si non cõuertatur fiat negatio,

sicut æternitas, magnitudo, &c. nam aliqua magnitudo, non est æternitas, & e contrario, nec aliqua bonitas est magna, eo quia aliqua bonitas est parua, & sic de alijs suo modo.

De applicatione per secundam figuram, ex Arte Magna.

Applicatio per modum secundæ figuræ fit per ipsos triangulos, & per scalas positas super angulos; in quibus scalis est implicatum principium generalissimum, & principium subalternatum. Principium generalissimum sicut differentia, non habens aliquid supra se. Principium specialissimum, sicut differentia existens inter istam plantam & illam, subalternum vero, sicut differentia existens inter sensuale & sensuale, &c. Et etiam in ista scala est implicatus ascen-

sus & descensus intellectus & extra ipsas scalas ascensus & descensus intellectus nequaquam potest esse implicatus, Dicimus tam quod termini secundæ figuræ, sunt explicabiles, secundum quod in ipsa figura iacent; secundum quod de ipsa diximus. Ulterius dicimus quod secunda figura est applicabilis ad primam, sicut ponere differentiam inter bonitatem, & bonitatem, &c. ut ponere concordantiam inter bonitatem & bonitatem, &c. ut figuratum est in tertia figura.

De

De applicatione per tertiam figuram, ex Arte Magna.

Applicatio quæstionis ad tertiam figuram fiat sic, videlicet si materia quæstionis est de B. applicet C. ad B. & si non sufficiat in C. ad B. applicet D. ad B. & sic deinceps usque ad cameram BK. & respiciat significata literarum, seu camerarum affirmando, aut

negando, taliter quod literæ remaneant cum suis conditionibus, & suis significatis. Veruntamen si materia quæstionis competit C. applicentur aliæ literæ ad C. sicut diximus de B. ita potest dici de D. E. &c. & talis applicatio est infallibilis & valde generalis.

De applicatione per quartam figuram, ex Arte Magna.

Applicatio quartæ figuræ fit sic, videlicet si materia quæstionis competit cameræ B C D. applicetur ad ipsam cameram, & si materia competit B C. cum E. & non cum D. voluatur circulus minor & ponatur E. sub C. & fiat camera B C E. & reci-

piantur significata literarum cum quibus solvatur quæstio, Et sicut diximus de istis: ita potest dici de alijs, & ista applicatio est magis generalis quam illa de tertia figura, eo quia camera est de tribus literis & in tanto est generalis, quod omnes cameras tabulæ cõtinet in se.

De applicatione per diffinitiones, ex Arte Magna.

Secundum modum huius artis Artista diffinire debet terminos qui sunt in quæstione; siue sint in quæstione; siue sint impliciti, siue expliciti; sicut si queratur, utrum Deus sit infi-

nitus, & tunc respondens diffinire debet Deum & infinitatem dicendo sic; Deus est ens sic perfectum, quod extra se non indiget aliquo alio; & infinitas est ens cui proprie cõpetunt

perunt infinita correlatiua, sine quibus minime potest esse. Vterius sicut dicitur bonitas est ens ratione cuius bonus agit bonū: sic potest dici quod magnitudo est ens ratione cuius magnus agit magnum, & sic de alijs suo modo. Vterius terminus positus in quaestione, potest multipliciter diffiniri, discurrendo per species regularū sicut homo, & primo per speciem regulā. C. sic homo est animal rationale, & hoc per primā speciem; per secundā vero speciem, homo est animal habēs sua propria correlatiua, scilicet homificantem, homificabilem, & homificare, sicut ignis qui habet in se ignificatum, ignificabile & ignificare; & per tertiam speciem homo est substantia, in mechanicis agens sicut in scriptura scribens, & in equo equitans, & huiusmodi. Per quartam speciem eiusdem regulā, homo est ens habens maiorem passionem, in brutis & in plantis. Per primam speciem regulā D. homo est ens primitiuū, in nobilitate, sensitiuitate, sensibilibus. Per secundam speciem, homo est ens constitutum ex anima & corpo-

re. Per tertiam speciem homo est ens cui proprie sunt subdita bruta, & plantæ & huiusmodi. Per primam speciem regulā E. homo est substantia per suam humanitatem. Per secundam speciem: homo est creatus ad seruiendum Deo, cum vegetatis & sensitiuis. Per regulam F. homo est ens quantum & continuatum, per suam elementatiuam, vegetatiuā, sensitiuā & imaginatiuā, & rationatiuā ex quibus est, & iste quinque potentia sunt ei partes discretæ, quia sunt differentes. Per regulam G. homo est ens cui proprie competit homificare, & est ens risibile, & est ens scribens & equitans & huiusmodi. Per regulam H. homo est ens in tempore intelligens, legens, &c. per regulam I. homo est ens in vinea fodiens & in Ecclesia Deū rogans. Per regulā modalitatis, homo est ens habēs modū mechanizandi, & generandi aliū hominem. Per regulā instrumentalitatis, homo est substantia generans cum muliere aliū hominē, & cū martello est ens agens clauum & huiusmodi. Et sicut dedimus exemplum de homine, ita potest

est dici de alijs suo modo. Et in isto passu data est doctrina, per quē modum homo sciat facere diffinitiones, diuersimode, de vna & eadē re, ipsa

cognita per varias diffinitiones quæ primo ignota erat, & ideo artista debet diffinire taliter: quod diffinitiones remaneant illæ.

De applicatione ad regulas, Ex arte Magna.

Quando queritur de aliquo dubio, debet artista applicare illud dubium ad regulas successiue; nā sicut chrysolus posita in colore rubeo, se habituat de ipso, & etiam si ponatur in viridi se habituat de ipso & de alijs, sic quando discurretur ignotum per regulas, & species regularum, tunc ignotum est coloratum siue declaratum, per species regularum in quibus est posatum subiectiue, & obiectiue, & tunc intellectus cognoscit per species regularū illud, quod erat prius ignotum. Et sicut dedimus exemplum de homine diffinito per regulas; sic ratione maioris declarationis volumus exemplificare de natura per regulas deducta. Per primam speciem regulā C. dicimus: quod natura est essentia in suo naturali concreto sustentata & mota, per actum

naturalem, in quo actu est in quiete. Per secundam speciem est essentia, habens naturalia correlatiua, videlicet naturalium, naturabile & naturabile, sine quibus esse non potest. Per tertiam speciem, natura est in subiecto, in quo est actiua, & passibilis cum naturare. Per quartam speciem natura habet in subiecto in quo est actionem, & passionem & actum; & hoc per agentem naturalem & naturalem formam, materiam, & finem, & cum naturalibus instrumentis. Per speciem primam regulā D. natura est essentia primitiua. Per secundam speciem est de suis correlatis ascendendo ad essentiam, & suum concretum est de ipsis descendendo & contrahendo. Per tertiam speciem eiusdem regulā, natura est subiecti in quo est, eo quia de ipso naturaliter agit. Per primam

primam speciem regulę E. natura est quia est ens continens in se sua correlatiua, ex quibus est; per secundam speciem, natura est vt ab ea entia habeat existentiam & agentiam naturaliter. Per regulam F. natura est essentia habens continuam quantitatem & indiuisibilem, & sua concreta sunt ei quantitates discretę. Per regulam G. natura habet proprias actiones & passiones, sicut natura ignis per calefactionem, appropriatas vero habet, sicut aqua calefacit, quę habet calefactiuum, calefactibile, & calefacere. Et in isto passu cognoscit intellectus, natura vnde venit. Per regulam H. cognoscit intellectus, quod natura est in tempore continue & successiue; cōtinue quidem per quantitatem continuam, successiue autem per quantitates discretas: in quibus est natura in tempore. Per regulam I. natura est in loco sicut contentum in suo continente, & agens in agibili: & est in subiecto in

De applicatione per tabulā. ex Arte Magna,

Applicatio tabulę est; quod termini questionū applicentur ad ipsam tabulā,

quo est sustentata & mota: Per regulam modalitatis, natura habet modum miscendi generandi, & corrūpēdi, & huiusmodi. Per regulā instrumentalitatis, natura est cū suis instrumentis: sicut substantia cum suis accidentibus, & mechanicus cum suis instrumentis, & sic de alijs. Sicut natura discursiua est per species regularum, est quidem cognita per intellectum, eo quia species signant ei id quod natura est, per existentiam & agentiam. Et sicut diximus de natura: ita potest dici de alijs & etiam de cognitis, secundum illud quod sunt. De miraculo vero, non potest sic dici, cum sit supra naturam & sic discurrendo miraculum per regulas, cognoscit intellectus miraculum, per suum contrarium, eo quia miraculum intrat species regularum per contrarium modum: per quę nō intrat natura, & in isto passu cognoscit intellectus, quomodo vnam contrarium cognoscitur per aliud cū regulis.

nam si termini questionis cōueniant primę columnę scilicet B C D. quę est prima columna,

lumna, sicut si quęratur; vtrū esset bonum magnum quod mundus esset ab æterno? aut si quęratur vtrum sit actus infinitus? posito quod bonitas sit ratio bono quod agat bonum, & quod magnitudo sit ratio illius actus: quod sit magnus, & quod æternitas facit durare illum actum ab æterno & in æternū, oportet quidem dare actum infinitum. Vterius si termini questionis comperant secundę columnę; sicut si quęratur magnitudo bonitatis, potestatis quare est? & respondeatur, quod per correlatiua bonitatis, magnitudinis & potestatis, & sic de alijs suo modo. Amplius quęlibet columna est applicabilis ad aliam, sicut columna secunda, quę est applicabilis cum prima & cum tertia, eo quia continet de prima B C. & de tertia similiter, & sic de alijs cum sint concatenatę adinuicem. Et in isto passu cognoscit intellectus quod omnes columnę possunt applicari ad eandem conclusionem, & sic cognoscit se valde generalis. Itē quando quęritur: vtrum mundus sit æternus? tunc secunda camera quę est B C T B. applicetur ad cameram superiorē

& sic ad cameram quę est B C T C. & sic de alijs vsque ad cameram T B C D. Ratio huius est quia æternitas est terminus in quęstione explicat⁹. Adhuc si quęratur vtrum potestas mundi sit infinita; applicetur responsio ad columnā B C D. sicut est applicata quęstio facta de æternitate mundi: & teneatur negatiua: nam sicut fequęretur magnum inconueniens, quod mundus esset ab æterno sic sequeretur magnū inconueniens, quod mundus haberet potestatem infinitā. & sicut diximus de mundo: sic de his quę continet in se potest dici. Amplius si quęratur, vtrum vnus Angelus producat alium Angelum? applicetur responsio ad B C D. quoniam inter essentiam Angeli & hominis siue rosę, est magna differentia; nam corpus hominis consistit sub generali materia elementorum, ratione cuius vnus homo potest producere & generare alium hominem, & vna rosa aliam; de Angelo enim non est sic; vnus enim Angelus nō habet de quo producat alium Angelum cū non sit deriuatus ab vna & eadem materia generali Angelica, cū sit finitus in sua primitiuitate.

Sicut dedimus exemplum per ea quæ diximus de tabula: lic potest dici de pluribus alijs suo modo. Applicatio vero quæ fit per tabulã requirit quod cõleruẽtur species & regulę ca-

De applicatione per euacuationem tertię figuræ. Ex Arte Magna.

Applicatio quę fit per euacuationẽ tertię figurę fit isto modo; videlicet quod termini quæstionis explicati applicentur ad euacuationẽ tertię figuræ, & illæ cameræ cui magis termini cõueniũt, sicut si quærat^r vtrũ sit magnũ bonũ, quod bonitas & magnitudo habeãt correlatiua substantialia? & vtrũ illa correlatiua sint in bona & magna cõcordãtia? tunc talis quæstio applicetur ad camerã BC. & per ea quæ in dicta camera diximus in camera euacuationis, quæstio erit soluta, & sic de alijs quæstionibus, secũdũ quod termini ipsarũ poterũt intrare camerã, affirmãdo vel negando conuenienter aut inconueniẽter. Vt^rius si fiat quæstio vtrũ in eternitate cõtrarietas bonitatis ab æterno possit esse? tũc applicetur quæstio ista ad camerã BD. & ad camerã BC. & ad camerã CD. & ad ca-

merarũ, & applicentur ea quę significãt ad propositũ; videlicet ad cõclusionem, negando vel affirmando conuenienter, aut inconuenienter, sicut patet per exemplum supradictũ,

merã DE. & tunc per illud quod in dictis cameris dictũ est, dicta quæstio erit soluta, & sic de alijs quæstionibus, secundum quod termini earum poterũt intrare cameras affirmando vel negãdo cõuenienter, aut inconueniẽter. Amplius quæstio subalternata applicetur ad quæstionẽ particulareẽ & cõtrario, sicut si quærat^r: vtrum in bonitate sint magna correlatiua? & ista quæstio applicetur ad istã vtrũ in bonitate fortisve istius rose, sint magna correlatiua? & ista quæstio applicetur ad camerã BC. & tunc inuenietur responsio iam signata, per ea quæ dicta sunt. Amplius si quærat^r: correlatiua Socratis de quo sunt? applicentur istæ quæstiones ad camerã CD. & quæstio subalternata applicetur ad particularem quæstionem, & tũc temporis inuenitur solutio declarata, & significata est per

per ea quæ iã diximus in ipsa camera, & sic de alijs cameris,

& de hoc dabimus exemplum in tractatu quæstionum.

De applicatione per multiplicationem quartæ figuræ. Ex Arte Magna.

Diximus quod multiplicatio quartæ figuræ consistit in quinq; modis, videlicet in multiplicatione, & inuentione medijs, & in probatione maioris propositionis & minoris, & in soluẽdo fallacias & in doctrina per quã aliæ artes facili ter possunt adisci, & ideo si artifista vult multiplicare plures rationes, ad eandẽ cõclusionẽ & inuenire multa media & probare maiore, & minorem

& soluere fallacias & faciliter & breuiter docere alias scientias cũ ista arte generali, applicet modũ quẽ vult in his tenere, ad modũ quẽ tenuimus in multiplicatione quartæ figuræ: nam ille modus est vniuersalis & per illum modũ, modus quidem particularis est regulatus, & lucefactus; nam in vniuersali relucet particulare, & econtrario, & hæc sufficiãt nam factis est declaratum.

De applicatione mixtionis principiorum & regularum. Ex Arte Magna.

ARS ista in duas partes diuiditur, in prima dicemus de principijs explicatis, in secunda de implicatis quæ applicauimus principijs explicatis & locis regularum huius artis. Ipsa vero principia erunt vocata centum formæ hoc quidem facimus vt ars sit magis materialis intellectui ad inueniendum multas conclusiones, de ipsis autem parum intendimus di-

cere, eo quod prolixitatẽ euitamus, sed per ea quæ de ipsis dicemus potest artifista cognoscere processum cuiuslibet formæ, per omnes regulas, sicut fecimus in deductione principiorum explicatorum, & etiam per regulas: & primo de prima parte, sic dicimus breuiter. Si quæstio continet in se terminos explicatos huius artis, sicut si quærat^r vtrum sit ens bonum, ma-

gnum & æternum; recurratur ad capitulum bonitatis, magnitudinis, eternitatis, & videatur per quem modum bonitas est discursa per principia & regulas, & sic de alijs principijs; & tunc concludatur affirmando, aut negando, secundum quod principia sunt tali modo quod principia & regulæ

maneant illesæ, & tunc intellectus inueniet veritatē, de hoc quod queritur, quæ veritas erit lucefacta per illud discursum. Et sicut dedimus exemplū de bonitate, magnitudine, & eternitate, ita potest dari de alijs principijs. Et hæc sufficiant quantum ad primam partem causæ breuitatis.

De applicatione nouæ subiectōrū. Ex arte Magna.

Dictū est de nouæ subiectōtis, idcirco si quæstio fuerit de Deo applicetur ad primū subiectū, & discurratur per ipsum, sicut Deus est discursus tali modo, quod affirmatiua, aut negatiua cōueniat cū tex-

tu: si quæstio est de Angelo applicetur ad secundū subiectū, in quo Angelus est discursus, & teneatur de quæstione hoc quod conuenit cum textu & sic de alijs subiectis suo modo.

EXPOSITIO TEXTVS.

Quia ratio & methodus applicandi in quolibet proposito multū supra in explicatione artis est manifestata ut amplius iuxta mentē authoris eā deregeremus, desumpsimus ex decima parte artis magnæ textualē prædictū modū applicandi quia breuis & facilis est vsq; ad applicationē ceterū formarū ut vnusquisq; possit per dictū modū breuiter & summarie aduertere modos applicandi diuersos tactos, & isdem in suis loco & tēpore uti; quā metho-

dū nolimus diuersis quæstionibus in varijs scientijs exemplificare, quia iam supra in suis locis id quasi summarie fecimus ne prætergrederemur limites breuitatis. Quæ omisimus ea intētionē ut in arbore scientiæ, quæ hic erunt faciendæ explicentur & manifestentur, modo vero cetera quæ sunt in textu artis breuis percurramus, docēdo duos alios modos applicationis, quorum vnus est per centum formas alter vero per quæstiones.

Caput

CAPVT QVADRAGESIMVM QVARTVM,
*in quo enumerantur centum generales formæ: & docetur per particularem discursum de Sacramentis quomodo quis per has formas de alijs rebus loqui possit, & qua methode quilibet particularis discursus in qualibet formalitate auge-
ri & ampliari methodice possit.*

TEXTVS.

De centum formis.

In ista parte ponuntur centum formæ cum earum diffinitionibus, ut subiectum extendatur ad intellectum: nam per formarum diffinitiones intellectus quidem erit conditionatus ad discurrendum illas per principia & regulas: & per talem discursum intellectus habebit notitiā de formis positīs in quæstionibus: ideo centum formæ cum suis diffinitionibus sunt hęc. *Entitas est causa ratione cuius, aliquod ens causat aliud ens. Essentia est forma ab esse abstracta, & in eo sustentata. Vnitas est forma cui proprie competit vnire. Pluralitas est forma aggregata ex pluribus numero differentibus. Natura est forma, cui proprie competit naturare. Genus est ens consideratū & valde cōfusum, quod de pluribus differentibus specie prædicatur. Species est ens, quod de pluribus differentibus numero prædicatur. Individuitas est ens, quod magis distat a genere quam aliud ens. Proprietas est forma, cum qua agens specificè agit. Simplicitas est forma quæ magis distat a compositione quam aliquod aliud ens. Compositio est forma aggregata ex pluribus essentijs. Forma est essentia, cum qua agens agit in materia. Materia est essentia simpliciter passiva. Substantia est ens perse existens. Accidens est forma, non perse existens: nec ad suam finem principia iter se habet. Quantitas est ens, ratione cuius subiectum est*

Aa 3 quan-

quantum: & cum ea ipsum agit quantum. Qualitas est ens, ratione cuius principia sunt qualia. Relatio est forma respectiva ad multa diuersa; sine quibus non potest esse. Actio est forma inherens passio. Passio est ens suslinens illam. Habitus est forma, qua subiectum induitur. Situs est positio partium recte & debite ordinatarum in subiecto in quo sunt. Tempus est ens, in quo entia creata sunt incepta & mora; vel tempus est ens ex multis nunc constitutum secundum ante & post. Locus est accidens, per quod entia sunt locata, vel locus est superficies ambiens & continens immediate partes intraneas corporis. Motus est instrumentum, cum quo mouens mouet motum: vel motus est id quod sapit naturam principij, medij & finis. Immobilitas est ens, nullum appetitum habens ad mouendum. Instinctus est figura & similitudo intellectus: vel instinctus est regulatio naturaliter innata à principijs inherentibus ad naturalem operationem. Appetitus est figura & similitudo voluntatis, vel appetitus est habitus cum quo agens appetit finem siue quietem. Atractio est forma, cum qua atrahens, atrahit attractum: vel attractio est quedam forma habens instinctum & appetitum atrahendi aliquid ad subiectum. Receptio est forma cum qua recipiens recipit receptum, vel receptio est quedam forma habens instinctum & appetitum recipiendi aliquid in subiecto. Phantasma est similitudo abstracta a rebus per imaginationem. Plenitudo est forma à vacuitate remota. Diffusio est forma, cum qua difundens, difundit, difusibile. Digestio est forma, per quam digerens, digerit, digestibile. Expulsio est forma, cum qua natura expellit ea quae non competunt subiecto. Significatio est reuelatio secretorum cum signo demonstratorum. Pulchritudo est quedam forma speciosa recepta a visis, vel ab auditu: vel imaginatione: vel conceptu: vel delectatione. Nouitas est forma, ratione cuius subiectum habituatur nouis habitibus. Idea in Deo est Deus. Idea autem in creatione est creatura. Metaphysica est forma cum qua

qua intellectus humanus denudat subiectum ab accidentibus. Ens in potentia existens, est forma in subiecto existens absque motu: quantitate: qualitate: & huiusmodi. Punctuitas est essentia, puncti naturalis existentis minoris partis corporis. Linea est longitudo constituta ex pluribus punctis continuis, cuius extremitates sunt duo puncta. Triangulus est figura habens tres angulos, tribus lineis contentos. Quadrangulus est figura habens quatuor angulos rectos. Circulus est figura linea circulari contenta. Corpus est substantia, ex punctis lineis & angulis plena. Figura est accidens constitutum ex situ & habitu.

Generales rectitudines sunt sex: quibus corpus est centrum per lineas diametrales. Monstruositas est deuiatio motus naturae. Deriuatio est subiectum generale per quod particulare descendit ab vniuersali. Umbra est habitus priuationis lucis. Speculum est corpus diaphanum dispositum ad recipiendum omnes figuras ei representatas. Color est habitus per figuram contentus. Proportio est forma, cui proprie competit proportionare. Dispositio est forma cui proprie competit disponere. Creatio in aeternitate est idea; in tempore autem est creatura. Praedestinatio in sapientia Dei, est idea: in creatione autem est creatura. Misericordia in aeternitate est idea: in praedestinato autem est creatura. Necessitas est forma, quae aliter non potest se habere, sed necessitatum est ens continens illam. Fortuna est accidens inherens subiecto, sed fortunatus est homo dispositus ad illam. Ordinatio est forma cui proprie competit ordinare: ordinatus autem est suum proprium subiectum. Consilium est dubitabilis propositio: & consultus est sua quies. Gratia est forma primitiua in gratia disposita, sine gratiae merito. Perfectio est forma cui proprie competit perficere in subiecto perfecto. Declaratio est forma in qua intellectus quiescit distinguendo: declaratus autem est suum subiectum, in quo declaratio est habitus. Transsubstantiatio est actus

natura intransubstantiata, denudata forma antiqua: & induta noua. Alteratio est forma nata in alterato. Infinitas est forma habens actum infinitum ab omni finito remota. Deceptio est habitus positiuus decipientis: & est habitus priuatiuus decepti. Honor est habitus actiuus in honorante: passiuus autem est in honorato. Capacitas est forma, cum qua capax tantum potest continere, & recipere, quantum potest ei euenire. Existentia est forma cum qua existens existit id quod est. Agentia est forma, mouens existentem ad terminum ad quem. Compræhensio est similitudo infinitatis; & apprehensio finitatis. Inuentio est forma cum qua intellectus inuenit inuentum. Similitudo est forma, cum qua assimilans assimilat sibi suum assimilatum. Antecedens est forma causans consequens. Consequens autem est subiectum, in quo antecedens quiescit. Potentia est forma, cum qua intellectus attingit obiectum. Obiectum autem est subiectum in quo intellectus quiescit. Actus est connexio potentiæ & obiecti. Generatio in creaturis est forma, cum qua agens causat formas nouas. Corruptio est forma, cum qua corrumpens priuat formas antiquas: priuatio autem existit in medio ipsarum. Theologia est scientia, quæ loquitur de Deo. Philosophia est subiectum per quod intellectus se contrahit ad omnes scientias. Geometria est ars inuenta ad mensurandum lineas, angulos, & figuras. Astronomia est ars, cum qua Astronomus agnoscit virtutes & motus, quos cælum habet in inferioribus effectiue. Arithmetica est ars inuenta ad numerandum multas unitates. Musica est ars, inuenta ad ordinandum multas voces concordantes in uno cætu. Rethorica est ars inuenta, cum qua Rethoricus ornat & colorat sua verba. Logica est ars, cum qua Logicus inuenit naturalem coniunctionem inter subiectum, & prædicatum. Grammatica est ars inueniendi modum recte loquendi: recteque scribendi. Moralitas, est habitus ad agendum bonum siue malum. Politica est
ars,

ars, cum qua Burgenses procurant publicam utilitatem ciuitatis. Ius est actus regulatus in homine de iustitia habituato. Medicina est habitus cum quo Medicus procurat sanitatem patientis. Regimen est forma, cum qua Princeps regit populum suum. Militia est habitus, cum quo miles iuuat Principem, ut iustitiã possit tenere. Mercatura est habitus, cum quo mercator scit emere & vendere. Nauigatio est ars, cum qua nautæ per mare sciunt nauigare. Conscientia est forma, cum qua intellectus asitigit animam de commissis. Prædicatio est forma, cum qua prædicator informat populum ad habendum bonos mores, euitando malos. Oratio est norma, cum qua orans loquitur Deo sanctissime. Memoria est fons, cum quo entia sunt recolibilia.

EXPOSITIO TEXTVS.

Centum formæ ponuntur in arte (vt author ait in principio istius partis) ad hoc vt subiectum extēdatur ad intellectum, seu vt melius intelligatur, pluresque conceptus deo haberi possint. Nam quo plures istarum formarum subiecto cuilibet intelligendo applicentur, maior deo habetur notitia, & eo plus extenditur quo in qualibet earum formarum, principia,

& regulæ magis applicantur. Possunt enim ad vnâquâque earum tam generaliter quam specialiter applicari. Quod vt apereat in aliquo subiecto, dabimus exemplum in natura & generali esse Sacramentorum, vt per huc discursum quilibet artifex sciat in suo proposito centum formas applicare, siue in naturalibus, siue in diuinis.

Exemplum pro dilatatione centum formarum.

Entitas. Sacramenta sunt entia eleuata diuina virtute,

ad causandam gratiam, in quo consistit eorum entitas.

Essentia tas. Essentia vero in eis est, quodammodo abstracta ab alijs naturalibus entibus, quæ solum naturaliter cõstitüt, & sustentätur. Hæc autẽ mirabiliter virtute Dei eleuätur supra naturalẽ ordinẽ, quorũ vnitas in eo apparet quatenus omnia ad vnũ Deũ dirigunt, & hominẽ vniant cum eo. Pluraq; sunt & inueniuntur diuersa Sacramenta, prout diuersę formæ & diuersæ materiæ reperiütur ordinatæ ad sanctificandum. Singulorum autem natura diuersos producit sanctificationis effectus. Baptismus lauat peccatum originale. Confirmatio confirmat in fide. Pœnitentia absoluit à peccatis. Eucharistia dat vitã diuinam animæ. Extrema vnctio disponit ad cœlum, & peccata venialia tollit. Matrimonium procreat milites in Ecclesia militante. Et Ordo disponit & ordinat ministros in ea. In qua generaliter omnia Sacramenta cõueniunt genere, in eo, quod sanctificant, & Sacramentum tanquã genus est, ad omnia septem Sacramẽta, quæ sunt, velut septem

species in quibus ratio Sacramenti conseruatur, in quorum vnoquoq; apparet ratio indiuiduitatis, prout est vnũ singulare existẽs, distãs per gradus suos a genere. Proprietas autẽ cuiusq; Sacramenti (vt signauimus) est diuersa prout manifeste liquet; habetq; vnũquodq; simplicitatẽ suã in tali natura prout vnum nõ cõponitur ex aliõ. In eis tamen est compositio, seu vnio ex materia & forma, quatenus habent proprias & determinatas materias & formas, ex quibus constãt, vt patet discurrendo per vnumquodq; eorũ. Vt in Baptismo, materia est aqua, & forma verba illa; ego te baptizo in nomine Patris, &c. in Cõfirmatione, materia est oleum benedictũ, forma vero verba illa; signo te signo Crucis, & confirmo te, &c. In pœnitẽtia, materia sunt peccata, forma vero, ego te absoluo à peccatis tuis, &c. In Eucharistia, materia sũt panis & vinum; forma vero verba prolata à Sacerdote & determinata à Christo Dño; materia extreme vnctionis est oleũ, benedictio

vero

Species.

Indiuiduitas.

Proprietas.

Simplicitas.

Compositio.

Forma. Materia

Substantia.

Accidẽs.

Quantitas.

Qualitas.

Relatio.

Actio.

Passio.

Habitus

Locus.

Tẽpus.

Situs.

Motus.

Immobilitas.

Instructus.

tus.

vero Sacerdotis est forma. In matrimonio, materia remota est personę cõiugẽdę, consensus vero proxima, & forma est prolatio verborũ seu acceptatio vtriusq; personę in matrimoniũ. Ordo vero est potestas spiritualis tradita ministris Ecclesiæ, per quã ipsi & officia & diuersa munera sanctificationis exercent in ea.

In quibus apparet quod quãuis generaliter vnica sit substantia Sacramentorũ, prout vnũquodq; cõponitur ex materia & forma, specialiter tamẽ, & indiuidualiter diuersas habet substantias, accidẽtiaq; illas diuersas sequũtur. Vnde in eis differenter quãtitates, differẽtes qualitates, diuersę relationes, actiones quoq; diuersę, distinctę passiones & habitus distinctis sitis quoq; & ordinationes separatę, diuersa quoq; tẽpora requirũtur & loca; motus quoq; & emanationes virtutis eorũ sunt differẽtes. Et cũ vnũquodq; tanquã principalis causa immobile in suo esse permaneat, instinctũ habet ad propriã & determinatã operationẽ,

vnde quoq; videtur appetitũ habere diuersum. Et in vnoquoq; est diuersa attractio quatenus mouerpernouã perfectionẽ homines, vt vtãtur tali Sacramẽto, quod in proprio esse recipit diuersas differẽcias; penes quas distinguitur ab alijs. Nec tale est velut phãtasma seu similitudo abstracta per imaginationẽ, sed vera & perfectã causa gratię plena virtute diuina, quę difundit diuersas qualitates supernaturales, & digerit seu disponit ad suos proprios fines, seu effectus per quos expellũtur peccata, quæ repugnãt recto ordini & gratię in anima existẽti. Et quodcũq; horũ Sacramentorũ significat & demõstrat diuersum modũ emanationis gratię, tribuit que pulchritudinẽ differẽtẽ animę quę per eã noua creatura efficitur, resplẽdetq; velut quædã idea & similitudo diuinitatis in ea, & fit per eam homo quasi Deus, per similitudinem & gratiam, per quam denudat subiectum animæ ab omnibus accidẽtibus, seu imperfectionibus materialib; per

enti-

*Punctū.**Linea.**Triangulus.**Quadrangulus.*

entitatem bonam, per quā anima quæ erat in potētia ad bonum spirituale actuat, & excludit priuationē perfectionis, qualem solēt. causare peccata. Et quēadmodum a puncto existente in centro, exeunt diuersę lineæ vsque ad circumferentiam circuli: ita a Sacramētis tanquam punctis diuersis existentibus in corpore Ecclesiæ, exeunt diuersę lineæ siue operationes diuersę Sacramentorum quæ in suo effectu trahunt veluti quendam triangulum diuinarum trium personarum operantium, per quodlibet Sacramentum, quatenus in nomine & virtute Patris, Filij, & Spiritus sancti agūt & quia instituta fuerunt a Christo Domino, & per eius diuinitatem, & humanitatem simul vnitam habent proprias causalitates in hoc præferunt & demōstrant quadrangulum naturalem existentem in Christo, diuinitatis scilicet animæ corporis, & compositi ex anima & corpore hominis, qui tanquam caput Ecclesiæ per ea operatur &

causat velut quendā circumlum ab hominibus ad Deū. *Circulus.* Ex quo resultat corpus Ecclesiæ compactum & vnitū ex diuersis fidelibus, qui per gratiam exeūtem a diuinitate, & transeuntē per animam & corpus Christi, *Corpus.* & existentem in homine & Deo vero, totum corpus Ecclesiæ ad se trahit mediante ea; per quam & causatur figura quædam spiritualis *Figura.* & suprema diuinitatis, in qualibet anima fidei & in tota Ecclesia; quæ generaliter rectitudinem Dei repræsentat & deuiat a se monstruositates peccatorum; a quo deriuantur principaliter omnia charismata & dona spiritualia, per quæ irrigatur & facundatur tota Ecclesia: auferiturque ab ea umbra mortis & inferni, & efficitur velut quodam lucidum speculū, in quo maiestas Dei repræsentatur & apparet. Recipitque hoc modo quandam colorationē, & similitudinem spirituales pulchritudinis Ecclesiæ triūphantis, secundum quam apparet pulcherrima, & refulgens in dextera Dei, secundum

*Propor-
tio.**Disposi-
tio.**Creatio.**Prædesti-
natio.**Miseri-
cordia.**Necessi-
tas.**Fortuna**Cōsiliū.**Gratia.**Ordina-
tio.*

secundum illud asstitit Regina a dextris tuis investitu de aurato, circumdata varietate; vbi aduertitur quod per Sacramenta causatur quædam proportio ipsius Ecclesiæ militantis cum triumphante, & suprema. Et sicut in ea sunt diuersi ordines & dispositiones: ita quoque in ista inferiori tam respectu Sacramentorum, quam hominum qui participant ea, Et quemadmodū existentes spiritus in Ecclesia triumphanti primo creati fuerunt, creatur, seu recreatur de nouo homines media gratia proueniente a Sacramētis in Ecclesia, quam Deus prædestinauit, & ordinauit ad se, & secundum misericordiam suam misertus est nostri. Effectus necessarius in nobis, vt liberaremur a peccatis nostris, non fortuna, sed electione & consilio Dei productus, per quem ordinamur media gratia ad nostrum authorem, & creatorem tanquam ad finem supernaturalem, qui consilio vero & prudentissimo nobis tribuit Sacramenta in

rebus corporalibus & spiritualibus, vt qui in eis peccauimus, per ea à virtute diuina sublimaremur & reduceremur in Deum, & esse corporale & spirituale nostrum reciperet, quandam diuinitatem, qualis est illa quam recipimus per gratiā exeuntem a Sacramētis. Secundum hanc tamen diuersimode perficimur, nam per Baptismum intramus in Ecclesiam; per confirmationem, firmamur in fide; per pœnitentiam, absolui- mur a nexibus peccatorum; per eucharistiā, alimur cœlesti & diuino cibo; per Extremam vñtionē, vngimur ad pugnam cum Demone futuram; per matrimoniū, temperamur in concupiscētijs; per Ordinem, ordinamur ad munera & officia Ecclesiæ.

In quibus effectibus Sacramentorū declaratur diuersi influxus gratiæ a Christo, proueniētes de cuius plenitudine omnes accepimus qui per talia Sacramenta quodammodo videtur transsubstantiare, seu mutare eos qui ea recipiunt, quatenus

*Perfec-
tio.**Declara-
tio.**Trās-
sub-
stantiatio.*

nus substantiam naturalem facit pertinere ad superio- rem gradū & altio- rem naturam, Deum scilicet altio- rem & superio- rem tota natura creata, qui dum per Sa- cramenta opetur in no- bis, non alterat seu diuersifi- cat in substantia res ipsas, nisi solum in Eucharistia, vbi tota substantia panis & vini transit in verū cor- pus & sanguinem Christi, & id quod erat finitum fa- cit quodammodo infinitū quemadmodum & natura hu- mana existens in eo, est infinita respectu personę in qua suppositatur. Nec talis Sacramentorum communi- catio est deceptio, sed vera & firma religio, prout eadē Sacramenta quę Christus Dominus instituit, & primo Apostolis; deinde san- ctis alijs Patribus commu- nicanda distribuit, nos acci- pimus & acceptamus tanquā veras causas gratię & for- tes salutis nostrę. Quo pa- cto & Christum authorem honoramus, & nos ipsi ho- norem quasi diuinum, in- ter omnes nationes per ef- fectus Sacramentales reci-

Alteratio.

Deceptio

Honor.

pimus; vnde recte possumus cantare cū Dauide, non fe- cit taliter omni nationi & iudicia sua non manifesta- uit eis. Per quā cōmunionē & acceptionem Sacramē- torum efficimur capaces & participes, diuinę naturę maiorumq; donorum quā illi qui sunt extra Ecclesiā. Per quem modum noster author non est dubium ac- cepisse maiora dona scien- tię a Deo; quā omnes alij philosophi naturales, im- mo & quidam pueri & vir- gines sine literis mūdānis, diseruerunt prudentissime de diuinis & cęlestibus re- bus cum maximis philoso- phis, & eos cōuicerūt, quod pręcipue efecit gratia exi- stens in eis deriuata saltem remote a Sacramentis, quę sunt in Ecclesia, quę vere & realiter existit in mūdo vt probatum est supra.

In ea vero per diuersa Sa- cramēta diuersę sunt actio- nes & benedictiones, & quodlibet eorū cōprehēdit & designat diuersas sancti- ficationes, & deperditam drachmā hominem scilicet inuenit, & trahit ad suum domi-

Capacitas.

Existētia.

Agentię Comprehensio.

Inuētio.

Similitudo.

Antecedens. Consequens. Potētia. Obiectū.

Actus.

Generatio.

Corruptio. Priuatio.

Theologia.

dominum: qui quandam similitudinem sui impri- mit in anima diuersimode causatam, per diuersas cau- sas, seu Sacramenta quę sunt in Ecclesia, tanquam quędam antecedentes cau- sę sanctificationis quę se- quitur in hominibus. Et quodlibet Sacramentū po- test perse causare diuersum effectum quem habet tan- quam obiectum suę opera- tionis, quamuis generalis sit omnium Sacramentorū finis Christus, qui est finis legis & totius consumatio- nis, ad quem omnes actus Sacramentorum referuntur, quę generant & producunt diuersas formas, seu quali- tates in rebus quas sacran- t, in quibus contrarium san- ctitatis corrumpunt, & pri- uant totalem indecentiam, quā ante res habebant res- pectu supernaturalis finis. Hinc recte Sacramenta ad Theologicā scientiā perti- nent quatenus per ea diuer- si effectus Dei demonstran- tur in homine quē recipit Deus per Baptismum tan- quam filium; per Confir- mationem tanquam athle-

tā & militē suū; per pœnitē- tiam, tanquā profugū ad se reducit; per Eucharistiā, tā- quā similitē sibi vnit; per ex- tremam Vnctionē, tanquam eūtem ad se atrahit ad prę- mium; per Matrimonium disponit ad munditiam & castitatem; per ordinem cōstituit in gradibus & of- ficijs eiusdem Ecclesię.

Et hoc modo possumus multa dicere de Sacramen- tis quę sunt causę & velut mensurę sanctificationis, tantum enim quisque san- ctificatur, quantum eorum influxum recipit, ac proin- da tantum potest quilibet sibi promittere de cęlo quanto magis eorum ef- fectus senserit, totque vias salutis inter alias potest quisque enumerare in Ec- clesia admerendum quot in ea sunt Sacramenta, quę mirabilem faciunt in ea har- moniam & consonantiam cum Christo Domino, pro- ut tanquam Patrem rege- nationis; confirmatorem virium; medium salutis; sustentatorem vitę spiri- tualis; pręmiatorem la- boris; speculum castitatis & or-

Philosophia. Geometria. Astronomia. Arithmetica. Musica.

& ordinatorem generalem Ecclesie respiciunt: qui septem tituli seu attributa sunt velut septem chordae diuinae lyrae, per quam concentus admirabilis in Ecclesia audit fidelis, qui ornatus internis virtutibus per quas acceptus est Deo loquitur ornata verba de Deo sicut diuinus Rethoricus, & tanquam verus Logicus inuenit ratiocinando supernaturalem coniunctionem Christi, & Ecclesiae, quae apparet quatenus Christus est in ea velut caput influens, & Ecclesia velut membra subiecta capiti Hoc autem efficitur per communicationem Sacramentorum, quae qui inuenit & utitur bene eis, habet modum recte loquendi & scribendi de Deo, habitumque acquirit ad agendum bonum, & malum euitandum. Regna quoque & ciuitates quae in se habent hos fontes, ita faecundantur ad bona spiritualia quod magis ea quam temporalia procurant; inde ciues & regnicolae religiosiores euadunt, iusque & leges tam humanas bonas quam naturalem & diuinam colunt. Sunt

Rethorica.

Logica.

Grammatica.

Moralitas.

Politica.

Ius.

enim Sacramenta velut medicamenta animae quibus & vita spiritualis conseruatur, & infirmitates peccatorum relegantur: habent enim in se virtutem ad influendum & causandum bonum regimen ac perinde bonum populum, & principatum in mundo. Ista sunt velut arma militiae nostrae quibus pugnamus contra demones; nam Baptismus expellit originale peccatum; Confirmatio fidei imbecillitatem; poenitentia, labilitatem peccandi; Eucharistia desidiam & somnolentiam in bene agendo; Extrema unctio, somnum animae; Matrimonium, luxuriam; Ordo, confusionem.

Per haec habet Christianus veluti officinam ante se positam in qua potest emere gratis septem dona Spiritus sancti, eisdem Sacramentis applicabilia, & quasi septem regulas certas ad nauigandum in mare huius mundi ad portum salutis, & gloriae, cum bona nauis conscientiae, quam praedicator Ecclesiastica dirigit, quando est conformis institutioni, & intentioni Sacra-

Medicina.

Regimen.

Militia.

Mercatura.

Nauigio.

Conscientia.

Praedicator.

Intio.

Oratio.

Memoria.

Sacramentorum, cum quibus Ecclesia, & anima firmata virtute & sanctitate fundunt ad Deum preces & orationes ei acceptas, quibus sanctificamur & memoriam facimus mirabilium Dei; inter quae principalem locum tenent Sacramenta. De his haec locuti sumus sumarie per ordinem & notiones centum formarum, quo modo quisque poterit loqui de quolibet alio subiecto, siue naturali, siue morali, siue supernaturali, siue artificiali applicando ad illud omnes praedictas notiones & formas. Quas qui velit multiplicare, singulariter & mirabiliter, poterit applicare omnia principia artis, & omnes modos quaerendi ad quolibet formam seu notionem ex praedictis; ut si verbi gratia, quando locuti fuimus de materia Sacramentorum, applicuif-

semus communicationem materiae, magnitudinem, durationem, potestatem, ordinationem, amabilitatem, virtutem, veritatem, gloriam, differentiam, concordantiam, oppositionem, causalitatem, mediationem, finem, maioritatem, equalitatem & minoritatem talis materiae, considerando in quolibet ex his principijs in materia Sacramentorum, methodum regularem, vtrum, quid, de quo, quare quantum, quale, quando, ubi, quomodo, & cum quo: hoc patet in sola illa formalitate, seu notione materiali Sacramentorum, efficeretur immensa consideratio, quod etiam potest fieri in quolibet alia ex ceterum formis applicatis ad Sacramenta, & ad quodlibet aliud subiectum, ut clare & manifeste ex dictis apparet. Et hic remanet explicata methodus applicandi centum formas, in quolibet proposito.

TEXTVS.

De secunda parte, quae est de quaestionibus.

Hae pars diuiditur in duodecim partes, seu loca disposita & proportionata ad quaestiones, secundum maiorem diuersitatem ex qua sunt, nam in uno loco siue parte est significata solutio unius quaestiones, & in alio loco solu-

B b

tio

tio alterius quæstionis. Propter quod diuersimode applicabimus quæstiones, ad prædicta loca, & hoc duobus modis, videlicet faciemus aliquas quæstiones quas soluemus: & alias quas non soluemus similiter faciemus: & istas dimittimus artistæ bene intuenti: ut ipse bene abstrahat solutionem ab illa parte, siue loco cui quæstiones transmittemus: nam in illa parte, siue loco solutio est significata; hic vero paucas quæstiones faciemus & soluemus causa breuitatis; nam hæc ars abstracta est ab Arte Magna, ut ipsa breuius tractetur: & ut intellectus sub paucis verbis apprehendat multa, & sic intellectus est magis vniuersalis: & per solutiones istarum quæstionum hic positas, seu datas, poterit dari solutio aliarum quæstionum suo modo. Loca siue partes ad quas transmittemus quæstiones sunt duo decim, ut iam supradictum est, videlicet prima figura, secunda figura, tertia figura, quarta figura, diffinitiones, regulæ, tabula, euacuatio tertiæ figuræ, multiplicatio quartæ figuræ, mixtio principiorum & regularum, nouem subiecta, centum formæ, & primo de prima parte siue loco dicemus.

CAPVT QVADRAGESIMVM QVINTVM,
in quo traduntur diuersi textus artis breuis, explicantes
varios modos faciendi, ac soluendi quæstiones per loca artis,
qui ultimo generaliter explicantur, & per exemplum mo-
rale de restitutione aduertitur, quomodo possit quælibet
quæstio multiplicari & dissolui per hanc methodum.

TEXTVS.

De quæstionibus primæ figuræ.

Quæstio est utrum sit aliquod ens, in quo subiectum & prædicatum conuertantur in identitate essentiæ, naturæ & numeri, per totam primam figuram; & respondendum quod sic, nam

nam alias conuersio subiecti & prædicati & equalitas, essent destructæ absolute, & eternitas esset superius per infinitatē, & sua bonitas, magnitudo, potestas, &c. essent inferius per finitatem quod est impossibile. Quæritur quid est illud ens, in quo subiectum & prædicatum conuertuntur, & respondendum est quod Deus est illud ens: talis quidem conuersio non potest esse nisi in subiecto infinito & æterno. Quæritur utrum diuina bonitas habeat in se, ita magnam bonificationem, sicut diuinus intellectus intellectionem. Quæritur quare Deus habeat in se, ita magnam agentiam sicut existentiam. Quæritur Deus de quo potest tantum quantum ipse est? Quæritur quare homo & animal non conuertuntur, & ad hoc respondendum est ex eo quia conuersio non potest fieri inter maius & minus, sed inter equalia. Quæritur utrum in Angelo sua potestas, intellectus & voluntas conuertantur? & respondendum quod non, alioquin ipse posset habere ita infinitum actum & æternum sicut Deus.

TEXTVS.

De quæstionibus, secundæ figuræ.

Quæstiones secundæ figuræ, tribus modis possunt fieri, sicut homo & leo, qui per differentiã differunt specie, & per concordantiã cõueniunt genere, & per contrarietate cõtrariantur: videlicet per corruptibile & incorruptibile, & sic de alijs suo modo. Quæritur utrum differentiã sit magis generalis, quã concordantiã, & quã contrarietas: ad quod dicendum est quod sic: eo quia ubicũque est concordantiã & cõtrarietas, est differentiã, sed nõ e cõuerso in omnibus: in multis enim reperitur differentiã, & concordantiã, & tamen in illis non est contrarietas naturaliter, sicut in entibus spiritualibus. Quæritur quod est maius principium, concordantiæ, aut contrarietatis: dicendum est quod concordantiã, a concordantiã enim descendunt principia

positiua, à contrarietate autem priuatiua. Queritur utrum ista diffinitio sit magis ostensua dicendo sic, homo est animal homificans; vel homo est ens cui proprie competit homificare, quam ista homo est animal rationale mortale? Et respondendum est quod sic: ratio huius est quia homificatio soli homini competit: rationalitas autem & mortalitas multis. Per triangulum principij, mediij & finis, possunt fieri quæstiones tribus modis. Primus modus est quando queritur quare est una prima causa, & nõ plures: cui respondendum est ex eo quod unus finis sit infinitus. Secundus modus est quando queritur, utrum mediũ existens inter subiectum & prædicatum habeat quantitatem continuam aut discretam? & respondendum, quod continuam habet respectu mediij extremitatum; discretam autem respectu mediij coniunctionis, & mensurationis. Tertius modus est quando queritur qualis finis est ultimus in subiecto: & respondendum est quod finis proprius, sed non appropriatus. Per triangulum maioritatis, equalitatis & minoritatis possunt fieri quæstiones tribus modis. Per maioritatem, sicut quando queritur, quare Deus est supra Angelum, & Angelus supra hominem? & respondendum est quod Deus est supra Angelum: eo quia bonitas diuina & magnitudo diuina, &c. distant per infinitatem à quantitate; & per eternitatem à tempore: bonitas autem Angeli & magnitudo, &c. non, sed ipsa sunt supra bonitatem, magnitudinem hominis, &c. eo quia subiectum in quo sunt distat a diuisione & subceptione; sed bonitas, magnitudo, &c. corporis hominis non. Secundus modus est quando queritur in anima, quare intellectus voluntas & memoria sunt æquales per essentiam? cui respondendum est ex eo quia prima causa per equalitatem suæ bonitatis, magnitudinis, &c. est intelligibilis, reuolubilis, & amabilis æqualiter, & in isto passu cognoscit intellectus quod demonstratio, potest fieri tribus modis, per quid, aut per quia, aut etiam per æqui-

equiparantiam. Tertius modus est quando queritur quare peccatum est magis circa nihil, quàm aliquod aliud ens? & dicendum est quod propter hoc quia magis repugnat fini essendi. Queritur utrum differentia quæ est inter sensuale & sensuale sit maior quàm illa quæ est inter sensuale & intellectuale, & quam illa quæ est inter intellectuale, & intellectuale. Adhuc utrum illa differentia quæ est inter principium & medium sit maior quam illa quæ est inter medium & finem; similiter potest queri de differentia, quæ est inter substantiam & substantiam, &c. & respondendum est per ea quæ sunt significata in triangulis supradictis, subiectiue & obiectiue mediante regula de B.

TEXTVS.

De quæstionibus tertiæ figuræ.

Dictum est in tertia figura quod quodlibet principium applicatur alteri & ideo queritur, utrum contrarietas sit tantum applicabilis bonitati magnitudini, &c. quantum concordantia? & dicendum est quod non: contrarietas enim applicatur eis priuando & contrariando, concordantia autem ponendo & concordando. Dicitur in tertia figura bonitas est magna, & quid est bonitas magna? & respondendum est quod bonitas magna est illa quæ absque contrarietate & minoritate conuenit cum omnibus principijs & suis correlatiuis. Queritur bonitas ubi est? uade ad cameram BI. & respicias significata. Queritur bonitas de quo est? queritur bonitas quomodo est? uade ad cameras BD. & BK. & accipias eorum significata, & sic de alijs. Item queritur quando est intellectus uniuersalis & particularis.

TEXTVS.

De quæstionibus quartæ figuræ.

Queritur per cameram BCD. utrum aliqua bonitas sit magna infinite: sicut eternitas? & respondendum est quod

sic alioquin tota magnitudo eternitatis non esset bona. Per cameram B E F. Queritur virum Deus sit ita potens per suam bonitatem sicut per suum intellectum? vade ad illam cameram & recipe significata suorum correlatiuorum. & suarum definitionum? Queritur utrum Angelus producat angelum, cum sit superius, sicut homo hominem qui est inferius? respondetur autem est quod non quia euacuaret suam essentiam, Angelus enim non recipit augmentum ab extra: homo autem sic ratione corporis.

TEXTVS.

De quæstionibus per diffinitiones principiorum.

Queritur utrum Deus sit ens necessarium? queritur utrum unitas possit esse infinita absque actu infinito? Queritur utrum sit Deus vnus singularis? Queritur utrum Deus possit esse malus? vade ad diffinitionem bonitatis, magnitudinis, & eternitatis: & teneas ea que tibi significant, nam bonitas est magna & eterna: id necessarium est quod bonitas sit ratio bono quod producat bonum magnum & æternum: & sic de alijs quæstionibus, que fieri possunt per diffinitiones principiorum.

TEXTVS.

De quæstionibus, per regulas.

Queritur utrum credere præcedat intelligere? Queritur que diffinitio est melior & clarior, aut que datur per potentiam & suum specificum actum, vel illa que datur per genus & differentiam? & respondendum est quod illa que datur per potentiam & suum specificum actum; per illam quidem habetur agnitio subiecti & actus eius specifici, per alteram autem nequaquam, nisi partium tantum. Queritur utrum potentia extra suam essentiam habeat actum? Queritur utrum intellectus sit agens in memoria; & in voluntate patiens? utrum intelle-

ctus

ctus possit habere obiectum absque sensu? utrum diuina potestas possit habere actum infinitum? utrum actus possit esse sine differentia? utrum actus sit possessus a potentia vel ab obiecto vel ab utroque? utrum substantia possit perse existere absque suis causis? utrum voluntas habeat posse in intellectu per credere: & intellectus in voluntate per intelligere? utrum in anima voluntas & memoria sint æquales? utrum intellectus absque suis correlatiuis possit esse vniuersalis, aut particularis? utrum intellectus, quando facit scientiam facit ipsam per proprietatem & differentiam? utrum intellectus disponat amare & memorari & econuerso? utrum intellectus in vno & eodem tempore possit credere & intelligere? utrum intellectus in se ipso facit scientiam? queritur quomodo intellectus facit speciem? utrum intellectus cum sua specie imperat voluntati & memoriæ, quod obiectent illam speciem. Sicut applicamus quæstiones regularium ad intellectum; sic possunt applicari ad alias potentias suo modo.

TEXTVS.

De quæstionibus tabulæ.

Queritur utrum mundus sit æternus? vade ad columnam B C D. & teneas negatiuam, & inuenies in camera B C T B. quod si æternus est multe sunt æternitates, differentes species, & concordantes sunt per cameram B C T C. contra cameram B C T D. quod est impossibile, vnde sequitur quod de questione negatiua est tenenda, & hoc probat regula B. Queritur utrum Deus tantum possit esse infinitus, per suam magnitudinem, quantum per suam eternitatem? vade ad columnam C D E. & ad cameram C D T C. tenendo affirmatiuam contra cameram C D T D. utrum Deus tantum possit per eternitatem, quantum per intellectum? vade ad columnam D E F. & ad cameram D E T D. utrum Deus sit tantum potens per suam posse, sicut per suum intelligere &

amare. Vade ad columnam EFG. & teneas affirmatiuam per cameram EFT. & per cameram EFTF. & per cameram EFTG. quo usq; tota columna erit consumata. Vtrum in Deo suus intellectus & voluntas sint maiores quam sua virtus? vade ad columnam FGH. & teneas negatiuam per omnes cameras illius columnæ, hauriendo significata camerarum. Vtrum diuina veritas sit in tantum virtuosa, per æquales correlatiuos sicut diuina voluntas? vade ad columnam GHI. & teneas affirmatiuam per omnes cameras illius columnæ. Vtrum in Deo sua virtus & sua veritas, & sua gloria, habeant illud per quod sint æquales: & a tempore & loco & minoritate remotæ? vade ad columnam HIK. & teneas affirmatiuam per omnes cameras.

TEXTVS.

De quæstionibus, euacuationis, tertiæ figuræ.

IN camera BC. dictum est quod bonitas est magna, modo queritur vtrum bonitas sit magna? & quid est sua magnitudo? & bonitas & magnitudo in quo concordant? & vtrū possint concordari absque differentia? & respondendum est quod bonitas est magna, vt patet per diffinitionem magnitudinis, & sua magnitudo est habere correlatiuos; vt per secundam speciem regulæ C. patet, & cōcordant: quia bonitas est magna per magnitudinem, & econuerso, iam quidem concordare nequaquā possent absq; differentia suorum correlatiuorum. Et hæc de euacuatione tertiæ figuræ sufficiant causa breuitatis, nam per hæc quæ de ea diximus potest artista soluere & facere quæstiones, per alias cameras.

TEXTVS.

De quæstionibus multiplicationis quartæ figuræ.

Queritur per quem modum intellectus conditionat se ad essendum generalem per generale intelligere? vade ad multi-

multiplicationem quartæ figuræ; & videas per quem modum intellectus multiplicat conditiones, cum quibus multiplicat obiecta & suum intelligere, vt per multas & magnas scientias sit generalis, & multis habitibus indutus. Et hæc de multiplicatione quartæ figuræ sufficiant, causa breuitatis.

TEXTVS.

De quæstionibus, mixtionis principiorum & regularum.

Queritur, vtrum bonitas sit discursiua per magnitudinem durationem &c. & econuerso? & respondendum est quod sic, vt significatum est per tertiam figuram faciendo de subiecto predicatum. Queritur quid est bonitas in magnitudine: duratione, &c. cui respondendum est, quod est in magnitudine magna: & in duratione durabilis. Queritur quid habet bonitas in magnitudine, &c. ad quod dicendum est quod ipsa habet suos correlatiuos magnos in magnitudine, & in duratione durabiles. Et sicut exemplificauimus de bonitate, ita potest exemplificari de alijs principijs suo modo. Et hæc de mixtione sufficiant

TEXTVS.

De quæstionibus nouem subiectorum & primo de Deo.

Queritur vtrum Deus sit? & respondendum est quod sic, vt probatū est in quæstionibus primæ figuræ. Queritur quid est Deus? & respondendum est, quod Deus est ens, quod iā tum agit in se quantum ipse est. Per secundam speciem regulæ C. queritur quid habet Deus in se essentialiter? ad quod respondendum est quod habet suos correlatiuos, sine quibus non posset habere immensas & æternas rationes. Per tertiā speciem queritur quid est Deus in alio? ad quod dicendum est quod ipse est

creans, gubernans & huiusmodi. Per quartā speciē regulę C. queritur quid habet Deus in alio: & dicendum est quod habet in mundo posse & dominiū; & in hominibus iudiciū & actū gratię & misericordię, paciētię & pietatis. Et hæc de Deo sufficiant causa breuitatis.

TEXTVS.

De quæstionibus Angelorum.

Queritur utrū Angeli sint: & respondendū est, quod sic? si enim id quod minus videtur Deo simile est: multo magis id quod magis videtur esse simile Deo est. Adhuc si aliquid est quod est cōpositum ex intellectuāli & corporali, multo magis id quod est cōpositū ex intellectuāli & intellectuāli. Amplius si angeli quidē non essent, scala differentię & concordantię esset euacuata: & per consequens mundus: quod est impossibile. Queritur Angelus de quo est & cuius est: & respondendū est per regulā D. quod est de se ipso: sua enim essentia non potest esse punctualis, neque linealis. Et per secundā speciē eiusdem regulę est de suis correlatiuis spiritualibus, scilicet de suis trinitatibus & are ex quibus est cōpositus, per cuius est actiuus: & per biles est receptiuus, & per are est actus existens intertinuos & biles. Per tertiā speciē est dicendum quod Angelus est Dei. Et hæc de Angelis causa breuitatis sufficiant.

TEXTVS.

De quæstionibus cœli.

Vtrū cœlū moueat se ipsum? & respondendū est quod sic, ut sua principi habeant correlatiuos substantiales & proprios per suas constellationes. Vtrū cœlū moueat se ad locū? & respondendū est quod sic, in se circulariter, sed non extra se: ratio huius est quia extra se nullam actionē habet, vel habere potest. Vtrū Angelus moueat cœlū? & respondendū est quod non: quia si moueret, iā trinitatū correlatiuorū essent inferius & biles

les superius, & etiā per suā formā iā non moueret elementa, nec elementata, sed per suā materiā quod est impossibile. Queritur utrum cœlum habeat animā motiuā? & respondendū est quod sic: nā aliter sensitiua, & vegetatiua nō haberent animas motiuas: nec elementa haberent motū. Queritur per primā speciē regulę de E. quare est cœlū? & dicendū est quod ex eo, quia ex sua forma & materia est cōstitutū. Per secundā speciē regulę E. queritur cœlū quare est? & dicendū est ut entia inferiora possint habere motum. Et hæc de cœlo sufficiant causa breuitatis.

TEXTVS.

De quæstionibus hominis.

Queritur utrum homo de Deo possit habere maiorem notitiā affirmādo an negando? & respondendū est quod affirmādo: Deus enim non est per illa, sine quibus ipse est; sed per illa sine quibus esse non potest. Queritur quare homo agit per formā specificā? vade ad secundā speciē regulę E. & ibi est solutio implicata. Queritur utrū homo augmentans suos actus, augmentet suā essentiā? & respondendū est quod nullus homo agit se ipsum. Queritur quando homo desiderat recolere & non potest recolere, quis istorū diffinit prius, an memoria? an intellectus: cui dicendum est quod memoria: ipsa enim citius redit speciē antiquā naturaliter intellectui, quā voluntati. Queritur anima & corpus quomodo componunt hominē? & respondendū est, quod in homine bonitas corporalis & spiritualis componunt unā bonitatem: & sic de alijs. Queritur quid est vita hominis? ad quod respondendū est quod illa forma quę est cōposita ex vegetatiua, sensitiua, imaginatiua, & ratiatiua. Quid est mors hominis? respondendū est quod dissolutio potentię elementatiue, vegetatiue, sensitiue, imaginatiue, & ratiatiue.

natiua. Queritur utrum homo sit visibilis? & dicendum est quod non, visus enim non potest videre nisi colorem & figuram. Queritur utrum in homine intellectus & memoria sint eadem potentia? & respondendum est quod non, quia si essent eadem potentia, intellectus iam non esset successiuus in acquirendo species, nec traderet illas obliuioni, neque etiam eas ignoraret: iterum quia nimis esset fortis in obiecto contra libertatem voluntatis. Et haec de homine, dicta sufficiant causa breuitatis.

TEXTVS.

De quaestionibus imaginatiuae.

Vtrum imaginatiua imaginetur imaginabilia suo modo, sicut sensitiua sentit sensibilia? Queritur quae est causa, quare imaginatiua abstrahit species a sensibus? Queritur quid est imaginatiua? utrum imaginatiua habeat correlatiuos? utrum imaginatiua augmentet se, augmentando suum actum? utrum imaginatiua sit altior potentia, quam sensitiua? utrum imaginatiua habeat instinctum & appetitum específicos? sensitiua per quem modum impedit actum imaginatiuae? quare imaginatiua non est ita potens in sensibilibus, vel sensatis, sicut sensitiua? vade ad subiectum imaginatiuae. Queritur utrum sensitiua sentiat imaginatiuam? & respondendum est quod potentiae inferiores, non agunt in superiores.

TEXTVS.

De quaestionibus sensitiuae.

Queritur quae potentia istarum sentiat famem, & sitim, an gustus, an tactus? & respondendum est quod illa quae magis disponit obiectum. Vtrum gustus sic sentiat famem aut sitim, cum instinctu & appetitu, sicut visus coloratum cum colore? vade ad secundam speciem regulae C. Queritur sensitiua ex quo sentiat sensata? & respondendum est, quod quilibet sensus particularis sentiat suum obiectum sensibile, per formam specificam: sicut

sicut subiectum coloratum subsistens christallo, colorat ipsum; utrum sensitiua habeat quantitatem punctualem & linealem? & respondendum est quod sensitiua ita cito attingit obiectum de longe sicut de prope. Vtrum sensitiua sicut habet sensum communem, sic habeat communem potestatem, instinctum & appetitum? Queritur quid est sensitiua? sensitiua cum quibus est particularis & communis? Sensitiua ex quo viuit & nutritur? utrum sensitiua sit sensata? vade ad subiectum sensitiuae.

TEXTVS.

De quaestionibus vegetatiuae.

Vtrum vegetatiua agat per speciem suam? utrum vegetatiua habeat aliqua, ratione quorum sit communis & particularis, sicut sensitiua? utrum quantitas vegetatiuae sit punctualis vel linealis. Queritur quid est vegetatiua, & quid habet in se ipsa. Per secundam speciem regulae C. queritur vegetatiua ex quo viuit & nutritur, & crescit, & in quo subiecto est plantata? quid est mors vegetatiuae? vade ad subiectum vegetatiuae in quo solutiones praedictarum quaestionum sunt implicatae.

TEXTVS.

De quaestionibus Elementatiuae.

Quid est elementatiua? utrum elementatiua habeat multas species sicut sensitiua? utrum elementatiua habeat suos correlatiuos? utrum flamma candele elementet ellichnium lampadis in se ipsa, quando ipsum accendit? utrum flamma candele sic accendat ellichnium cum aere, sicut visus sentiat coloratum cum luce? utrum elementatiua, sit causa spiritualis, longitudo, latitudinis, profunditatis, & plenitudinis? utrum elementatiua sit communis species elementorum? utrum elementatiua possit esse in subiecto, elementis remotis ab illo? utrum ele-

elementatiua sic sors punctorum, linearum & figurarum? Vtrum elementatiua sic moueat se naturaliter cum suo instinctu & appetitu, leuitate, grauitate, caliditate, & huiusmodi: sicut homo se ipsum artificialiter cum pedibus suis? Vtrum elementatiua possit habere naturam absque correlatiuis substantialibus? Vtrum in elementatis elementa sint actus? Vtrum elementatiua habeat continuam quantitatem per omnia loca sub globo lunari? Vtrum sit duae caliditates, & duae siccitates, & duae albedines, & huiusmodi? solutio, vade ad subiectum elementatiue & abstrahas ab eo solutiones, cum intellectu conditionato & artificio per artem istam. Vtrum sit quintum elementum? & respondendum est quod non: in elementatis quidem sufficientur quatuor complexiones.

T E X T V S.

De quaestionibus, noni subiecti & vltimi quod est instrumentatiua.

SVperius iam fecimus quaestiones instrumentalitatis naturalis: hic autem volumus facere moralis. Queritur quid est moralitas? Queritur quid est Iustitia, Prudentia, &c. Item queritur quid est Auaritia, Gula, &c. vade ad nonum subiectum instrumentatiue: & agas secundum ibi est significatum per eius tractatum. Adhuc queritur, vtrum iustitia sit bona? & respondendum est quod sic, quia si non, tunc iniustitia non esset mala. Vterius queritur, vtrum iustitia habeat correlatiuos? & dicendum est quod sic; quia si non, iam non posset esse habitus, nec haberet aliqua in quibus esset sustentata & assuetata. Et sicut dicitur de istis, ita possunt fieri quaestiones de iustitia per omnia principia sua, & regulas. Et sicut dictum est de iustitia, ita potest dici de alijs habitibus virtuosis. Vtrum vicia simpliciter sunt principia priuatiua? & respondendum est quod sic: nam ipsa cum virtutibus, nullam convenientiam habent. In virtutibus

bus quidem agens & agibile & instrumentum, adinuicem habent concordantiam in obiecto virtuoso. Et haec de moralibus sufficiant causa breuitatis: maxime quia in Arte Magna de ipsis largius per tractauimus.

T E X T V S.

De quaestionibus centum formarum.

Questiones centum formarum tot modis fieri possunt, quot quaelibet forma est differens in nouem subiectis: sicut entitas, &c. quae est vna forma in Deo, & alia in Angelo: & alia in caelo, &c. sicut quando queritur, Vtrum entitas Dei sit principium ad omnes entitates: & respondendum est, quod sic: eo quia sua bonitas est principium ad omnes bonitates, & sua magnitudo ad omnes magnitudines, & sua aeternitas ad omnes durationes. Hoc autem non potest dici de entitate Angeli & caeli, &c. & ideo forma secundum quod est diuersa ab alijs, est discursiua cum suis principijs & regulis. Queritur vtrum essentia & esse conuertantur? & respondendum est, quod in Deo conuertuntur: in Deo enim nihil est superius nec inferius: sed in Angelo, & caelo, &c. non conuertuntur, eo quia esse in illis est per essentiam & non econuerso; & ideo in talibus essentia est superius, esse autem inferius.

Quaestiones per vnum modum fieri possunt de unitate Dei, & per alium modum de unitate Angeli, & per alium modum de unitate caeli, &c. sicut quando queritur vtrum competat unitati Dei vnire infinitum; & respondendum est quod sic: nam absque vnire infinito, ipsa unitas non posset esse infinita: eo quia sua potestas esset finita & ligata: & in aeternitate esset otiositas. Et sic posset dici de diuina bonitate, & magnitudine, &c. quod est impossibile. Si autem queratur de unitate Angeli, vtrum ei cõpetat vnire? & respondendum est secundum conditiones suas

sua unitatis; videlicet quod vnus Angelus cum alio vnit, vnum loqui moraliter obiectiue, vnum amare, vntū intelligere, vnum bonificare: non dico quod vnus Angelus vniat alium Angelum: quia non potest vt iam dictam est, nec etiam vnum cælum potest vnire aliud cælum: sed effectiue unitas cæli causat unitates inferiores: de unitate autem hominis non est sic, nam vnus homo potest vnire alium hominem generando alium: & sic de alijs suo modo. Queritur vtrum in Deo sit pluralitas: & respondendum est quod sic, respectu suorum correlatiuorum per secundam speciem regulæ C. significatorum, sine quibus non potest habere in se infinitam & æternam operationem, bonificando, magnificando, æternificando, &c. & sic essent ligatæ & otiose sua rationes quod est impossibile. De pluralitate autem Angeli non est sic: nam Angelus compositus est exteius & bilibus, respectu simplicitatis diuinæ: & similiter cælum iā est magis compositum, quam Angelus, & homo quam cælum. Queritur vtrum in Deo sit natura: & respondendū est quod sic, vt habeat naturale recolere, intelligere, & amare, & etiam naturalem bonitatem, magnitudinem, &c. & vt ipse rationes sint ei naturales, quod producat bonum infinitum & æternum, vt competat ei naturare. De natura autem Angelica non est sic nam finita & noua est: veruntamen ei competit naturare, eo quia habet species innatas naturales, cum quibus obiectiue & naturaliter obiectat. Et sic de natura cæli potest dici secundū suum modum, & etiam secundum sua principia & regulas naturales & specificas, cum quibus naturaliter & specificè agit. Et sic de natura aliorum subiectorum potest dici suo modo. Per ea quæ dicta sunt supra, potest artifex facere quæstiones de cæsum formis, & soluere eas secundum quod quæstiones diuersimode tractantur & deducuntur per nouem subiecta intrase differentia, seruando cuilibet formæ suam diffinitionem quam

supe-

superius dedimus. Et in isto pasu cognoscit intellectus per quem modum est valde generalis ad faciendum multas quæstiones, & soluendum illas per illum modum, qui est in euacuatione tertie figuræ; & in multiplicatione quartæ figuræ, & ideo quis posset numerare quæstiones & solutiones quæ fieri possent. Et hæc de quæstionibus centum formarum sufficiant causa breuitatis.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN ista parte quæ est de applicatione artis per quæstiones, nolimus singulariter in quolibet textu explicando immorari; tū quia super cresceret nimis consideratio nostra, tum etiam quia author satis diffuse & clare loquitur; ita vt per quamlibet partem sese satis manifestet; ob quam causam nos quoque eas quasi in vnam reduximus obseruationem. Aduerte tamē quod ad applicationem istarū quæstionum minutarum, non requiritur totale illud artificium, quod supra innuimus in explicandis quæstionibus, tā in philosophia, quā iure & alijs propositis; sat est in præsentimouere, & excitare quæstionem, & eam soluere per contenta in literis, aut ad easdem literas ad quas reducitur remittere; quod author noster facit in præsentim, agitando quæstiones per omnia loca & subie-

cta artis, quas ipse aliquando soluit, aliquando solutionem earum remittit ad literas, vel loca artis.

Qui modus applicationis vtilissimus est, nam per eum intellectus maiorem acquirit scientiam, de vno subiecto, aut materia. Vt si verbi gratia agitur de Deo, potest facere quæstiunculas per primam figuram, per secundam, per tertiam, per quartam, per diffinitiones & regulas, per tabulam per euacuationē tertie & quartæ figuræ; per mixtionē principiorū; per ordinē & deductionem subiectorū, & per centū formas. Quo pacto apparet latissimus & amplissimus cæpus quærendi, tā de Deo secundum suam diuinitatem & substantiā, quam de quolibet eius attributo, aut de alio subiecto naturali, morali, virtuoso, & virtuoso & artificiali.

Qui modus faciēdi & multi-

plicandi quæstiones, facilimus est ei qui intelligit methodū datam in alphabeto, & in reliquis partib⁹ artis: quas in quolibet proposito transcurrere potest quiuis, mouēdo & excitando quæstiones secūdu^m progresum & artificium in eis signatū. Hoc pacto considerādo regulā illā iuris canonici (nō dimittitur peccatū, nisi restituatur ablatū) applicabimus per modū quæstionis eā ad omnia loca & subiecta artis, solū faciēdo in quolibet loco vnam quæstionē, per quem modum possunt fieri aliæ innumere, vt patebit bene intuenti, qui primo prædictā regulā reducere debet ad literas alphabeti, quæ in præsentī sunt B.G.H. in B. enim cōtinentur restitutio, quæ est iterata statutio rei ad statū iustitiæ, & ablatū quod est bonū; dimissio vero seu liberatio, pertinet ad G. seu ad voluntatē; peccatū autē quia contrariū est virtuti ad literā H. reduce mus, sub qua ipsa vir tus continetur.

Vbi apparet secūdu^m methodū supra signatā quæstionem prædictā, ad quartā figurā; ad tabulā, & multiplicationē quartæ figuræ, per tres literas in ea positas spectare: sed quia vt

diximus tales quæstiones quæ plures habent literas, refferri possunt ad vnā literam, vel ad duas, vel ad plures: ideo facta reductione per alphabetū, modo prædicto, potest quis in eodē alphabeto quæstionē excitare dicēdo, vtrū bonū ablatū sit restituendū? Ad quod respōdetur affirmatiue; quia quod iniuste ablatū est, requirit & petit iustitia, vt proprio domino redatur, aliter nō esset maior dominū & iustitia in vno quā in alio. Et quæadmodum facta est prædicta quæstio, per primam literam alphabeti, poterit fieri & multiplicari per alias, vtrum scilicet tota magnitudo rei quæ ablatā est sit restituēda? sic etiam si tenetur restituere rē tanto tēpore durabilem? tantū potentē? & ita de alijs principijs.

In prima figura fit quæstio, per cōparationē principiorū quæ in ea cōparātur absolute. Vtrū scilicet faciēda sit restitutio bona & magna de bono magno? In secūda figura, vtrū restitutio fieri debeat secūdu^m differentias & concordantias rei ablatæ? In tertia figura, quæ est per cōparationē quatuor principiorum absolutorū, & relatorum, vtrum faciēda sit resti-

restitutio de bonis ablatis secundū omnes differētiās perfectiōnis quæ erāt in eis? In quarta figura, vtrum faciēda sit restitutio, relinquendo libera omnia bona ablata, cum omnibus effectibus & operationibus quæ ex eis proueniunt? Per definitiones vtrū debeat fieri cōmunicando eadem bona vel diuersa? Per regulas & principaliter per primā, vtrū faciēda sit restitutio bonorū non desideratorū a domino, nec habentium virtutem ad producendū aliquid vtile? Per euacuationem tertiæ figuræ, vtrum faciēda sit restitutio maxima omnium bonorū? Per multiplicationem quartæ figuræ, vtrum faciēda sit restitutio bonorum parui præcij & estimationis? Per mixtionem principiorum, vtrū faciēda sit restitutio magna durabilis & potens & ordinata? Per deductionē subiectorū, vtrū præcipiat Deus talē restitutiōem? Vtrū Angelis placeat? Vtrum cœlo sit accepta? Vtrum sit cōsentanea rationi? Vtrum possit imaginari contrarium talis restitutiōnis? Vtrum omnis Ecclesia sentiat talē restitutiōnem esse faciēdam? Vtrum si-

netali restitutiōne anima viuat? Vtrum omnes quatuor virtutes cardinales possint cōseruari sine restitutiōne? Vtrū restitutio sit instrumētum & via ad salutem? de inde per ceterum formas, vtrum eadem entitas quæ ablatā fuit sit restituēda & ita per reliquas nonaginta nouem. In quibus apparet mirabilis modus multiplicandi quæstiones per loca artis, & modus soluendi eas, secundum significata literarū & cōtēta sub eis, ad quas reducuntur: nos autem non dissolui mus eas quas excitauimus, quia id facile est cuique intelligenti methodum artis, & habenti præoculis contenta in literis, neue super crescat ultra debitos limites breuitatis cōsideratio nostra, sat fuit innuisse methodum clarā & manifestam, qua in quolibet proposito vti possumus ad multiplicandas & soluendas quæstiones, tam eas quæ sunt extra artem, quam illas quæ intra artem mouentur: quod deseruiet pro exemplo in ista parte de applicatione quæstionum.

(.?)

C c 2 C d

CAPVT QVADRAGESIMVM SEXTVM,
in quo notatur modus exercendi intellectū per loca artis, &
adquirendi habitum circa illa quæ in ea considerantur.

TEXTVS.

De duodecima parte, quæ est de habituacione.

Hæc pars de habituacione huius artis est, & ipsa diuiditur in tres partes, quarū prima est de tredecim partibus, in quas hæc ars est diuisa. Et illas artista huius artis debet habituare, & ipse sciat applicare quæstionē ad illū locū, seu loca quæstionis dispositū, seu disposita secūdū proportionē materię quæstionis. Secunda pars est, quod habituet modū & processū textus huius artis, tenendo modum textus ad probandum & soluendū quæstiones peregrinas, illo modo per quem sunt explicatę in textus, sicut vnum exēplū quod per aliud est exēplificatū & declaratū. Tertia pars est, quod ipse habeat modū multiplicandi quæstiones & solutiones, ad vnā & eandē conclusionē, vt per tertiam & quartam figuram & tabulā significatum est. Et hæc de habituacione sufficiant causa breuitatis.

EXPOSITIO TEXTVS.

AD explicationē huius duodecimę partis, oportet obseruare quod terminus ille habituatio, nihil aliud significat, nisi habitū cōparare, de his quę in arte docētur; tali modo quod multoties professor huius artis, recurrat ad loca eius, & exerceat iuxta methodū in eis traditā suū intellectum, intelligēdo & notādo, primo artificii præscriptū in eo

loco, regulādo deinde multotiesq; iterādo considerationes suas, tā in subiectis artis quam in quibuslibet alijs extra artē possitis. Quę admodum enim in alijs scientijs & artibus, nō sufficit artificium comprehendere & notare, sed operari multoties per regulas talis artis, ita quoq; in hac nostra cōtingit, quæ requirit vt professor illius singula loca notet & ad-

& aduertat, & per ea methodū sibi præscribat, secundum quod in tali loco potest apparere; ita vt in alphabeto generalem illius collectionem omnium terminorū notet; in prima figura cōbinationem absolutorū principiorum; in secunda respectiuorū triangulationem; in tertia duplicationem principiorū; in quarta triplicationem; in diffinitionibus modum diffiniendi; in regulis regulationem & directionem secundum formalitates earum; in tabula multiplicationē rationum; in euacuatione tertię figurę duodenarium numerū rationum & viginti quatuor quæstionum; in euacuatione quartę figurę modum ellicendi triginta propositiones & media & nonaginta quæstiones; in mixtione principiorū eorundem, in binario, ternario, quaternario, & alio maiori numero, coniunctionem; in deductione subiectorum respectum ad talia subiecta; in applicatione modum applicandi per quindecim modos supra signatos.

Quæ loca qui diligenter cōsiderauerit & per ea considerationem suam regulauerit,

acquiret perfectum habitum huius artis. Obseruare tamen debet secundam conditionē habituacionis quam author tradit, nempe quod habituet se quis secundum modū & processum textus, tam probando quā soluendo quæstiones proprias huius artis, aut peregrinas; sicut vnum exemplum (vt ipse dicit) exemplificatur & declaratur per aliud. Quod maxime tenendum est memoria, nam qui non seruant hanc regulam, cū non habeant præfinitum & determinatum modum ad considerandum, loquuntur sine arte & modo, nec istud artificii penetrare possunt. Quod vt aduertat magis professor artis, proponit ei author in tertia parte huius habituacionis, vt habeat modum multiplicandi quæstiones, & solutiones ad vnā & eandem conclusionem, prout significatum est in tertia & quarta figura & in tabula, quem etiam modum nos in omnibus partibus Artis, & præcipue in præcedenti satis demonstrauimus,

vt patebit in-
tuenti.

(?)

Cc 3. Cap.

CAPVT VLTIMVM, IN QVO PRAESCRI-
bitur Magistro docenti hanc artum quadruplex modus
observandus, vt bene doceat discipulos suos, & conditiones
quæ in discipulis requiruntur, manifestantur; & in exposi-
tione textus amplius declarantur; & aduertitur conti-
nuatio huius Artis generalis cum arbore scientiarum, seu
philosophia generali & multiplici eius metodo à nobis
confestim edenda.

T E X T V S:

De decima tertia parte, quæ est de modo
docendi hanc Artem.

Pars ista diuiditur in quatuor partes. Prima est, vt artista
bene sciat alphabetum corde tenus; & figuras, diffinitiones
& regulas, atq; assituationē tabule. Secunda pars est, vt ipse de-
clareat bene textum scholaribus rationabiliter, & non liget se cū
authoritatibus aliorum. Et quod scholares perlegant textum:
& si dubitauerint in aliquo, petant ab Artista siue à Magistro
illud. Tertia pars est quod magister siue Artista faciat quæstio-
nes, coram scholaribus & soluat eas rationabiliter, secundū ar-
tis processum, nam absque ratione artista nō potest bene vti ista
arte. Vnde sciendum est, quod hæc ars tres amicos habet: videli-
cet subtilitatem intellectus, & rationem, & bonam intētionem;
sine istis quidem tribus, hanc artē nullus addiscere potest. Quar-
ta pars est quod Artista faciat scholaribus quæstiones, vt ipsi de
illis respondeant; & dicat illis quod multiplicent rationes ad
vnam & eandem conclusionem. & adhuc inueniant loca, quo-
rum ratione sciant respondere, & rationes multiplicare: si ve-
ro scholares nesciant respondere, nec rationes multiplicare, nec
loca inuenire: tunc temporis Magister doceat scholares de
prædictis.

De fine

DE fine huius libri, ad honorē & laudem Dei, & publi-
cæ vtilitatis, finiuit Raimūdu Lullius, hūc librū Pis-
fis, in Monasterio Sancti Dominici, in mense Ianuarij,
anno 1307. Incarnationis Domini nostri Iesu Christi cui
sit laus & honor per infinita secula seculorum. AMEN.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN decima tertia & vltima
parte artis, explicat author
modum quē debet obseruare
qui eā docet, per quatuor ani-
maduersiones. Quarum prima
est vt Doctor seu Magister eius
sciat bene alphabetū & me-
moria illud teneat, figuras,
diffinitiones & regulas, atq;
assituationē tabulæ bene cal-
leat; quod ideo dicit quia hæc
sunt velut prima fundamēta,
sine quib⁹ impossibile est per
artē discurrere. Ad hæc enim
loca quasi fere semper omnes
cōsiderationes scientiarū re-
feruntur, & radicalē sui cog-
nitionem & notitiam in eis ha-
bent, cum tam simplex confi-
deratio singulorum princi-
piorum, quam multiplex per
variā mixtionem eorum, in
prædictis locis contineantur,
à quibus aliæ quæ sunt ultra
tabulam deriuari videntur.

Secunda animaduersio est,
vt magister docens hanc artē,
declaret bene textū scholari-
bus, & non liget se cū authori-

tatibus aliorū, quod Deo fauē
te credimus factū fuisse in præ-
cedenti explicatione artis. In
qua à perre veritatē eius sine
aliorū testimonio propalau-
mus, in qua nullomodo ab in-
tentione authoris & textu dis-
cessimus; sciētēs quod qui à re-
gula & intētionē cuiusq; autho-
ris discedunt, ab eius doctrina
& mēte deuiāt, nec qui se alio-
rū authoritatibus philosophi-
cis ligāt, possunt res certo in-
telligere, cū veritas nō secūdū
hominū opinionē in naturali-
bus, sed secūdū sui naturā cog-
noscēda sit. Per hæc vero artē
nō traditur regula & doctrina
ad credendū simpliciter homi-
nūdicta, vt cōtingit eis, qui per
varias opiniones res confide-
rant & tractant, quos in va-
ria, secundum varietatē intel-
lectuum sentiētīū diuersa, mo-
ueri & trahi est necesse; sed me-
thodus certa sciētifica aperi-
tur per quam res intelligun-
tur ex natura rei sine testimo-
nijs & opinionibus aliorum

authorum, quos licet in expositionibus sacræ scripturæ & declarationibus fidei, conciliorum & autoritatum sanctorum Patrum artista noster debeat venerari & cū eis cōsentire, tradens semper intellectum in obsequium fidei, tamē quoscūq; alios philosophos aut humanos scriptores, non aspicit tanquā infalibiler veridicos, sed eorum dicta rationibus & methodo artis experitur, quod dictum sit, vt quisq; animaduertat per hanc artem, & per methodū traditam in expositione regulæ vtrū, dari modum quo inter diuersas authorum opiniones cognoscatur veritas, & apprehendatur id quod queritur, quod nulla alia ars ex his quæ communiter in scholis docentur, poterit euidentius & breuius manifestare: ob idq; hæc ars dignior & sublimior alijs debet censeri.

Tertia animaduersio est, quod Magister siue artista faciat quæstiones, coram scholaribus & soluat eas rationaliter secundum artis processum, quod ideo aduertit vt ipsi auditores, per hunc modū se asuefaciant discursui & me-

thodo artis, quæ cum sit directorium generale intellectus oportet, vt secundum ipsum & eius regulas ordinetur homo & reguletur in considerationibus rerum. Quādo enim intellectus sine methodo & regula procedit, grauatur nimis, vt apparet in his qui argumentantur solo ductu & vi discursus naturalis, quia tunc cum non habeant neq; ad arguendum, neq; ad respondendum parata generalia principia & regulas, deficiunt multoties, nec possunt multū progredi. Artista vero huius artis equalibus viribus naturæ præditus, vltius multum per regulas & principia seu generalem istam methodum procedit. Quem defectum in me ipso considerās, post quā Theologiam publicè interpretatus sum, & vtrumque ius a viris doctissimis audiui, & has sciētiās aliasq; naturales, quæ cōmuniter circumferuntur scrutatus fui; videns quod si noua aliqua quæstio & doctrina, præter eas quas professus fueram sese offerret, aut dū cum alijs rationibus contenderem, me dijs destituerer: animaduerti dandam esse aliquam artem gener-

generalē, quæ professorem cuiusque artis particularis dirigeret; quam non esse Mathematicā, nec Logicam, nec aliā præter istam, superius probauimus. Ob idq; huic supremæ arti danda est palma, quæ generaliter prouidit intellectui supplēdo in quolibet casu defectus eius, tribuens regulas & methodū generalem ad bene & scientificè ratiocinandum. Quod faciet ille qui recte instructus hac arte fuerit, qui tres debet habere cōditiones.

Prima est vt subtilitatē intellectus fortitus seu nactus sit; rationem etiam, seu discursum bonum habeat, & bona intentione procedat; sine quibus impossibile est artem istā addiscere vt magnus iste Doctor aduertit, qui in Arte Magna tres ponit gradus, intellectuum seu ingeniorum, vnū bonū; alterum meliorē; tertium optimū. Secundum quos istam scientiam dicitur habere tres gradus ad addiscēdum; homo enim (vt ibi author noster tradit) habens intellectum optimum & fundatū in Logica & in naturalibus, si adhibuerit diligentiam, poterit hanc Artē scire duobus mensibus, vno

pro theorica & alio pro practica; homo vero habens intellectum minus bonum fundatum in logica, & in naturalibus, poterit ipsam scire quatuor mensibus, duobus pro theorica & duobus pro practica; ille vero qui habet intellectū subtilē & bonū in gradu positiuo, fundatū in Logica & naturalibus cū bona diligentia poterit ipsam scire medio anno, videlicet tribus mensibus pro theorica, & tribus mensibus pro practica, & si nō poterit addiscere isto tēpore signum est quod habet rudem intellectum, nec adhibet debitam diligentiam, aut est occupatus in alijs, & talis homo nunquā poterit addiscere ipsam.

Quarta animaduersio est, prout author notat in textu, vt artista seu Magister docens hanc artē, faciat scholaribus quæstiones, vt ipsi de his respondeant, & dicat discipulis; quod multiplicēt rationes ad vnā & eandē conclusionē, & adhuc inueniāt loca, per quæ sciāt respōdere & multiplicare rationes, & si hæc nescierint discipuli facere, magister illos doceat methodū, qua hæc fieri possunt, patienter eos inter-

rogādo & suauiter instruēdo; & hic finitur cōsideratio propria & explicatio artis breuis.

Ex his inferuntur duo generalia cōsectaria, alterū respectu opinionis hominum circa hāc artē & doctrinam, mirabilis Doctoris Raimūdi, alterū respectu cōtinuationis huius Artis, cū arbore scientiæ; quam idem author cōposuit, ad demonstrandā praxim methodi quæ in ista docetur.

Primo igitur inferitur, non bene iudicasse illos, qui doctrinā & modum procedendi huius artis, cōtrariari doctrinæ & methodo aliarū artium, & scientiarū quæ in scholis communiter docentur affirmarūt, quod tātum abest ā veritate vt contrarium totaliter in arte & in explicatione ei⁹ appareat, imo maxime iuuat quamcūq; artem, & scientiā, & eam methodice disponit, quod eo deseruit vt confusionem quam multi destituti istā arte patiūtur & sentiunt in suis facultatibus, per eā possint euitare, & ordine methodico & scientifico procedere, & sua quilibet tractare, & per hāc artē quasi in infinitū (cū voluerit) multiplicare. Nulla enim est alia, quæ

tot, & tāta inueniat & faciliori & breuiori methodo disponat si quis illa bene vti sciuerit:

Secundo inferitur, quod cū hactenus tradita sit methodus generalis, ad discurrendum & loquēdum de omnibus rebus, & theorica eius explicata fuerit; restat vt deinceps materia supra quam exerceatur & demonstretur methodus aduertatur; quam idem author tradit in libro intitulato arbor scientiæ, seu philosophia generalis, in cuius expositione & declaratione Deo dāte mirabiliter & clarior methodus ista demonstrabitur à nobis tradeturq; generalis cognitio omnium sciētiarū, quaquisq; præditus possit ductu illius in facultate quā professus fuerit multum proficere, vbi apparebit nouus philosophandi modus per decē & sex particulares methodos applicabiles ad quatuordecim generalia subiecta quæ in mūdo reperiūtur in quo null⁹ alius author hactenus laborauit. Et hæc de arte breui, & de eius explicatione sufficiāt, ad laudē & gloriam Dei omnipotentis & Sacratissmæ Virginis matris Marię, & omnium Sanctorum. AMEN.

TABV-

T A B V L A E T

COORDINATIO CAPI

tum quæ in præfenti libro continentur.

- C**aput primum, in quo apponuntur decem generales obseruationes. & quasi abreuiatæ præfationes, ad intelligentiam artis necessariæ. pag. 1.
- Caput secundum in quo incipit artis textus, & generalis intentio authoris in ea describitur, & in quas partes ars ipsa diuidatur ostenditur. pag. 7.
- Caput tertium, in quo per quatuor animaduersiones, titulus artis, inuocatio authoris ad Deum & eius finis in toto opere & ad quæ se extendat deprehenditur. pag. 10.
- Caput quartum, in quo textuale artis alphabetum ponitur omnes generales terminos quibus in arte & extra artem loquimur comprehendens. pag. 11.
- Caput quintum, in quo textualis alphabeti methodus declaratur, & ad quem modum delineandum sit ostenditur, vt cuiuslibet proposito deseruiat. Quintuplex etiam eius vsus ad reducendas omnes quæstiones ad has literas, ad diuidendum, diffiniendum, ad argumentandum, & discurrendum de qualibet re proposita manifestatur. pag. 13.
- Caput sextum, in quo prima figura artis quæ absoluta cōtinet principia entis textualiter describitur. pag. 19.
- Caput septimum, in quo declaratur textus primæ figuræ artis, mathematica scilicet descriptio contenta in ea, & finis eiusdem cum exemplo & quæstione, vttrum Deus sit perfectus. pag. 21.
- Cap. octauum, in quo ponitur textus secundæ figuræ, in tres triangulos & nouem angulos diuisæ, vbi apparet sub quolibet

- bet triangulo omnia contineri, & quemlibet angulum esse velut scalam per quam intellectus ascendit & descendit per omnes gradus entis. pag. 31.
- Caput nonum, in quo declaratur textus secundæ figuræ, & tres eiusdem usus particulares cum alio quarto generali demonstrantur, cum exemplo & questione utrum relatio distinguatur a fundamento. pag. 35.
- Caput decimum, in quo ponitur textus ostendens progressum & intentionem tertiæ figuræ, per combinationem & connexionem eorum que continentur sub duabus litteris. pag. 47.
- Caput undecimum, in quo explicantur tres principales usus tertiæ figuræ, & in questione utrum perfectior sit vita contemplatiua quam actiua latissime demonstrantur. pag. 49.
- Caput duodecimum, in quo traditur textus quartæ figuræ per tres litteras & earum significata circulariter procedens. pagina. 64.
- Caput decimum tertium, in quo explicatur textus quartæ figuræ & triplex eius usus detegitur, & in duabus questionibus de processione Spiritus Sancti in Deo, & restitutione faciendâ in particulari casu aperitur. pag. 66.
- Caput decimum quartum, in quo traduntur textuales diffinitiones decem & octo principiorum artis, per quas cupiens artem addiscere procedere debet. pag. 91.
- Caput decimum quintum, in quo diffinitiones artis generaliter explicantur & quomodo multiplicari & extendi possint in quolibet proposito aperitur, qua etiam ratione termini propofiti in questione per diffinitiones declarari & multiplicari debent aduertitur, & questione de necessitate artis & alia morali, usus manifestatur. pag. 93.
- Caput decimum sextum, in quo generalis notitia regularum per textum traditur, & idem qualiter intelligendus sit aduertitur. pag. 117.

Caput

- Caput decimum septimum, in quo textualis regulæ utrum intelligentia exaratur, & eius usus in quolibet proposito qualiter habendus sit, per quatuor necessarias obseruationes manifestatur. pag. 118.
- Caput decimum octauum, in quo primo traditur textus explicans secundam regulam quid, & eius quatuor species. Deinde detegitur quadruplex eius usus, ad diffiniendum res omnes per esse totale, parziale, inclinationes, & actus earum. pagin. 125.
- Caput decimum nonum, in quo textus regulæ de quo manifestatur, & eius usus ad demonstrandum à posteriori, à priori & per equiparantiam aduertitur, omnesque naturæ generales gradus explicantur, & quomodo per eos Theologizandum sit quadrupliciter ostenditur. pag. 132.
- Caput vigesimum, in quo textus regulæ quare, traditur, & species eius explicantur, tria quoque exempla circa eam aducuntur, & quo pacto ad omnes questiones per quare factas respondendū sit aperitur: quomodo etiam quis possit unum, vel plures libros facere; & ex tempore dicere, aut epistolas cōscribere, & Theologus in casibus cōscientiæ respondere, & Iurisperitus in sua professione allegare, Rogatus quoque in pace, & miles in bello consiliari, & homo in suo casu & tempore orare. pag. 144.
- Caput vigesimum primum, in quo textus regulæ quantum, notatur, & quomodo cognoscenda sit substantialis, & accidentalis quantitas in rebus materialibus & spiritualibus aperitur. pag. 158.
- Caput vigesimum secundum, in quo textus regulæ quale manifestatur, idemque breuissime explicatur, & qua ratione qualitatis cognitio haberi, ampliari & dilatari possit, in materialibus & spiritualibus rebus, anima scilicet Angelo & Deo aduertitur. pag. 167.

Caput

Caput vigesimum tertium, in quo textus regulæ de modalitate & instrumentalitate, seu cum quo ponitur, & quo pacto intellectus per quatuor species seu considerationes pereas in quolibet ente discurrere possit ostenditur, querendo modalitates, & instrumenta eiusdem entis, quod in naturalibus moralibus, & artificialibus instrumentis demonstratur. pag. 175.

Caput vigesimum quartum, in quo traditur textus regulæ de quando, quæ durationem rerum querit, & in eius explicatione quomodo temporalia, æterna, & eterna, nostro modo cognoscantur durare, aduertitur. pagina 197.

Caput vigesimum quintum, in quo aduertitur textus regulæ octavæ, quæ tractat de modo cognoscendi locum omnium rerum, & in eius explicatione afferuntur exempla demonstrantia, quo pacto materialia, & immaterialia sint in loco. pagin. 207.

Caput vigesimum sextum, in quo ostenditur præter particulares usus cuiusque regulæ, esse alios generales per omnes regulas, & in particulari quæstione de necessitate ministrorum Ecclesiæ aduertitur quomodo omnis quæstio per regulas multiplicetur, & declaretur, titulus etiã quæstionis per species regularum deducatur, cui coniunguntur alij quinque generales usus regularum, & modus interpretandi omnes libros. pag. 213.

Caput vigesimum septimum, in quo agitur de tabula generali, seu modo extrahendi viginti rationes, viginti quæstiones & eorundem solutiones, ex qualibet camera quartæ figuræ, & quomodo hæc multiplicentur, & dilatentur intra & extra principalem quæstionem, quadam de iure agitata & mota exemplariter demonstratur. pagina. 248.

Caput

Caput vigesimum octavum, in quo docetur textus evacuationis tertie figuræ, & eruitur inde quadruplex methodus educendi ex una sola camera & duabus literis, duodecim propositiones, duodecim media, totidem rationes, & viginti quatuor quæstiones cum suis solutionibus, & ea omnia multaq; alia in sola una quæstione medica, pro exemplo posita, aduertuntur. pag. 267.

Caput vigesimum nonum, in quo traditur textus de multiplicatione quartæ figuræ, & explicatur in eo quadruplex usus deducendi triginta propositiones, triginta media, triginta rationes, nonaginta quæstiones & earum solutiones sub tribus literis, modusque innuitur ad multiplicandam quæstionem principalem motam per alios diuersos modos. pagina 285.

Caput trigesimum, in quo traditur modus aplicandi artem ad quamlibet scientiam, & in philosophia naturali quasi generali exemplo demonstratur, ac proinde eadem methodo aduertitur quo pacto aliæ scientiæ sciri facilius, & ad aliquid possint. pag. 305.

Caput trigesimum primum, in quo traditur textus aduertens quomodo principia decem & octo comparari possint & misceri, ut eorum habeatur notitia deducendum per reliqua, faciendo secundo deductionem per regulas: circa quod adducitur exemplum ex Arte Magna de bonitate comparata cum alijs principijs, & deducta per regulas, ut tale artificium magis deprehendatur, in particulari exemplo de poenitentia indicatur, qua ratione quodlibet particulare propositum per eadem principia & regulas quasi in infinitum duci possit, quo etiam pacto innumerabiles conciones & tractatus de una & eadem re habeantur, qua itidem ratione discipuli audita à Magistro lectione possint per se ipsos innumera alia extendere & plura scire explicatur. pag. 310.

Caput

- Caput trigessimum secundum, in quo incipit consideratio subiectorum artis, ad quæ omnia subiecta alia reducuntur, ubi tractatur de conditionibus requisitis ad deducenda omnia subiecta per principia & regulas. pag. 321.
- Caput trigessimum tertium, in quo breuiter explicatur in textu natura & essentia Dei ab authore, nos quoque per modum exempli, & ad extensionem praxis huius loci, Deum breuissime & summarie per principia & regulas deducimus. pag. 325.
- Caput trigessimum quartum, in quo textus tractans de natura Angeli traditur & per eum & illius expositionem quomodo Angelus & eius essentia detegatur, & operationes eius manifestentur aduertitur. pag. 331.
- Caput trigessimum quintum, in quo tractatur de natura cæli & textus ab authore de hac re traditur & explicatur. pag. 333.
- Caput trigessimum sextum, in quo agitur de natura & substantia hominis, & qua ratione eius consideratio multiplicari possit manifestatur. pag. 334.
- Caput trigessimum septimum, in quo natura imaginatiue varie consideratur, eiusque definitio & proprietates tam in esse, quam in operationibus describuntur. pag. 335.
- Caput trigessimum octauum, in quo aduertitur essentia nature sensitivæ, & eius variegationes generaliter notantur, & qua ratione de ea copiosa haberi possit cognitio indicatur. pag. 338.
- Caput trigessimum nonum, in quo de subiecto septimo, seu vegetatiua sermo habetur, & eius natura & operationes per principia designantur. pag. 340.
- Caput Quadragesimum, in quo de natura elementatiua tractatur, & textus de hac re loquens explicatur, quo etiam pacto augeri possit eius consideratio aperitur. pag. 342.
- Caput quadragesimum primum, in quo traditur textus de nono

- nono subiecto seu instrumentatiua, generaliterque manifestantur definitiones virtutum & vitiorum, & in expositione ibi facta indicatur, instrumenta omnia reduci ad naturalia, artificialia & moralia, quorum considerationem haberi & dilatari posse in immensum per particularem figuram ibi signatam notatur, si admodum quo in eodem loco Ecclesia consideratur, quacumque alia entia tractentur. pag. 345.
- Caput quadragesimum secundum, in quo traditur generalis doctrina de applicatione facienda intra & extra artem in quolibet proposito, & in quas partes ea que fit intra artem diuidatur, cui etiam multa synonyma, seu potius adiuncta ad facilius applicandum nimis conducentia, & contraria eiusdem per ordinem principiorum, absolutorum & respectiuorum recensentur. pag. 354.
- Caput quadragesimum tertium, in quo annotatur tredecim modi particulares applicandi ad singulare propositum, desumpti ex Arte Magna ad explanationem & ampliorem manifestationem eorundem locorum, que in Arte breui traduntur, ut magis cuiusque loci applicatio percipiatur. pag. 361.
- Caput quadragesimum quartum, in quo enumerantur centum generales formæ, per quarum considerationem ars, & ipse possunt exerceri, & applicari, doceturque per particularem discursum de Sacramentis, quomodo quis de alijs rebus loqui possit per eas, & qua methode quolibet particulari discursus in qualibet formalitate augeri & ampliari methode potest. pag. 373.
- Caput quadragesimum quintum, in quo traduntur diuersi textus artis breuiter explicantes varios modos faciendi & soluendi questiones per loca artis, qui ultimo generaliter explicatur, & per exemplum morale de restitutione aduertitur

tur quomodo possit quælibet quæstio multiplicari, & dissolui per hanc methodum. pag. 386.

Caput quadragesimum sextum, in quo notatur modus exercendi intellectu. Etum per loca artis, & acquirendi habitum circa illa quæ in ea considerantur. p. 404.

Caput quadragesimum septimum, in quo præscribitur Magistro docenti hanc artem modus quadruplex seruandus, ut bene doceat discipulos suos, & conditiones quæ in discipulis requiruntur manifestantur, & in expositione textus amplius declarantur. & aduertitur continuatio huius artis generalis, cum arbore scientiarum, seu philosophia generali, & multiplici methodo a nobis confestim edenda. p. 406.



INDEX RERVM PRIN-

cipalium quæ in hoc libro tractantur.

A.

- A**eterna quomodo considerentur per artem. pag. 203.
 Aeternū quid sit, & quopactogernitas cognoscatur. p. 204
 Aequalitatis adiuncta & contraria. pag. 362.
 Alphabetum in Arte, quare tradatur, & quæ contineat. pag. 12.
 Alphabetum quid significet in arte. pag. 13.
 Alphabetum includit sex rerum nouenarios, & quid sint. p. 14.
 Alphabeti figura ad memorandum & discurrendum. pag. 15.
 Angeli notitia quomodo per artē haberi maxime possit. p. 166.
 Animæ cōsideratio per esse, viuere, sentire, & intelligere quasi im-
 mensa per artem demonstratur. p. 164. & duabus sequentibus.
 Angelus quid sit & quomodo cognoscatur. pag. 331.
 Applicationes artis quindecim ex Arte Magna. p. 362. & sequēt.
 Applicatio artis quid sit, & quotuplex pag. 356.
 Artem naturalem, & generalem dari probatur, pagina 1.
 Ars naturalis quid sit, & quid intendat. pag. 1.
 Ars naturalis de quibus agat. pag. 4.
 Ars naturalis prius addiscenda. pagina 7.
 Ars generalis incipit cum natura sicut & aliæ scientiæ. pag. 8.
 Ars naturalis diuiditur in tredecim partes in textu. p. 10.
 Ars breuis quare hoc nomine insigniatur. pag. 10.
 Ars ista, & opera authoris quare a multis despiciantur p. 11.

B.

- B**eati qui non sint, & qui sint beati. pag. 242. & sequentibus.
 Bonitas deducta per principia ex Arte Magna. pag. 312.
 Bonitas deducta per regulas ex Arte Magna. pag. 314.
 Bonitatis adiuncta, & contraria eidem, ad reducendum. p. 357

C.

- C**ausa conscientie quomodo per artem decidantur, & quæ sint
 obseruanda. pag. 152.
 Causa & ratio propter quā facta fuerit ars breuis in textu. p. 10.
 Centū forme quomodo extendantur in quolibet proposito. p. 385
 Concordantiæ coniuncta, & contraria. pag. 359.
 Conditiones artis naturalis quæ sint. pag. 6.
 Conditiones seruandæ in applicatione subiectorum. pag. 322.

- Circularis lineatio primæ figuræ quid designet. pag. 22.
 Considerationes decem necessariae ad intelligentiam artis. pag. 1.
 Confectaria circa debitum auxilium parèribus prius quam filijs reddendum. pag. 114.
 Consiliari in republica & militia qua ratione quis possit per artem. pag. 153.
 Conclusio quælibet quomodo per species regularum extendatur. pag. 220.
 Confectaria nouem circa dignitatem Ecclesiasticam. p. 222.
 Cælum quid sit. pag. 333.
 Contrarietatis adiuncta & contraria. pag. 360.
 Correlatiua quæ sint, & quæ in rebus inueniantur. pag. 128.

D.

- D**emonstratio propter quid, quomodo fiat. pag. 135.
 Demóstratio quare, quo pacto fiat. pag. 136.
 Demonstratio per equiparantiam seu æqualia quotupliciter fiat & ad quid valeat. pag. 137. & sequentibus.
 Demonstratio per similitudinem quomodo fiat. pag. 138.
 Dei notitia quo pacto possit multipliciter haberi. pag. 167.
 Deus quid sit & quomodo per principia, & regulas deducatur. pagina 325. & sequentibus.
 Diffinitiones principiorum artis enumerantur. pag. 92.
 Diffinitiones sumuntur á quatuor generibus causarum. pagina 93.
 Diffinitiones simplices & compositæ principiorum quid sint, & ad quid valeant. pag. 94.
 Differentiæ adiuncta, & contraria. pag. 359.
 Dicere ex tempore quomodo quis possit per artem, & quæ sint in quolibet proposito notanda. pag. 150.
 Dilatio, & ampliatio quæstionis de necessitate artis generalis. pag. 103.
 Discursus de Ecclesia per sex circulos nouæ figuræ. p. 350.
 Durationis adiuncta, & contraria eidem ad reducendum. pagina 357.

E

- E**ccliam existere probatur multipliciter per totum alphabetum in regula vtrum. pag. 350.

Eccle-

- Elementatiua natura, & eius explicatio. pag. 342.
 Epistolam conscribere quomodo quis per artem ordinate possit. pag. 151.
 Essentialia attributa cuiusque rei quomodo detegantur ad demonstrandum. p. 134. & sequentibus.
 Euidens necessitas, & plures artis vtilitates recensentur. pagina 345.

F.

- F**igura prima quæ includat, & contineat. pag. 22.
 Figura quarta, quæ habeat. pag. 66.
 Figura mobilis sex circulorum nouiter inuenta ad discurrendum. pagina 348.
 Finis artis naturalis est cognoscere omne scibile. pag. 5.
 Finis primæ figuræ qualis sit. p. 23.
 Finis adiuncta, & contraria. pag. 360.

G.

- G**loriæ contraria & adiuncta p. 359.
 Gradus rerum materialium, & spiritualium qui sint, & quo pacto per regulam de quo detegantur. p. 139.

H.

- H**abitatio artis seu eiusdem acquisitio quomodo fiat. pagina 404.
 Hominis varia consideratio. pag. 18.
 Hominem esse animal per varia principia probatur. pag. 123.
 Homo quid sit & significet. pag. 334.

I.

- I**maginatiua, quid sit & variæ eius operationes. p. 335.
 Intellectus quomodo dicatur esse in quando seu tempore. pagina 198.
 Instrumenta artis generalis sunt tria, subiecta, prædicata, & quæstiones. pag. 8.
 Instrumenta in rebus sensibilibus, spiritualibus & moralibus consideranda pag. 185.
 Instrumenta consideranda in elementis, plantis, animalibus, & in homine. p. 186. & sequentibus.

Dd 3

Instru-

Instrumentatiua subiectum nonum artis. p. 345.
Iurisperitus quo pacto per artem iudicare, & allegare, & respondere possit. p. 152.

L.

Libri, & tractatus multi quomodo fiant, & quæ sint consideranda. pag. 148.
Locus quid sit, & quomodo consideretur. p. 207.
Locus communis quid sit, & quomodo aliqua dicatur esse in eo, & quo pacto consideretur. p. 209.
Locus particularis in indiuiduo quomodo probetur, & tractetur. pag. 210.
Locus repletius Dei, & diffinitius Angelorum quid sit, & quomodo percipiatur. p. 211. & 212.
Loca artis ad quæ omnes quæstiones redducuntur. p. 386.
Lumen in rebus quotuplex inueniatur. p. 183.

M.

Maioritatis adiuncta, & contraria. p. 361.
Magnitudinis adiuncta, & contraria ad redducendū. p. 357.
Medij contraria, & adiuncta. p. 360.
Methodus obseruanda in tractatione cuiuscumque quæstionis. pag. 123.
Methodus multiplicandi quæstiones minutas. p. 401.
Minoritatis adiuncta, & contraria. p. 361.
Modus procedendi artis generalis triplex. p. 7.
Modus addiscendi facilius alias scientias. p. 305.

N.

Nomine, & diffinitione scita in rebus respondet ars ad omne quæsitum. pag. 11.
Nomen rei a quibus sumatur. p. 11.
Nomina varia quibus intellectus per varias eius diffinitiones appellatur. p. 193.
Notitia correlatiuorum intellectualium quomodo possit ampliari. pag. 161.

O.

Obseruanda in compositione concionis aut libri per alphabetum. p. 14.

Orare

Orare quomodo quis per artem possit & quæ sint obseruanda in oratione. p. 155. & sequentibus.

P.

Partes generales artis naturalis tres. p. 6.
Potestatis adiuncta, & contraria eidem. 358.
Principia artis ab attributis Dei procedunt. p. 4.
Principia artis absoluta, & relatiua quomodo reducantur ad esse, posse, & operari. p. 35.
Principij adiuncta, & contraria. pag. 360.

Q.

Qualitas propria, & appropriata, quid sint, & quomodo apprehendantur in corporalibus, & spiritualibus. p. 168.
Quantitas duplex spiritualis, & materialis, & vtraque continua vel discreta. p. 159.
Quantitatis notitia quomodo habeatur, & ampliatur. p. 163.
Quæstio vtrum Deus sit perfectus pertractata. p. 25.
Quæstio, vtrum relatio distinguatur a suo fundamento realiter tractata per artem. pag. 39.
Quæstio, vtrum vita contemplatiua sit perfectior vita actiua tractata per artem. p. 51.
Quæstio, vtrum si persona Spiritus Sancti non procederet a Filio distingueretur realiter ab eo per artem tractata. p. 69.
Quæstio, de mutuante triticum, & locante agrum cui prius teneatur satisfacere. p. 80.
Quæstio, vtrum ars generalis sit necessaria, & utilis profitentibus scientias tractata per artem. p. 97.
Quæstio, vtrum homo teneatur existentibus Patre, & Filio in vltima necessitate Patri priusquam Filio subuenire tractata per artem. p. 108.
Quæstioni factæ per vnam vel plures causas quomodo respondeatur & multiplicetur responsio. p. 145. & sequentibus.
Quæstio de necessitate Sacerdotum, & ministrorum Ecclesie per artem tractata. p. 114.
Quæst. vtrum sit, beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. p. 239.
Quæstiones quo pacto ex vna aliæ multiplices deducantur. p. 252.
Quæstiones per loca artis incipiunt. pag. 386. Per subiecta artis

Dd 4

natu-

naturalia. pag. 393. Per subiecta moralia. p. 398. Per centum formas. p. 309.

R.

- R**ationes viginti, totidem quæstiones, totidem solutiones, & confirmationes quomodo circa vnam conclusionem deducantur. p. 256. & sequentibus.
- Rationes duodecim, media, & propositiones duodecim & viginti quatuor quæstiones, in quolibet proposito quomodo fiant. p. 273. & sequentibus.
- Regulæ artis quæ, & quot sint & quid cause in intellectu. p. 117
- Regula vtrum quid consideret, & attendat in arte. p. 120.
- Regula quid quomodo quadrupliciter diffiniat omnes res. pag. 125. & sequentibus.
- Regula de quo tres diuersas species ad considerandum res habet. pag. 133.
- Regula quare quæ generaliter doceat. p. 157.
- Regula quatum, quæ de rebus materialibus, & spiritualibus quætitatem quærit quid sit & intendat. p. 158.
- Regula quale quid intendat. & quo pacto in materialibus & spiritualibus deregat qualitates. p. 168. & alijs.
- Regula de modalitate quærens de modo vnius partis simpliciter de modo, & instrumentalitate in ordine ad alias partes, de modo partium in ordine ad totum, & de modo totius in ordine ad partes traditur. p. 176.
- Regula quado & quæ per eam considerantur, aduertuntur. p. 197.
- Regula vbi & quæ ad locum pertinent explanantur. p. 207.
- Relatio distinguitur a suo fundamento & quæ consecutaria inde sequantur pag. 46.

S.

- S**ensitiua natura quid sit, & eius explicatio. p. 338.
- Sapientiæ adiuncta, & contraria eidem. p. 358.
- Spiritus Sanctus si non procederet a Filio, quæ consecutaria inde sequantur. p. 77.
- Specificatio, & contractio correlatiuorum quomodo fiat a generalibus vsque ad indiuidua. 129.

Subiectum

Subiectum artis generalis est respondere omnibus quæstionibus in textu. pag. 10.

Substantiæ spiritualis notitia quomodo multipliciter habeatur. pag. 164.

T.


- T**abula generalis delineatio, & quomodo per eam viginti rationes, & quæstiones fiant. pag. 248. & sequentibus.
- Triginta propositiones totidem media & rationes, nonaginta quæstiones quomodo educantur. pag. 287. & sequent.
- Theologizandi modus quasi infinitus de Deo ad intra. p. 140.
- Theologizandi modus de Deo per substantias spirituales. pagina 141.
- Theologizandi modus symbolicus per nomina, aut similitudines Dei in rebus inuenta. pag. 142.
- Theologizandi modus per abnegationem. pag. 143.
- Theologizandi modus affectatorius de modo ascendendi animæ ad Deum. pag. 143.
- Tempus quotupliciter dicatur, & in quo sit, & reperiatur. pagina 199.
- Temporis variæ diuisiones pag. 200.
- Temporalia quomodo cognoscantur. pag. 202.
- Terminus quilibet in quæstione aliqua positus quo pacto augetur, & diffiniatur. pag. 109.

V.

- V**egetatiua natura, & eius explicatio. pag. 340.
- Veritas rei quomodo detegatur in quolibet proposito per regulam vtrum. pag. 120.
- Veritatis adiuncta, & contraria. pag. 359.
- Voluntatis adiuncta, & contraria. pag. 358.
- Vsus alphabeti ad reducendas & probandas quæstiones. p. 15.
- Vsus ad diuidendum per alphabetum. pag. 16.
- Vsus alphabeti ad constituendum loca ad argumentandum. p. 17.
- Vsus alphabeti ad discurrendum de qualibet re & ibi de homine large. pag. 17. & sequentibus.
- Vsus primæ figuræ circa absoluta principia. pag. 24.

Vsus

- Vfus ostendens differentias, & alia principia rerum. pag. 36.
 Vfus per literas, & contenta in principijs secundæ figuræ.
 pagina. 38.
 Vfus generalis secundæ figuræ. pag. 38.
 Vfus tertiæ figuræ. pag. 51.
 Vfus quartæ figuræ in literis succedentibus in circulis eius. p. 66.
 Vfus quartæ figuræ per comparationem eorum quæ sub literis
 continentur pag. 83.
 Vfus dilatandi quæstiones per notiones principiorum, pa-
 gina 225.
 Vfus multiplicandi titulum quæstionis propositæ per regu-
 las. pag. 226.
 Vfus diffiniendi, diuidendi, & argumentandi per regulas in-
 quolibet proposito. pag. 227.
 Vfus ad interpretandum authores. pag. 231.



ERRATA SIC

CORRIGE.

Pagina 3. in 2. colūna, ibi ad intelligēdū, ponantur hæc verba, om-
 ne scibile sic v. g. philosophia ad intelligēdū. p. 8. in titulo, pro
 incepit, leg. incepit. p. 22. col. 1. in tres, leg. in rebus. p. 24. co. 1. ebi
 & lege præcipue tamē. p. 37. in fine alis, leg. alijs. p. 50. c. 2. pro mul-
 tiplicantur, lege multiplicantur. p. 7. col. 2. vbi dicitur posset, dica-
 tur nō posset. p. 107. col. 1. supra speculū. leg. speculā. p. 130. col. 1.
 determinatur, le. determinatur. p. 130. col. 2. vbi dicit leger, pone
 legere. p. 152. col. 2. pro inordinata, lege inordinata. p. 164. col. 1.
 li. 20. pro quātitate, leg. qualitate. p. 181. vbi dicit Angelus & ani-
 ma nō habēt partes componentes, adde sensibiles & materiales.
 p. 191. c. 1. in medio, vbi est litera maiuscula, deleatur, vel & pūtū
 præcedēs. p. 215, dispersā, leg. dispersa. p. 218. pritipia. le. principia
 p. 220, intelligāt, le. intelligūt. p. 227. eisdē, le. euidēs. p. 246. delea-
 tur, nō, duplicatū. p. 93. philosophorū, le. philosophiæ. p. 310. be-
 bet, l. debet. p. 317. eū. le. illud. p. 318. format, le. firmat. p. 333. te-
 xus, l. textus. p. 350. valet, l. volet. p. 77. col. 1. posset cōmunicari,
 le. non posset communicari.